IN omnibus In duplicibus iudicijs, ille dicitur actor originarius, & principalis, qui ad iudiciū primo prouocat, & si ambo pariter prouocant, sorte dirimendum est, cum sit hoc necesse scire pp ordinem iudicij. h. d. cū l. seq. tex. & gl. Actor. l. originarius, & principalis, quod est necesse scire pp ordinem iudicij, vt in gl. & propter litem conte. & testium productionem, nam quo ad adiudicationem faciendam. i. vt possit vtrique fieri, vterque est actor, & reus, quia uterq. dat libellum suum, aliās non posset res adiudicari illi, qui non dedit libellum, & hoc est quod sequitur, quia par causa, & c. Actorem. l. originarium. gl. proponit aliquos effectus ego ponam alios in testatore prohibente alienationem. Pone t̄ q̄ minor hēt rē communem cum alio, quæritur, an possit diuidere, quia est alienatio & dic, q̄ aut prouocat prior, quia est actor originarius, & non p̄t aut prouocatur, & p̄t: quia non est actor originarius: ut l. j. §. si communis. j. de rebus eo. quia in isto casu nō alienat libere. Itē facit, quia banniti, & excommunicati prohibentur agere, banniti ex forma statuti, qui non possunt prouocare, quia agerent principalem. si tñ prouocentur, possunt agere, & est ratio in casu isto, quia non sunt voluntarij actores. In glo. quæ opponit de c. j. de sortileg. Sol. q̄ aut alio modo potest fieri, & non curas de sorte. in contrarijs tamen sic, ut hic, & l. fi. C. de leg. in prin.

- 1 Filiusfamilias iudex qui per imperitiam iudicauit, quatenus condemnetur. Et an pater ob id, & quatenus conueniri queat. Et quid si condemnetur filius ob delictum ex contractu descendens.
- 2 Errorem iuris latam culpam esse.
- 3 Arbitrarius in arbitrando num litem suam faciat. Et quid in notario qui per imperitiam partem ledit.

SI filiusfamilias. Si filiusfamilias iudex per imperitiā faciat litem suam, condemnatur in quantum rationi iudicantis æquum videbitur, quod quantitatem peculij non excedit, sed si per dolum malè iudicauit, in solidum, & talis actio non transit in hæredem iud. h. d. cum l. seq. Ista est notabilissima l. Faciat. per imprudentiam intelligitur in solidum, quia aliter finis contradiceret principio, & t̄ intelligit vt veram æstimationem litis præstare cogatur, vt in fi. l. quā hic coniungas, vt benè sonet litera cum eo. Opp. secundo gloss. sed non benè soluit, q̄ non est speciale, & ideo lo. ad l. j. §. cū seruus. vt in l. 3. §. sed vtrum s̄. de mi. quod illa l. & similes loquunt in cōtractibus, vel quasi. idem in his q̄ re contrah. & tunc in solidum p̄demnatur. Si vero ex quasi delicto, quod venit nō sua voluntate, & sponte, sed ex quodā errore, & tunc mitigat, vt hic in prin. Sed tunc ob. fi. l. sed dic, q̄ ibi non ex errore, sed ex dolo voluntario, & ita p̄cor. sed tunc opp. de l. si iudex. de varijs, & extraor. cog. & Inst. de oblig. ex quasi deli. in princ. Sed illic in p̄familijs: hic in filiofamilias. qui peculium habeat, & tenet quantum rationi iudicis videbitur. Sed opp. de l. 2. j. quod cum eo. vbi tenetur in quantum facere potest, sed illa loquit, q̄n filius p̄uenitur post mortem patris de p̄ctu factō, q̄n erat in potestate, hic conueniebatur viuente patre, quia distinguitur, vt s̄. dixi. Et ideo distingue, aut post mortem patris conuenitur, & tenetur in id q̄d face re p̄t, vt l. j. j. quod cū e. & hoc iō est, quia executio fit, & Inīa fertur contra ipm, & iō p̄tor voluit sibi subuenire. Aut in vita, & dic, vt s̄. Sed q̄ non fiat executio, q̄n pater viuit, dic, q̄ si filius hēt peculium, p̄ patrem fiet executio, quodcunque sit peculium, si aut nullum habet, & tūc nō fit executio p̄ ipm, vt in c. 2. e. de del. put. Et hoc verū, nisi in legitima filij, & alimentis, vt no. Ioā. And. in c. 2 & Specul. in ti. de execut. sentent. §. sequitur. vers. sed hic si filius. In alijs aut non tenet, nec valerit statutum in q̄r. in d. c. 2. & ita intelr gl. posita. C. de decretis decurio. in rubr. q̄ dēt restringi q̄tum ad legitimam, & q̄tum debet præstari pro alimentis, quia non ualet consuetudo in contrar. vt d. c. ergo nec statutum, ut dicta gl. quæ sic debet intelligi. Et ista sunt vera in lite pecuniaria, quia si criminaſt filius cōdemnetur, remanet peculium penes patrem, vt l. 3. C. de bo. dam. nisi exprimeretur expresse in sententia, facit, quod no. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damno infecto. E hæc etiam uera, q̄n obligatio concernit peculium, quia si conueniretur ratione depositi, vel commodati, filius cōdemnaret in solidum, vt l. & si cōdemnatus. de noxa. & l. 3. §. sed vtrum. de mino. Si uero non habet, fiet executio contra patrem in legitima & alimentis, vt s̄. Sed nunquid in hoc casu ultimo requiritur consensus p̄ris? glo. videtur quod sic, j. eod. l. si longus, & videtur in l. 3. §. j. infra commo. & dicto §. sed vtrum, sed illa gl. l. si longus §. j. non est vera, & probatur in c. si annū. de iud. li. 6. quia in his, in quibus patri nihil quæritur, non est necessarius consensus. Sed contra Azon. opp. quod teneatur in solidum, vt l. 2. supra quod quisque iuris. Sol. contrarium loquitur, quando

per imperitiam iudicauit, & fuit in lata culpa, quæ dolo æquiparatur, vt l. quod Nerua. depo. hic erat in leui, quæ per imprudentiam. Sed t̄ contra, quia error iuris est lata culpa, vt l. liberorum. §. not. & quod ibi no. de his qui no. in fa. glo. in §. j. Inst. de oblig. quæ. ex quasi deli. dicit, q̄ aut iudex errauit in l. mulum clara, & c. ut ibi, facit, quod no. C. de p̄e. iud. qui malè iudic. in l. j. per Bartolum, licet Archidia. contra in cap. cupientes. de elect. lib. 6. Sed q̄ de l. 4. §. in eum, de damno infecto. aut malè iudicauit negligendo, & loquitur contra. aut malè faciendo, vt hic, sed ego non uideo rationem. Et ideo dic, q̄ aut errauit in opin. magis communi, aut in obscura, & dubia. vt s̄. dixi. Item opp. quod non faciat litem suam, quia pars potest appellare, ergo respectu iudic. est iudex liberatus. dic, quod licet debeat appellare, non tamen p̄dest iudici, ut l. iniquiss. de iur. & fac. igno. & no. in l. j. §. quod quisq; iur. quia pars potuit habere iustam causam non appellandi, puta propter paupertatem, vt l. si procurator. §. si ignorantes. infra mand. Sed quid si pars in hoc casu appellauit, nunquid pars contra iudicem poterit agere, & istam q. disputauit dominus Bar. & incipit iudex p̄ imperitiam iudicauit, & c. & finaliter, & post multas distinctiones dicit quatuor membra, quia aut iudex confirmabit, aut confirmauit, aut fuit deserta, aut pendet, habet tamē pro constanti, q̄ ubi pars potuit appellare, & non appellauit, potest suam actionem contra iudicem exercere, quia potuit iustā causam habere nō appellandi, ut s̄. dictum est, & ipse ibi assignat multas rationes. Et isto primo casu, quando iudex appellationis infirmavit, iudex desinit teneri ad interesse principale, tenebit tamen ad sumptus litis in causa appellationis factos. j. rem ratā haberi. l. si sine. §. cum autem. & §. Marcellus ad quod c. sacro. de sentē. excom. Item quia desinit esse iudex per appellationem, ut l. prima. in fi. de appellatio. ergo & c. ut capitu. si qs. extra de fur. & hoc modo intellige no. in l. fi. de va. & extraor. cog. uel dic, q̄ quādo sententia est nulla, iudex non facit litem suam. l. quo ad totale interesse, sed bene quantum ad expen. vt s̄. Aut in causa appellationis succubuit, & sic confirmauit, & non tenetur. talis enim sententia excusat eum, vt l. a proconsulibus. C. de appellatio facit l. j. si plur. una senten. condem. sunt. Ad glo. præ. facit de excep. rei iud. l. j. in prin. Aut pendet causa appellationis, & tunc quia nō est pronuntiatum, non poterit conueniri. ff. de ali. iud. mut. causa fact. l. 3. in princ. Aut causa appellationis fuit deserta negligentia partis, vel alio modo, quia renuntiauit. Et tunc cū ratione renuntiationis sit quæsitum ius liberationis iudici respectu interesse, non remanet obligatus ad sumptus, & non potest pars p̄ suam renuntiationem tacitam, vel expressam obligationem p̄ iudicem resuscitare, supra de pact. l. si. nec partls negligentia sibi nocere. C. de appellat. & consul. l. præses. & de euctio. l. j. in prin. & l. habemus. §. Caia. in e. tit. ita dicat Bar. quē ibi latius: & hoc tñ vltimum non credo verum, quia ex quo pars excusatur ab appellando pp iustam cām, & iudex tenetur, vt supra dictum est: ita potest habere iustam causam litem non prosequendi paritate rationis. Quæro t̄ quid in arbitro malè iudicante, nunquid facit litem suam? dic, q̄ sic, secundum intellectum gloss. factoris, vt est casus in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & glo. in l. si. infra de extraordi. cogni. Sed nunquid præmissa habent locum in notario, qui per imperitiam lædit partem, vt teneatur ad interesse? & dic, quod sic. vt l. fin. C. de magi. conue.

- 1 Iudex non tenetur deserere negotia sua propria propter litigantium utilitatē.
- 2 An iudex potest appellare a sua sententia, ut hæres postea factus.

Vlrianus ait. Si iudex efficiatur pars in totum, uel p̄ parte amouendus est, & alter subrogandus, quia non debet esse iudex in causa propria, & idem si longo tempore est abfuturus. h. d. cum princ. l. seq. Et no. in fi. t̄ quod iudex non tenetur deserere negotia sua propria pp utilitatem litigantium. plenē. s̄. de arbitris. l. licet, & adde j. de vaca. muner. l. semper. §. si ubi est no. tex. Ad hanc l. si longius, idem est in aduocato, quia si diu esset abfuturus, debet pars constituere alium, nec debet expectari ille. Ita debet intelligi l. ait p̄tor. & l. si. quibus ex causis maio. Et hæc sunt vera in delegato: sed quid de ordinario, qui fuit factus hæres? certe non amouebitur a iudicatura, sed ibitur ad alium competentem, ut in Authentico, clerici apud proprios episcopos, circa medium, vbi tex. & gl. vel potest dici, quod causa delegabitur alij, ut l. p̄tor. s̄. de iurisdic. tione omniū iudicium. Sed quid t̄ si post sententiā fuit factus hæres, nunquid poterit appellare? videtur, quod non, quia uenit contra factum suum. sed hoc uerum, tanquam iudex, sed bene tanquam pars, & est gloss. in l. prima. infra de excep. rei iud. l. j.

- 1 Debitorem in fuga propria autoritate capi posse. Et an de fuga suspectus citari debeat.
- 2 Extraordinarium, & ordinarium remedium quandoque concurrere. Et si iudex

- dex' potest abbreviare dilationes ;*
- 3 *Filius quando in actionibus per patrem quaesitis agit, quid referat, agat proprio nomine, an patris, & procuratorio. Et quas actiones filius exercere possit.*
 - 4 *Pater in actionibus filijfam. num quando est praesens possit exercitium concedere filio.*
 - 5 *Patris consensus anrequiratur, quando filius convenitur.*

§. Si filiusfa. Actiones quaesitæ patri p filium possunt patre absente, si non sit alius, qui nomine patris agat. h. d. notabiliter. Et potest et in his constituere procuratorem. §. de procurato. l. filiusfam. Idem etiam vñ, si pater erat praesens, & furiosus, vel vilis persona: quia haberetur pro absente, vt j. de iniurijs. l. sed si vnus. §. filiam. & dicta l. filius. §. si. & l. filia. de procurato. Actiones vero competentes patri, non tamen per filium sibi quaesitas, non potest filius intetare nomine proprio etiam absente patre, sed nomine patris tanquam coniuncta persona sic: vt l. sed hæc. in prin. de procu. & C. eod. l. exigendi. Competit. sed ex persona filij quaesita, si nomine proprio agat: vt quia pater non misit procurat. Idem si misit, sed non sufficientem, vel idoneum, vel qa nõ potest docere de mandato. nam paria sunt non hñe mandatum, vel nõ posse de iplo docere, ut j. de iniu. l. sed si vnus. §. procuratorem patris. & ibi no. Bal. Vtili quia directa est penes patrem, & affixa ossibus. vt l. quid ergo casus. de pecu. & ista utilis est datua a lege. Subtrahat. no. qd non debet instrui fuga debitoris, nec expectari, qd fugiat. Et fideo sicut potest debitor capi, qñ iam est in fuga. vt l. ait prætor. §. si debitorem. j. quæ in frau. cred. & not. j. de pig. l. quaesitum. Ita cum dubitatur de fuga sua non dēt citari ne fuga sibi instruat, per istum tex. Ita no. la. But. C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. Bal. Si res moueat. i. equitas. sua deat. vel sit eadem ratio, quæ est in dicto Iul. Credidit. quo casu non solum habet vtilem certicondi. vt hic: sed etiam officiu iud.

- 2 Et est t casus, in quo ordi. & extraordinarium remedium simul concurrunt fauore studentium. vt j. si cert. perat. l. cum filius. in tex. & gl. quam no. perpetuo. Egestate. no. qd non est expectadū, qd creditor moriatur fame, vnde si effet multum pauper, hoc esset iusta cā abbreviandi dilationes iuris. Lillas, quæ dantur iudicatis ad soluendum. Bal. ten e menti. Auget eius utilitas. & ideo agere poterit. In gl. j. habes, qd filius agit in actionib. per patrem filio acquisitis procuratorio nomine, nõ nomine proprio, cuius effectus est: qa quādo nomine proprio, iurat de calumnia: secus si nomine patris: vt l. 2. §. sed qa veremur. cum seq. C. de iura. calūn. Item quia si nomine proprio, non cauet de rato: secus si nomine patris. vt l. Pomponius. §. si. §. de procur. Item si nomine proprio, non tenebitur defendere patrem in cā reconuentionis: secus si noie pñis, vt l. si seruum. §. si. §. de pc. Est et alius effectus. vtrum nomine proprio, vel alieno: qa si pprio, & pater decederet: tunc non communicaret fratrib. suis: secus si alieno. & est ideo in alijs casib. quare nomine suo filius agit: qa filio principaliter fit iniuria vel furtum hoc vltimum ponit Bar. in d. l. filiusfamilias. & vide ipsum. in l. in factum. de ac. & obl. j. quia ponit extraneum in tellectum in alia gl. quæ quærit quas actiones filiusfamilias possit intentare. circa quod dic, qd refert: quia quædam sunt, quæ totaliter filio competunt, & quo ad dominium, & quo ad exercitium, vt actiones ex Castrēsi, vel quasi, & iõ patre praesente, & cõrradicete potest. vt l. 2. ad Mace. Quædam sunt, quæ sunt in dñio patris, & exercitio pñis, & tunc filius non potest eas nomine proprio intentare: quia nullo iure cauetur, qñ non sunt per filium acquisitæ, sed vt dictum est, põt eas nomine patris intentare, & iurabit, & cauebit, vt dictum est in gl. precedenti. Si vero per filium fuerunt acquisitæ potest quando pater est absens. & ita loquit iste §. cum limitationib. iam dictis. Quædam sunt, quæ quo ad dominium acquiruntur filio, exercitium vero patri, & tunc quando pater est praesens, non potest filius intentare, si vero pater esset absens, tunc filius nomine proprio exerceret, vt in isto §. not.
- 4 & gl. circa hoc distinguit, vide gl. Gl. quærit. t nõquid pater exercitium istius actionis filio cõcedere potest, quod intellige, vt gl. habeat dubium, quando pater est praesens, & concedit, vt filius possit nomine pprio intentare, & est casus fm gl. in auth. qd locum. C. de coll. quod intellige, qd nomine proprio, qa consolidat exercitium cum dominio, & extinguatur exercitium pñis, & cõsolidatur, sicut in vsufructu l. vti frui. si vsufructus peratur. & pñ fieri extra iudicium, ut l. honores. in fi. j. de decurionibus. & nõ requiritur, qd expriman tur actiones specialiter, sed sufficit, qd generaliter, quam alleg. Bart. Sed si intelligas gl. istam in actionib. quæ patri acquiruntur, & quo ad dominium, & exercitium, & est praesens filius, impossibile est, quod proprio nomine possit intentare, quia & proprietas, & exercitium est penes patrem, & ipso exercitiu concedente, adhuc remanet penes ipsum proprietas. & ideo directam, nec nomine proprio potest intentare, & iõ debes intelligere glossam in actionib. quarum proprietas est penes filium, vt hic in sex casib. Alias aut non potest locum habere

hæc gl. si enim & proprietas, vel dominium est penes patrem, & filio concedat exercitiu, filius tunc nõ hēt pleniora iura, q vnus procurator, qui nomine proprio litem exercere non potest. Irē

- 5 t quærit gl. nõquid requiratur cõsentus patris qñ filius conuenit? & dicit qd nõ gl. est j. in l. 3. §. si filio. j. commod. & l. 3. §. sed vñ. de mino. q sunt falsæ, & iõ dic, qd in aduentitijs requiritur cõsentus in signum repudiationis vt l. si. §. necessitate, de bo. quæ libe. In alijs aut, q patri non acquiruntur. not. & ita intelligit ista gl. & probat in c. si annus. extra de iud. lib. 6. Item gl. quærit quid de monacho. no. eam. & semper alleg. & est similis. in c. ex parte tua. extra de accusa. Item no. gl. quod filio apponi debet curator.

L E X XIX.

- 1 *Priuelegiatus non priuelegiato succedens, an suo priuelegio vti queat in quibus successit.*
- 2 *Conuentio duplex. Et verbum absolute positum in potiori, & principali sumi significatu.*
- 3 *Priuelegia a iure scripto concessa, in dubio motu proprio concessa videri.*
- 4 *Priuelegium secundum non factu in eo prioris mentione an efficax sit.*

HÆres absens. Ista l. tractat de foro competen. & de secunda parte rubricæ. Bal. hæres sortitur forum ex persona defuncti, & dēt ibi se defendere, et si sit absens, nec potest proprio priuelegio se excusare. h. d. prin. no. Priuelegio. simile habes. in auth. qua in puincia. C. ubi de crimine agi oportet. Not. t qñ priuelegiatus succedit non priuelegiato, non vtitur priuelegio suo. vt l. fiteus. j. de iure fisci. primum, quod hic dñ, habet locum qñ illud est transibile ad heredem, alias secus. & ideo si defunctus iuraret quia non transit iuramentum ad heredem, vt l. generaliter. C. de iureiuran. nõ transiret. ita notat Ioannes Andreas. in c. si. de foro compe. lib. 6. in nouella. Ad quod bene facit l. quaesitum. §. fina. de precario licet Abbas teneat tñrium fm Bal. Sed istud, quod dicit de iuramento, non vñ posse procedere, quia primo si dicamus ratione exceptionis, si iurasti mihi nihil deberi, & postea ab hære de meo petatur, habebit exceptionem. si quæris in actione, quia iurasti mihi aliquid dare, & tunc etiam videtur, qd non possit habere locum, quia licet ex iuramento non agatur, agitur tamē ratione contractus. precarium tñ ad heredem nõ transit. vt l. cum precario. §. si. de preca. & ideo hæres non potest conueniri, nisi quatenus ad eum peruenit. ut l. quaesitum. §. si. cum sua gl. no. e. tit. Item habes hic, qd hæres potest cõueniri si est praesens, nõ autem qñ est absens: quia tantum defenditur. Sed nõne ille qui defenditur cõuenitur? Pro quo t sciendum, qd cõuentio est duplex, quædam pfecta, per quam uenitur ad diffinitiuam, & ista nõ potest fieri nisi iplo praesente, quia verbum absolute positum dēt intelligi in principali significatu, vt l. quod iussit. de re iu. & tñ cõtestabitur lis iplo praesente, licet postea se absentaret, quia tñ essent remedia l. consentaneum quomodo, & quādo iud. C. Alia est cõuentio imperfecta, per quam non peruenitur ad diffinitiuam, vt est, qñ est absens, quia lis nõ potest cõtestari, nec sententia ferri, sed hic debet se defendere ad hoc, quod nisi faciat, peruenitur ad missionem in possessionem. vt capitulo Romana. §. contrahentes. de foro competenti. cum similibus. nõ autem quod possit lis cõtestari, nec ad diffinitiuam pueniri. modo intelligis text. licet hoc per aliquem nõ dicatur. Item nota circa gloss. de priuelegijs. & vide Cynum, & glossam. in auth. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs, qd t priuelegia cõcessa a iure scripto, in dubio videntur concessa motu proprio, & vide etiam ibi. quæstio. quā habuit in facto de quibusdam, qui prætendunt se exemptos, vt sunt fratres, de monte Carmelo. Et pone ipsi successerunt alicui laico: nunquid poterunt cõueniri coram iudice loci, vbi defunctus habebat domicilium, & dic, qd vbi ipsi prætendunt se habere priuelegium iuris communis, vt quia est clericus, qui nõ potest cõueniri nisi coram episcopo, & tñ debebit cõueniri coram loci episcopo, vbi defunctus habebat domicilium, vel cõueniri poterat nõ tamē coram iudice defuncti, quia licet qs fortiat ibi forum, nõ tamē coram quocūque iudice, sed tñ coram suo, vt dicimus in cõtractu, quia ratione cõtractus sortitur quis domicilium coram iudice competente, nõ alio, vt est tex. cum gloss. no. in l. i. §. si quis in ius voca. nõ ierit. Aut prætedit se priuelegiu habere, qd nõ cõueniatur, nisi coram episcopo sui loci, & dic, vt distinguit gloss. quia aut priuelegium est in corpore iuris clausum, aut nõ. & vide gl. istam, & eadem gl. in l. 2. C. de sum. Trini. & fide catho. Vltimo opp. hic dicitur, qd nullo priuelegio excusatur. cõtra de capitulo ex literis. extra de dolo, & cõtu. vbi t scdm priuelegium nõ valet, nisi fiat mētio expresse in secūdo de prior, hic tamē nõ fit ergo videtur, qd nõ valet. Sol. aut priuelegium, quod cõceditur secūdo in corpore iuris nõ est clausum & nõ valet, nisi in secūdo fiat mētio de primo, aut priuelegium cõcedit, secūdo ius commune, & est clausum in corpore iuris communis, & valet, licet nõ fiat expressa mētio, vt hic. & c. penultimo extra

extra de sepulturis. & cle. alma. de senten. excommunicatio. facit. c. i. & quod ibi no. de refer. & est ratio. q. a. in secundo calu nō fit in fauorem alicuius expresse, sed statuitur ius commune. Item quia sine postulatione vt s̄.

- 1 Sententia diffinitiuā aduersus absentem lite non contestata, an ferri possit.
- 2 Foro alterius licet quis pacto se subijcere non possit, poterit tamen pacto ab eo se eximere.
- 3 Contractus ad delicta quo ad fori sortionem equiparari.
- 4 Remissio ad suum iudicem num in contractibus locum habeat.
- 5 Episcopus in alterius territorio, an citare possit.
- 6 Obligatus sub conditione in loco domicilij, si postea alibi nata obligatione reperiatur, an ibi conueniri possit.
- 7 Forum sortiri scholasticus per quæuis tempora, quibus studij causa alicubi immoratur, non dicitur.
- 8 Fur repertus, cum re furtiuā, num ubi reperitur capi ac suspendi possit.

§. Si quis tutelam.

Hic §. est notabilis, & habet materiam quotidianam. h. d. ubi geritur negotium ex quo resultat contractus vel quasi, sortit̄ q. s. forum, nisi prius sit actum, vel sit contractus cū viatore, quem q. sciebat cōfestim recessurum. h. primo vsq. ad §. apud Labeonem. Bar. & Bal. Quod est verum, siue contractus fiat per se, siue p. aliu vere, vel interpretatiue. Itē & in loco domicilij, & vbiq. actus geritur, ex quo resultat obligatio, et si nō sit contractus, vel quasi, sed delictum, aut quasi. h. d. cū l. seq. vsq. ad l. si debitori. Et diuiditur, nam primo loquit̄ in quasi contractu. secundo de contractu. tertio, quod de contractu dixerat: limitat quarto tripliciter extendit. Secūda ibi, proinde. tertia ibi, nūquid, quarta in §. apud Labeonē vsq. ad l. si debitori. In tex. defendere. si abest, nō tamē perfecte conuenitur: q. si venire nō vult, nō poterit lis contestari, nec ad sententiam diffinitiuam perueniri, sed fiet missio in possessionē, vt sequitur, & hoc s̄m illam opi. q. nō habeat locum remissio. Si vero esset præsens: tūc posset ibi cōueniri: vt in prin. l. quod intellige. l. perfecte: quia cogetur litem contestari, præcisē per capturā personæ, vel multa indicta. C. quomodo, & quādo iul. cōsentaneum. & in Auth. de exhib. reis. §. si verō etiam quidam. Bona. f. quæ, habet ibi: vt c. Romana. §. cōtrahentes. de foro competen. lib. 6. dic tamē, q. ibi nō habebat maiorem partem fortunarum suarum, vt de nō sortitur ibi domicilium. vt l. libertus. §. sola. j. ad mun. aliās esset cōtra, quod statim dixerat: neque ibi domicilium & c. Si verō nō haberet ibi bona, pronūtiabitur per iudicē demittēdo in possessio. bonorum alibi existētium. & fiet executio per iudicem loci, vbi bona sunt: vt dicto §. cōtrahentes. licet alij contra, vt in si. mag. gl. vbi conuenit, & nō ibi secūdum gl. Alias enim si tātum esset actum, vt cōueniretur alibi: non propterea sequeretur, q. nō posset conueniri ibi. No. ergo, q. licet per pactum non possit q. se subijcere foro, vt l. si cōuenit. §. de iurisd. om. iud. potest tamē per pactum se a foro eximere, q. vix alibi reperies. facit tñ l. si quis in cōscribēdo. C. de pact. sed ibi loquitur de foro, quod quis sortitur ex priuilegio, hic de illo q. sortitur iure criminis, quod et ideo difficilius videbatur se posse eximere, facit j. de test. mili. l. eius militis. §. militia. In ver. nūquid. nota q. vbi quis aliquid emit in aliquo loco, non ideo est præsumendum, q. velit ibi precium tradere. Nam vbi hic repetit, ut addat, & magis declare. l. q. licet habeat tabernam, vel hospitium in loco, non propterea videtur habere ibi domicilium. vñ nō posset ibi cōueniri pro alijs cōtractib. alibi factis. quod nota pro istis mercatorib. florētinis, vel lombardis, qui veniūt huc nouiter, & aperiūt banchum: nam non possunt cōueniri hic, nisi transferāt maiorem partem fortunarum suarum, vel faciant se ciues, quod est verum de contractib. alibi factis: secus de his quos faciūt hic, vt sequitur. ibiq. destraxit & c. puta Romę. Idem si alibi, ut habeat dubium. & est ibi ratione domicilij, aliās enim si nō haberet domicilium in loco, vbi celebratus est contractus, & alibi collata solutio nō posset ibi cōueniri, vt est gl. in l. si quis in legatione. §. c. & in l. vlt. de bo. auth. iud. pos. quas gl. tene menti. In l. omnem p. contractu. etiam si non sit ex contractu, sed ex delicto. Et sic not. q. contractus, ac delicta æquiparantur quo ad forum, ad hoc alle. pro gl. in §. si quis tutelam. In gl. supple. nota. q. prima opinio nō est vera, quia siue reperiat, siue nō, debet ibi defendi, quia princ. l. facit ad hoc. Alia vero opinio fuit, q. si nō sit in loco contractus, vel quasi habet locum remissio. Et fundari potest, q. si non vult cōstituere procuratorem, q. cogatur, vel cogatur iurare de calumnia, quia aliās videtur opinio eorum fatua, q. et delegatus principis in causa pecuniaria, nō posset facere, vt pars p. sonaliter compareat, ut c. i. extra de iudi. & l. j. §. usus. §. de proc. No. gl. mirabilem. in ver. vt in auth. q. contractus, & delicta æquiparatur. hoc nimirum tēpore istorum iurium, sed in iure postea factō non, quam nō tenet Bart. in l. nō possunt. & quod ibi no. §. de leg. q. etiam statuta per l. trahuntur ad futurum. Pro determinatione gl. huius, & opinionum istarum est hodie decretalis Romana. §. cōtrahentes. §. alle. quia in cōtractib. nō habet locum re-

missio, et si nō sunt bona in loco, quia pronūtiabitur per iudicē, vt dcm̄ est. habet tamē locum remissio in quatuor casib. s̄m omnes. & sic limitatur. h. d. §. cōtrahentes. Primo quando est renunciatum foro, vt dicta l. j. si quis in ius uoc. non ier. & ibi notat̄ in tex. & gl. Secundo quando latiraret absens. vt in Auth. de exhib. reis. §. si vero etiam quidam. Tertio quando non habet bona in loco cōtractus, quod non placet, vt in dicto §. cōtrahentes. & iō dic. Tertio qñ agitur super statu personæ, vt C. vbi de curi. conu. l. si. Quarto si debitor fugit. s̄m Odof. quia sicut poterat per creditorem capi propria authoritate, ita fortius per iudicem alterius loci, & remitti, & dicas, q. ista remissio fit, vbi est necessaria præsentia personæ. puta, vt litem contestetur, vel quia iudex posset scire melius veritatem. Aliās nunquam in ciuili causa quis est cogendus præcisē personaliter venire. vt l. fin. C. de proc. & c. 3. de iud. lib. 6. Item habet locum in terris, quæ subsunt vni domino, nam tūc si iudex alterius loci denegaret remittere, puniret per superiorem vt in §. si quis verō comprehensorum. in Authen. vt nulli iud. secus si essent sub diuersis dominis. nam tunc si denegaret, nō esset q. cogendus venire. Et ideo in ciuitatib. lombardic quæ nō recognoscūt superiorem etiam in delictis, nō cōsueuerūt hodie fieri remissiones. Sed si queritur vtrum episcopus in alterius territorio possit citare. Respondetur querēdo primum, nūquid iudex loci contractus possit eum citare? Et est antiqua quæstio, & quidam q. sic, indirectē, per l. omnes. §. executoribus. ver. verum si apparitor. C. de epis. & cle. & in dicto §. cōtrahentes. vñ casus. Secūda fuit opinio q. nō, quia esset mittere falcē in messem alienam, sed debet mittere literas iud. loci, vbi est, videtur casus in l. si. j. de re iudicata. & clem. pastoralis. de re iud. Dominus Cy. disputauit istam q. & eam posuit in d. l. omnes. & distinguit, q. aut vult iudex citare realiter per captionem personæ, & nō potest, quia esset mittere falcem in alienam messem, qd̄ est prohibitum, vt l. sicuti. §. Aristo. j. si serui. vend. Aut vult citare per nuntium per literas, & tenuit in sua disputatione, q. potest de rigore iuris. Sed ad clem. pastoralis. dicit, q. nō potest reduci in pace, sed trāteat cum alijs errorib. canonist. Sed Bar. istam quæst. mouit in l. 2. §. præside. de req. re. dicit, q. hoc est verum si ambo territoria erāt subdita vni dño, si verō diuersis, tūc nō debet directo mitti nūtius, sed scribi iudici illius loci, vt moneat, vt compareat ita intelligitur l. prima. §. præsidēs. j. de req. re. & ita etiam potest intelligi clem. pastoralis. alle. vel potest intelligi clem. quādo fit citatio in territorio maioris domini: sed si minorem, vel æqualis, de directo posset nūtius mitti s̄m Bar. in dicto §. præsidēs. Secūda quæstio. nūquid habet locum remissio? Dictum est. Tertia est, vtrum si nō remittatur habet locum multa? Et gl. tenet, quod sic, ibi, q. si nō habet bona: vide gl. Opp. extra gl. q. in loco contractus, vel quasi, quis nō sortitur forum. j. eo. l. exigere. Sol. est speciale in contractu dotis, vt nō sortitur quis forum, & dic, vt ibi dicam. Quæro quia hic loquitur de illo, qui sciēter cōtrahit, & scit se obligari. Sed quid de ignorāte, puta, de illo cuius negotia ignoranter geruntur, & sine voluntate obligetur, nūquid sortitur forum hic: rñdeo sic, vt est casus in l. qui certo loco. j. de cōdictō. indeb. s̄m verum intellectum, quia quodlibet potest conueniri, & vide ibi Barto. Item queritur nūquid in loco contractus sit quis subditus iudici, vt possit cogi ad collectas, & alia onera. gl. q. nō, in clem. quamuis. de foro compete. cōtraria glossa est in c. a nobis. de sentētia excommunicatio. & ideo distingue, quod aut querimus nūquid ratione illius contractus, vel quasi, & dic, q. illo respectu dicitur subditus, quo ad alia nō. Item queritur pone habes istic domicilium, promissisti mihi 100. sub cōditione, & nata obligatione reperiam te hic, an possum te cōuenire? & videtur, q. nō, sed tātum in loco vbi es tempore natæ obligat. per tex. istum ibi, vnde obliga. & per omnem. & videtur casus j. eo. l. si vxor. Cōtrarium determinat Bal. & dicit, q. sortitur quis forū in loco contractus tali ratione, quia adueniente conditione retrahit̄ per l. potior. & l. qui balneum. q. pot. in pig. hab. & per l. si vt pponit. de fideiuf. sed tpe cōctus, hic erat subditus, ergo & per eandem rationem: similem quæstio. determinat. Archi. in c. 2. de constit. lib. 6. Bar. Brixien. declarat contra: per c. a nobis. de sentent. excom. sed ego vltra ipsos dico, videtur q. non sortitur forum hic quia ad hoc, q. retrahatur, requiritur, q. sit in eodem statu. ar. l. bonorum. ff. rem rat. ha. & l. qui balneum. §. circa p̄diū all. pro quo facit bene in l. si tñ acceptum. ff. iud. sol. Et ideo dic q. interdum euentus cōctōnis est talis, q. est sufficiens ad obligandum partem per se: & tūc totus actus depēdet ab euentu conditionis, & non retrahitur cōctō, vt l. i. j. qui po. pig. habe. & l. q. dam cum filium. de ver. obl. interdum euentus conditionis est talis, q. nō est sufficiens ad obligationem p. se sine cōctō, & tunc dico, q. retrahitur, vt l. potior. & l. q. balneum. item no. in l. q. legata de re. iu. & ibi uide. Et ita in casu nostro. q. ita est, & iō teneo me cum magistro meo domino Bal. & cum Archi. Si eodem casu loqueret̄. sed in casu tuo in quo loquitur, teneo prius. ut per Bar. Brixien. in q. sua disputata in c. præterea. de dila. & ibi etiam vide Inn. In gl. scit. facit in ar. ad q. q. si contraham cum aliquo, q. non habet

habet immobilia, & postea habeat: q̄ nō possim ipsum facere
 7 incarcerari. & dic, q̄ aut sciebat creditor: aut ignorabat. arg. l. cre-
 ditores. de priui. credi. & l. bona. §. de illo. de dam. infe. In glo. do-
 micilium dic, q̄ si aliquis staret in studio per mille annos, & rō-
 ne studij: q̄ non sortit̄ forum. vt l. quæsitum. de leg. 3. & per Bart.
 in l. lex Cornelia. §. domum. de in iu. In fi. gl. dic, q̄ gl. est q̄. in l. 2.
 §. oēs. §. e. & ibi dixi. In gl. quotquot pone, q̄ vendidit ibi aduenæ
 equum, & volo ipsum conuenire in loco contractus: ipse oppo-
 nit, q̄ est aduena, & incōtinenti recessurus: quæritur quid iuris?
 Dic, q̄ refert: quia aut est actum expresse, q̄ aduena soluat in lo-
 co contractus. & tunc ibi potest conueniri, non ratione contra-
 ctus, sed ratione collatæ solutionis. vt j. §. fi. Aut est actum cōtra-
 rium: & non potest, vt s. ver. proinde. Aut est dubium: & tūc aut
 aduena emit rem sibi necessariam ad iter puta, quia emit equū:
 & tūc, quia non potest ultra ire sine equo, videtur actum, q̄ hic
 soluat: quia incōueniens esset, q̄ cum re mea recederet, vt l. si qs
 legationis. j. eo. ne cōtractus claudicer. ar. in l. fi. de acce. Aut nō
 est sibi necessaria ad iter: & videtur habita fides de p̄tio, & alter
 videtur habere fidem de re, & non potest conuenire eum, nisi al-
 ter rem petat. arg. in l. lul. §. offerri de act. emp. Item iste tex. facit
 2 contra opinio. Bar. positam in l. si domum. j. de fur. quæ est ter-
 ribilis. q̄ si reperiatur fur cū re furtiua: q̄ ibi potest capi, & suspen-
 di. tamen iste tex. dicit, q̄ non: q̄a non est æquum, q̄ per tot loca
 conueniatur per quæ transit: nec quantum ad rigorem iuris est
 vera: licet eam per aliquas rationes suasius fundet. de quo dic, vt
 ibi per eum & per Bal. in l. abducta. C. de fur. & bene facit q̄ eū.
 j. eo. l. nō aliās §. r. In gl. debeat, q̄ quærit. qd si debitor caput va-
 gari. & c. no. gl. & similem. l. 4. §. fi. j. de dam. inf. pro quo leius
 qui. §. fi. ad municip. Item in eo, quod dicit ratione originis. vide
 Bar. in l. assumptio. ad munic. pro gl. ista ēt videtur Cyn. in liuris
 ordinem. C. de iurisd. omn. iud. Item in fi. qn̄ gl. dicit ratione cur-
 sus decennij. habuisti statim contrariam in gl. domicilium: & il-
 la est vera, q̄a etiam si p̄ mille annos ibi staret, ut ibi dixi: & ponit
 Bar. in l. Scia. §. Pamphile. de fundo instruat. & dicta l. quæsitum.
 & hoc, nisi ratione contractus: quia tunc sortitur forum: vt hic.

L E X XXI.

- 1 Debitor rei restituenda propter præstationis difficultatem, num a pœna libe-
retur.
- 2 Tempus modicum in iure quando dicatur.
- 3 Debitori pecuniam ad solutionem paratam habenti dilatio non datur. Et cū
lex dat dilationem, cautionem præstari debere. Et quid quando à contrahen-
tibus. Et quid si à principe.
- 4 Debitor ubi præstare cautionem detrahat, an incarcerari possit.
- 5 Sententia diffinitiuā in confessum, an ferri debeat.
- 6 Prouisio hominis ad ea, quæ lex operatur, non extenditur.

SI debitori. In confessum non est ferenda sententiā,
 sed danda est sibi dilatio ad soluendum
 cum competēti cautela. Bar. Vel sic, si post libellum obla-
 tum qs confiteat̄ debitum condemnabitur, & dabitur sibi
 tps ad soluendum, quod datur iudicatis. h. d. fm̄ Iaco. Rau. Et sic
 sunt casus duo. Sed posterior ēt verior, & notabilior. vel in actio-
 nem. i. libellum: non tñ edidi: licet lac. dicat, q̄ edidi. No. q̄ debi-
 tori datur dilatio, si non habet pecuniam ad manum. Item iste
 tex. facit q̄ opi. Bar. positam in l. continuus. §. illud. de ver. ob. &
 1 in l. quod te. si cer. pet. vbi dicit, q̄ licet debitor speciei liberet̄
 a pœna propter difficultatem præstationis, sed datur sibi tps: vt
 l. cum res. de leg. 1. secus tñ in debitorē pecuniæ: quia difficultas
 eum non exculat a pœna: sicut nec a carcerib. hic tñ est casus q̄
 2 eum. & ita dixi in d. l. quod te. in repetitione. Item jno. q̄ dicatur
 modicum tps. & dñ alibi modicum tps ut l. fraudem. all. in gl. de
 iud. s̄ssi. & alibi, q̄ iudicis statur arbitrio. vt l. pen. de iud. sed dic:
 q̄ vbi l. limitat, statum legi. sed vbi non est determinatum, statur
 arbitrio iud. vt l. j. de iure delib. & l. si ita quis. §. Seia cauit. de ver.
 3 obl. Itē jno. in gl. q̄ vbi debitor habet pecuniā expeditā. nō datur
 sibi dilatio. Item no. hic, q̄ qn̄ lex dat dilationē, dēt præstari cau-
 tio. Idem qn̄ a p̄hentib. vt l. in oib. j. eod. idem qn̄ a principe: vt l.
 4 vniuersa. C. de preci. impe. offe. Item no. f̄ aliud secundum Barro.
 vbi debitor non præstaret cautionem, q̄ posset incarcerari. Sed
 q̄, quia non debet qs incarcerari propter cautionem, quia suffi-
 cit iuratoria, item quando agitur nomine proprio, non est neces-
 saria cautio: vt §. sed hodie. In sti. de satisfd. Sol. illa loq̄tur de cau-
 tionē, q̄ fit ante sententiam, quia non potest cogi, hic vero loqui-
 tur de cautionē, quæ fieri debet post sententiam. q̄a tunc cōstat
 de debito, & ideo magis debet ardentē costringi. sed Cy. & lac.
 de Are. in quadam apostilla. dicunt, q̄ hodie non seruatur. Sed
 dic secundum Bal. q̄ aut pars petit, & sine dubio debet fieri. Aut
 non petit, & tunc dicit, quod si est soluendo, non datur cautio,
 quia etiam nondatur sibi dilatio, vt dictum est, veritas tamē est,
 q̄ vbi pars petit, q̄ de iure debet fieri cautio. In alia glo. nunquid
 5 in confessum sit secunda sn̄ia. dic, q̄ aut fit confessio post litem
 conte. & tunc debet ferri sn̄ia. vt l. lul. & l. j. & quod ibi not. j. de

confessis. Aut fit confessio antelit. cont. & tunc, aut fit animo
 lit. conte. aut animo declinandi iudicium, aut est dubium. Pri-
 mo casu sententia, quia aliqñ interest in confessum dari senten-
 tiam, vt l. vtiq. de rei ven. Aut fit animo declinandi, & non datur
 sn̄ia. vt hic. Aut est dubium, & nunquam præsumimus factam
 fuisse confessionem animo litis contestandæ. & hæc vera in ciui-
 li, quia in criminali, siue ante litis contesta. siue post, fertur sen-
 tentia, vt l. si confessus. de custo. reo. Item circa p̄missa not. q̄ ea
 quæ dicuntur hic, q̄ in confessum, vel condemnatum fit execu-
 tio post quatuor menses, & datur eis ad executionem tps qua-
 drimestre, est verum de executione hominis, non legis, vt l. furti.
 in prin. de his q̄ no. infa. & ibi p̄ Guil. & Bar. ponit in l. talis scriptu-
 6 ra. §. fi. de leg. 1. Ad ea t̄ enim, & circa ea quæ l. operatur non extē-
 ditur hominis prouisio, & ibi videatur, facit l. qui vltro. de pœ.

L E X XXII.

Qui non. Omne agens in agēdo repatitur. Bal. vel sic iu-
 dicem coram quo quis agit declinare non po-
 test, si ibi reconueniatur. h. d. Ista l. facit, an clericus in causa recō-
 uentionis possit conueniri coram laico, de quo in c. at si clerici.
 de iudi. & dixi in l. 2. §. sed si agant.

L E X XXII.

- 1 Sententiam ferri non posse super eo, in quo lis contestata non est.
- 2 Iudicia super futuro non fundantur.

Non potest. Ius post litem contest. superueniēs
 agēti cōdemnationem: ex eadem
 instātia nō inducit. Bal. vel sic, si post litem cōtestatā
 superueniat actori ius, super quo p̄cipaliter agebat,
 nō potest super illo ferri diffinitiuā, quia nō est in iudicium de-
 ductum, nec super ipso lis est cōtest. & ideo necesse est actori de
 nouo agere. h. d. not. & est ista l. vnus aphorismus adde c. abbate
 sanē. de re iud. in 6. vbi glossatur hæc l. Alia interpellatione. & a-
 1 lio iudicio. Nota. q̄ quod super quo nō est lis cōtestata, nō potest
 ferri sententiā. Item nota, quod dicitur in gl. secūdo cōtrario, &
 dic, quod istud non videtur habere rationem, quia per hoc vide-
 tur, quod si Titius possidebat hæreditatem, quæ adhuc mihi de-
 lata nō est scilicet quia adhuc nō est mortuus ille cuius est, q̄ si
 post litem cōtest. mihi sit delata, q̄ possit in ea cōdemnari. quod
 nō videtur verum. Et ideo dic, q̄ duo sunt cōsiderāda. s̄ ius actoris,
 & illud debet esse tempore litis cōtest. & ius rei, & illud debet
 cōsiderari tempore sententiæ, quia in iudicijs est quasi quidam cō-
 tractus stipulatiōis: & actor t̄pellit cōtest. obtinet vicem inter-
 rogātis, t̄pe sententiæ reus tenet vicem respōdētis. & ideo sufficit
 q̄ extremum rei sit habile t̄pe sententiæ, si tñ ius actoris sit factū
 tempore litis cōtestatæ. & ita patet so. ad l. 4. & l. quæsitum: cum
 si. Ad l. si rem. §. fi. de pig. ac. dic, q̄ ibi agebatur ex causa præcedē.
 lex v̄ditione. Oppo. de c. abbate sanē. extra de re iud. in 6. vbi di-
 citur totum q̄riū. Sol. ista l. intelligitur fm̄ illud c. & ideo refert,
 ut ibi dicit tex. q̄ aut agit cā expressa, aut ḡn̄aliter. pro quo alle.
 Bar. in l. fi. C. de anna. exce. Sed tñ Pet. in l. vnica. C. de alie. iu. mu.
 cā fac. dicit, q̄ illud c. procedit de æquitate canonica, nō aut de ri-
 gore iuris ciuili. Rō est, q̄a nō potest fieri cōdemnatio, nisi sup
 illo, in quo tibi ius competeat tempore litis cōtest. & fuit in iu-
 dicio deductum, quod nō pōt fieri, si tñ non competit. Circa
 hoc distingue, cum quæritur, an possit ferri diffinitiuā super iu-
 re superueniēti post litem cōtest. quia aut illud ius erat accesso-
 rium ad primum quod principaliter int̄tabatur, & quod tem-
 pore litis competeat: & tūc ferri potest. ut l. adiles. §. item sciē-
 dum. & l. j. §. nō t̄atum dolus. j. depositi. & de rei uend. l. non so-
 lum. Aut illud erat principale id est illud quod principaliter in-
 t̄tabatur, & tūc, aut superuenit ex causa de præterito, & idem,
 ut l. si rem. §. fi. de pig. act. Aut ex causa de futuro. i. quæ habuit or-
 tum post litem cōte. & tūc, aut nō erat defectus ex parte actoris,
 sed ex parte rei, vt quia deficiebat cā, quare deberet cōdemnari
 tempore litis cōte. tñ actori competeat ius, & tūc idem, quia p̄t
 cōdēnari, si superueniat ante sn̄iam, ut l. 4. j. de pet. hæ. & l. sin-
 autem. §. possidere. de rei uen. ita intelligitur l. quæsitum. de pec-
 cu. Aut erat defectus ex parte actoris, & tunc, aut egit ex causa
 certa. & expressa, ut dico rem meam ex uenditione, uel te obliga-
 tum ex stipulatione, & nō potest fieri cōdemnatio, ut hic. Aut
 egit generaliter, ut dico rem ad me pertinere iure dominij, uel
 quasi, uel te obnoxium, & tūc videtur in iudicium deducere, nō
 solum ius competens t̄pore litis cōtest. sed ēt omne ius futurū
 post litis cōtest. superueniens, & ideo sup re pōt fieri cōdemna-
 tio de æquitate canonica, ut d. ca. abbate. de subtilitate uero iu-
 2 ris ciuili secus, quia q̄ iudicia super futuro non fundantur. inf.
 eo. l. nō quemadmodum. quod dic: ut plenē notatur per Cynū
 in l. j. C. de ali. iudi. in 6. q. Item aduertendum, quia isti iterū agē-
 ti in casu huius l. non obstat exceptio rei iudicatæ, ut lege si ma-
 ter. §. eandem infra de exceptio. rei iudi. & adde notata in l. non
 quemad-

quemadmodum. j. eo. & quod ibi dixi. & vide l. non mortis. §. i. j. tit. i. quæ videtur superiori notæ contrariari. Item vide l. si Titius. de ver. obl. & c. Rainaldus. de testam. vbi agitur ad poenam nondum commissam, vt ibi, super verbo si contra ipsum venerit, & ibi no.

L E X XXII.

- 1 *Rei vendicationem aduersus legatum non competere, nisi pro alterius possessione.*
- 2 *Forum quem sortiri ratione rei, qua ratione sit intelligendum.*

Non aliàs. Pro contractu, vel delicto commisso in loco legationis, potest legatus conueniri, & etiam rei vend. pro re aliena, quam inceperit ibi possidere, secus si alibi, licet ibi fuerit continuata possessio. h. d. vsq. ad l. de eo. No. ex versu. † sed si postulatur, q̄ rei vendicatio non competit aduersus legatum, nisi pro possessione alterius, vt l. vnica. C. de ali. iud. quod facit ad q. si aliquis legat actiones suas, non videtur legare res suas, quia pro reb. suis non habet locum rei vend. Quod est verum actu, sed habitu secus. ar. in l. i. §. hoc interdictum. j. vti possi. de qua vide in l. fin. de hære. vel ac. vendi. Item not. mirabilem limitationem. ad fi. C. vbi in re acti. quia † quod dicitur, q̄ ratione rei quis sortitur forum, verū est, vbi res est, vt perpetuo ibi stet, item vbi fuit incepta possessio, non autem q̄ in quocunq. loco vbi reperitur cum re, q̄ possit conueniri: sed tantum in loco vbi incepta est possideri, quod facit † Bar. de quo dixi in §. si quis tutelam. in fi. Salua eius pace, hic est casus a contrario sensu, quod etiam si res non sit ibi manfura potest conueniri, quod est contra opinionem Bar. & aliorum aliorum. C. vbi in rem act. l. fi. & ita tenet ibi Saly.

L E X XXVI.

De eo. Propter aditionem hæreditatis, vel restitutionem eius factam legato, in loco legationis nõ potest ibi conueniri, licet ex hoc obligetur ex quodam quasi contractu, si tamen non cauet fit missio in possessionem bonorum. h. d. vsq. ad l. sed si restituatur. lbi ne impediatur. ista ratio nõ est sufficiens, sed est alia, de qua dixi in l. 2. §. ois. & est duplex. Primo quia istud fit quasi ex quadam necessitate transmissionis ad heredem. Item ratione quasi contractus qui solo animo celebratur, & sine scõ suo, secus si facto. vt l. interdum. Per quod tene menti ad q. de hæretico, qui incepit esse hæreticus in Roma, licet postea mutet domicilium, Vtrum possit accusari de hæresi, quia solo animo contrahitur.

L E X XXVIII.

- 1 *Officium iudicis vbi quis intentat, num reconuentio locum habeat.*

Sed si restituatur. In prima gl. aduerte quæ videtur dicere, q̄ vbi quis intē rat † officium iudicis, q̄ non habet locum reconuentio, per l. i. in fi. de var. & extraor. cog. Sed circa. h. d. Bal. aut illud officium iudicis requirit magnam causæ cognitionem, aut disceptationē, & tunc potest fieri reconuentio. vt l. i. §. fi. de var. & extraor. cog. aut non requirit causæ cognitionē, nec fieri disceptationem, nec altiore indaginē, vt in restitutione fideicommissi, quod debet fieri simpliciter, & de plano, vt l. a quo. §. si de testamento. ad Treb. & tunc non habet locum, ut hic, Bal.

§. Contra. Si legatus hæres institutus, & de restituendo rogatus, in loco legationis hæreditatem restituat, priuilegium suum non transit ad fideicommissarium, quia personale, hoc primo. Ad quod vide l. quia perinde. §. restituta. ad Treb. & l. cum patronus. de leg. 2. Item vbi non cogitur quis iudicium suscipere, nec etiam iurare, vel alium actū litis decisorium facere. h. secundo. ad quod vide l. in contractib. §. illo. C. de non nu. pec. Item vbi periculum est in mora, vel ius actoris est periturum, cogitur legatus iudicium suscipere, quatenus necessitas exigit. h. d. vsq. ad §. si potest. lbi, vt lis contestetur, & non vltra. sed mittetur processus ad alium iudicem. vbi faciet fidem. facit l. fi. C. de test. Et facit in ar. iste tex. q̄ si Papa alicui concedat conseruatore, & hæres instituatur & restituat hæreditatem, q̄ ad fideicommissarium non transit priuilegium conseruatoris. no. ex fi. gl. lbi in actione de dolo, pro quo 4. q. 7. quod pro eo.

- 1 *Legem semper certam esse, de eo quod est in rerum natura.*
- 2 *Lex ad monstra, & portenta non se extendit.*

§. Si pater. In ventre præsumuntur esse tres in dubio, & ideo iam natus non admittitur interim ad petendum hæreditatem, nec debitū hereditarium, nisi pro quarta parte. Bart. Quod dic, vt plenè declaratur per eundem j. de acqui. hære. l. cum quidam. §. quod dicitur. & §. suum hæredem. & vide l. antiqui. j. si pars heredita. pe. vel sic incertitudo nature naturatæ non tollitur per certitudinem nature naturantis. Frã. Accursij. vel sic, iudex non habet necesse attendere scientiam, q̄ apud Deum est, vel naturam, sed illam, quæ cadit in eum ex veri similib. iuris præsumptionib. Bal. Mortuus ab intestato. Partem. §. quartam, ne contrarietur iam dictis, ipse tamen est hæres suus

necessarius pro dimidia, ex quo in ventre non erat, nisi vnus, vt d. l. cum quidam. §. suum hæredem. de acq. her. non tamen admittitur, nisi pro parte quarta: vt quia in primo. §. in faciendo ipsum hæredem operatur. l. quæ ipsum facit. hæredem necessarium etiã ignorantem. Lex † autem semper de eo quod est in rerum natura certa est, sed in secundo. §. in admittendo ipsum ad iudicem operatur homo. §. iudex, qui de illo non est certus, & ideo non debet sequi illud, quod euenire potest, ut hic, & d. l. antiqui. Sed vñ q̄ non sit hæres, nisi pro octaua, quia pnt esse septem, ut d. l. antiqui. Solutio, dico, q̄ naturaliter non sunt, nisi tres: quando autē in ventre sunt ultra tres, illud est quoddam monstrum, uel portē tuosum, ut l. utrum. de reb. dub. Ad † quod lex se non extendit regulariter.

L E X XXIX.

- 1 *Conuentio ac reconuentio in criminalibus, an locum habeant. Et qualiter in his ferenda sit sententia.*

Qui prior. In causa conuentionis, & reconuentionis hic est ordo, ut prius audiantur iura conuenientis, scđo reconuenientis, h. d. §. m ueram lectu. Et intellige, ut statim ubi post actum unius, sequatur actus alterius: non aut, ut primo non debeat terminari cã conuenientis, & post reconuenientis. hoc est probatur iure C. ut C. de compē. l. neq. & iure Auth. in auth. & cōsequēter. C. de sentē. & iure canonum. ut c. i. de mutu. pet. & de rescriptis. c. dispēdia. §. reus. Et quicquid dicas gl. dicat, q̄ ista l. loquitur in causa ciuili. Et † ideo dic, q̄ aut ambæ causæ sunt criminales, & nõ procedit hæc lex. sed l. is qui reus. j. de pub. iud. Aut una criminalis, altera ciuilis: & idē: nam tunc loquitur lex fi. C. de ord. iud. nõ ergo bñ dicit, q̄ in criminalibus hæat locum. Aut ambæ sunt ciuiles, & tunc aut una est sup petitorio, altera sup possessorio. & nõ pcedit hæc l. sed l. si de ui. cum materia sua. j. e. Aut ambæ sup petitorio: & tunc, aut secunda est p̄iudicialis ad psonam, & similiter non pcedit: sed de p̄iudiciali est primo cognoscendū, & p̄nuntiandum, & sup alia superfedendum: ut C. de adult. l. qñ Alexandrū, & Inst. de ac. §. p̄iudiciales. Aut neutra est p̄iudicialis, & tunc, aut secunda est emergens: & similiter non pcedit, sed sup illa est primo cognoscendū, & pronuntiādū, & sup alia superfedendū. §. eo. l. 2. §. sed & si dubitef. aut utraq. est principalis, & tunc pcedit. l. ut in singulis actib. primo admittitur qui primo prouocauit: & post singulos actus admittatur alter similiter ad eosdem actus: & causa utriusq. eadem sententia terminetur, præmissa tamen in ordine scripturæ sententia primi: aliàs posset appellari, ut l. j. in fi. quæ sententiæ sine appella. rescin.

L E X XXX.

- 1 *Iudicium ceptum quando censeatur.*
- 2 *Contumax coram priore iudice, an possit coram secundo exceptiones proponere. Et an possit priori processu apud secundum iudicem se adiunare.*

Iudicium solui. Hic ponuntur tres casus notabiles, in quibus impeditur processus delegati. Primus est, cum delegans prohibet. Secundus est, cum prohibet superior delegantis. Tertius est cum delegatus efficitur ordinarius illius causæ h. d. not. & dic: q. impeditur his casibus, quo ad futura: sed qua. facta sunt remanent firma vt no. per Innoc. in c. intimasti. de appel. Item loquitur hæc l. cum delegans inibet, & nullum alium subrogat. aliàs enim soluitur: & subrogatus procedet. ar. §. eo. l. si iudex. & j. eo. l. mortuo. Item si ad se aduocaret causam: nam tunc non soluitur, nisi quo ad delegatum, ut no. per Gul. in l. & quia. de iuris. d. om. iu. Et allegatur ista lex, q. per litem contestatam delegatus non efficitur dñs litis, secus in procu. vt hic in glo. Quæro t. nunquid ordinarius possit alteri iudici ordinario inferiori inibere, ne procedat, & causam ad se aduocare? dic, q. non, vt in Auth. de defen. fo. ciuit. §. sed interim. & in c. Romana. de fo. cõp. lib. 6. & quod no. in c. pastoralis. de offi. ord. & per Arch. 1. r. q. de persona. Fallit in principe. qui potest, quacunque ordinariam causam auocare expressè, vel tacitè, saltem committendo. de offi. deleg. c. licet. de appel. vt nostrum. & quod no. Arch. 3. 4. q. u. §. is ita. Et vide quod no. per Io. And. de off. Arch. c. dilecto. qui videtur velle, q. quãdo inferior ordinarius exercet iurisditionem aliquo modo nomine superioris, vt Archid. qui est tanquam vicarius episcopi, superior potest sibi inibere, licet Innoc. videatur ibi sentire contrarium. Et adde, quod sicut delegans potest inibere delegato t. ita potest eius sententiam interlocutoriam reuocare. vt no. j. a quib. appel. non licet l. si. quod tene menti: quia ita pri die in facto consultus respondi, & allegaui dictum Bart. Paul.

L E X LIX.

Silocus. In delegatione videtur expressus locus solutus h. d. facit l. q. si nolit. §. qui assidua. de ædi. edic. & de iure fisc. l. super creadis. lib. 10. q. & j. de aqua plu. uia arc. l. si prius. s. rectè placuit. lex sequens nõ legit. Paul.

L E X LXI.

Solemus. In iudicium videtur deductum quicquid poterat sub petitione comprehendere, licet non sit specialiter expressum. h. d. Ex quo patet, q. si quis dicat rē q. alter possidet, pertinere ad se in libello, q. vñ intentare petitorium, & possessorium: cum verba sint generalia. qd vñ per Ber. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa possessionis, & proprietatis. & in gl. j. eo. l. si quis intentione. & facit lan. & eandem. §. actiones. de exce. rei iudica. No. istum tex. secundum Bart. Pau. Cast. nouæ prælect. in ff. vet. B quod

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

quod valet libellus. peto a te hæreditatem excepto tali fundo, quia partes possunt consentire, ne aliquid in petitione veniat. In glo. quæ opponit j. de arbi. de l. si cum dies. Bartol. dicit, qd idem esset in arbitris: vbi proceditur per libellum. secus si ex cõpromisso, vt ibi.

§. Latrunculator. Iudex maleficiorum non debet de causa pecuniaria cognoscere. ad hoc alleg. hoc est verum principaliter, sed incidenter postq̄ de crimine cognouit, potest cogere criminiosum ad rem restituendam: vt l. interdum §. qui furem. j. de fur. & ibi per Bartol. & in Authen. de manda. princ. §. quod si delinquentis. col. 3.

L E X L X I I.

1 *Iudicium actum trium personarum dici.*

INter litigantes. In iudicio requiruntur duæ personæ. factoris, & rei actor dicitur iustinare onus probationis, reus vero gaudere cõmodo possessionis. h. d. Adde, quod requiritur, & tertia persona, iudicis, vnde dicitur iudicium trium personarum: vt in c. foras. post medium. de verb. sign. Paulus.

L E X L X I I I.

1 *Citandus personaliter, vt compareat non est, qui per procuratorem se tueri potest.*

2 *Clausula de defendendo quid contineat.*

Rectè defendi. Dicitur quis se defendere per se, vel alium: nec dicitur plene se defendere, nisi soluat iudicatum h. d. Et no. ex primo dicto, qd non est quis citandus, vt personaliter compareat, cum possit se defendere per procuratorem, nisi esset necessaria præsentia personæ. quod dic. vt l. si. C. de procu. & in c. j. de iud. lib. 6. Ex secundo dicto nota, qd clausula de defendendo continet clausulam iudicatum solui: sicut econtra j. iudica. solui. Leg. iudicatum solui. vnde si quis promisit se defendere sub pœna, nisi soluat iudicatum, incidit in pœnam. quod singulariter no. Rectè defendi. quod expedit scire ad hunc finem, vt sciamus, an debeat fieri missio in possessionem, quæ fit quando reus se non defendit. Cum satisfatione de iudicio sisti. quod est verum, quando per alium se defendit. sed si per se, non præstaret eam, si possideret immobilia. quod dic. vt l. sciendum. j. qui satisfid. cog. & est casus, in l. hæc autem. §. rectè defendi. quib. ex cau. in poss. eatur.

L E X L X I I I I.

1 *Interesse verum rei estimationem dici.*

2 *Prædo, quod interesse prætereendere queat.*

Non à iudice. Contra dolosum fit æstimationem. quod quidem interesse, cum sit affectionis etiã prædo potest prætereendere, qui tamen verum interesse prætereendere non potest hoc dicit. Interest, scilicet verè. quod quidem interesse, dicitur æstimationem rei, iuratur, quod est interesse affectionis. si ergo depositarius per dolum non vult rem restituere, quæ quidem valebat centum, non condemnatur tamen ad illa centum, sed ad illud, quod actor iurabit. propter affectionem: nam si tantum afficiebatur, qd voluisset ipsam potius, quam centum, & quinquaginta, dabitur sibi iuramentum, qd ita sit, & si ita iurabit, in centum quinquaginta fiet condemnatio, licet reuera non valebat, nisi centum. Denique probat, quod dixerat. nam prædo non potest prætereendere verum interesse, cum non sit dominus, sed tantum affectionis ratione cuius aduersarius sibi condemnabitur. Allegatur qd prædo est restituendus dicã in l. si idè.

§. Si quis in allo. Si mutat persona iudicis: vel res, aut actio. stipulatio iudicatum solui. non committitur h. d. tex. cum gl. & est no. §. Paulus.

L E X L X V.

1 *Consuetudines de dote lucranda vbi diuersæ sunt, puta, in loco originis mulieris, & domicilij viri, vtra in huiusmodi lucro sit spectanda.*

2 *Notarius an possit in vno loco rogari de conficiendo instrumento, & in alio cogi ingrossare.*

Exigere dotem. In cõtractu dotis est hoc speciale, vt nõ inspiciatur locus contractus, sed vbi vir habet domicilium. hoc dicit Bar. vel sic. vbi agitur ex distractu, non inspiciatur locus contractus, sed locus vbi sit distractus h. d. Cy. quæ lectura videtur vera. Bar. in l. 2. C. vbi & apud quos. de qua dic. vt no. in l. qui certo loco j. de condic. indeb. per Gul. & Bart. sed prima lect. communiter tenetur, secundum quã inducitur in arg. ad q. qd si in dote lucranda sunt diuersæ consuetudines, vna in loco originis mulieris, qd vir lucretur tertiam, alia in domicilio viri, qd lucretur dimidiam: inspicietur consuetudo, quæ est in domicilio viri. de qua q. dic. vt no. per Bar. in l. omnes populi. de iustitia, & iure per lo. An. in c. j. de spon. per Archi. xij. distin. cap. illud. Ex prima lect. glo. no. qd si notarius concipiat instrumentum in aliquo loco, nõ tenetur in alio ingrossare, nec potest in vno loco rogari de instrumento, & conficere notam, & in alio instrumentum in-

grossare: quod intellige verum, quando fit instrumentum, quantum ad probationem: secus si fieret ad solennitatem, vt in testamento cæci, in quo requiritur scriptura per septem testes signata, vt l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. nam tunc notarius debet in præsentia ipsius cæci instrumentum perficere, cum omni solennitate. nec valeret, si in domo sua solennitatem adhiberet ex interuallo, cum debeat adesse in ipso actu: vt in d. l. hac cõsultissima. probatur. & C. de test. l. antiquitas. facit l. obligari. §. Tutor. de autho. tut. & ita pridie de facto cõsultus respondit. Item no. qd ratio huius qd non sortiatur forum in loco contractus tantum: est, quia ibi videtur contraxisse, vbi maritus habet domicilium. Item quia ibi mulier est domicilium habitura cum viro.

L E X L X V I.

1 *Reus confitens rem de qua agitur actoris esse, qualiter intelligatur confiteri eius esse.*

2 *Testium dicta ita debent interpretari, vt ipsis non noceant, & ad concordiam reduci. Et an interpretatio per legem fieri debeat, an per hominem.*

Si quis intentione. In iudiciis verba ambigua interpretantur pro profere. ad hoc alleg. Et nota petitionem, vel exceptionem ambiguum admitti in iudicio. quod est verum, quando potest recipere sanum intellectum, aliàs rejicitur. arg. de leg. j. l. Titia textores. de fin. l. j. §. Labeo. & dic. per Bart. in l. j. de exceptio. Et no. glo. quæ dicit, qd si reus confitetur rem ad actorem pertinere intelligatur confiteri, qd pertineat tanq̄ debita, non tanquã sua, quia primum est sibi vttilius, vt non teneatur ad fructus, nisi secundum legem videamus j. de vsur. in secundo sic. Sed hoc est verum, si non appareat, qd actor diceret eam suam iure dominij, vel quasi: nam tunc responsio rei intelligeretur secundum petitionem actoris. vt j. de interrog. act. l. si defensor. §. j. & §. præterea. Insti. de inuti. stip. secundum Bal. Vel pone exemplum in reo secundum ipsum, si actor narrabat duo in libello, quorum vnum faciebat pro reo, aliud contra, puta, qd reus possidebat rem suam, reus autem negat narrata prout narratur in libello simpliciter, certè uidetur negare, quod faciebat contra se, scilicet, qd res esset actoris. sed quod faciebat pro se, non. §. quod ipse possideret, quia cõmodum est sibi possidere, ut s. e. l. inter litigatores. quod tene menti. Et no. etiam qd istud est verum sine protestatione. facit l. cum precum. C. de liber. cau. Item quæ hic dicuntur locum habent in testibus. ut semper interpretatio fiat, ne sibi noceat, & ad cõcordiam reduci debent. ut no. in c. cum tu. extra de testi. & idè in notatio, qui loco testis habetur, ut l. Domitius de testa. Item in glo. uidetur, qd interpretatio fiat per l. & ideo uidetur, qd consensus partis non sit necessarius, ut l. quæ sub conditione. §. fi. j. de cond. inst. respondeo, licet l. interpretetur, adhuc tamen requiritur declaratio hominis, qui declarabit, quod magis sibi expedit. arg. in l. leuissima. & quod ibi no. de conditio. & demon. Item, quæ sit ratio inter contractus, & iudicia. uide in l. inter stipulantem. §. j. j. de verb. obli. Item in fine glo. quærit Bar. responde, quò sic, si inter partes, ut si pars non possit deliberare, utrum cedat, uel cõtendat, arg. l. si defensor. §. illud. j. de interrog. actio.

L E X L X V I I.

1 *Actori vbi per missionem in poss. ex primo decreto nõ potest esse consultum, iudex quid facere debeat.*

2 *Testamentum quod nullum est, si quis annullari petat, an rectè petat.*

Quise dicit. Qui dicit se liberandum, est liber à die sententiæ, uel decreti pro eo interpositi. Bar. Vel sic. qui se liberandum dicit, debet petere se liberum, nõ retro liberum pronuntiar. h. d. Bal. Vel proprius ad literam, licet feruus sit redemptus suis nummis, non tamè est liber, nisi sequatur manumissio, ad quam fien dam potest dominus per iudicem compelli, sed contumaciter abest, ipse iudex feruum liberabit h. d. Et no. singulariter ultimum dictum, & si. l. qd ubi non potest actori esse consultum per missio. in possessio. ex primo decreto, iudex interponit decretum contra absentem, qd habet uim sententiæ diffinitiuæ. Ad quod facit. C. si ut se ab hære. abst. anth. si omnes. Bar. tamen alle. tex. in c. primo. de eo qui mit. in po. causa rei seruau. lib. 6. ubi est casus. Quod facit ad q. si petatur testamentum annullari, qd potest ferri sententia diffinitiuã in absentia partis, quia non potest procedi ad missionem personalem. Ista l. inducitur in arg. ad q. qd si quis petat testamentum, qd sit nullum, annullari, qd ualeat petitio, nec possit aduersarius repellere, quia intelligitur annullari, quatenus de facto processit, ut l. eleganter. §. j. supra de dolo. & l. ex empto. §. qui uina. de act. empt. facit l. fundus. de rescind. uend. l. solutum. §. j. de pign. & c. accedens, ut lite non contestata. & no. per Innocen. in cap. examinata. de iud. ubi ponit ad hoc unum bonum dictum, & ita in simili habui pridie de facto, de quodam minore, qui petierat se in integrum restitui aduersus actum, qui erat ipso iure nullus, Item facit ad aliam q. quam habuit

buit dominus Bal. Perusij tempore meo. statutum est ibi, q̄ nisi quis faciat insinuari testamentum j̄. duos menses, sit nullum: ve- rum tamen j̄. duos menses possit insinuari, nisi per venientes ab intestato petatur cassari. contingit, q̄ venientes ab intestato post duos menses petierunt nullum pronunciari, alter vult j̄. alios duos menses gaudere privilegio statuti, non obstante petitione inepta partis adversæ, quæ debet petere cessari, & non facit, & fuit maxima controuersia inter Docto. finaliter tamen fuit con- sultum, quòd venientes ab intestato bene petebant. argum. iam dictorum, & istius l.

L E X LXVIII.

- 1 Peremptorium necessarium esse, quando iudex uelit ad diffinitiuam uenire.
- 2 Citationem fieri debere ad partis instantiam.
- 3 Argumentum ab allusione uocabuli in iure procedere.
- 4 Comminatio iuridicialis, quot modis fieri queat.
- 5 Iudex an per hoc, quod dicat in prima, & secunda citatione, q̄ ueniat reus ad diffinitiuam, comminatio huiusmodi peremptoria dicatur.
- 6 Iudex num possit nulla subsistente iusta causa dilationem minuere.

AD peremptorium. Ad sententiam diffi- nitiuam peruenit p̄- cedente peremptorio ordine hic expresso, qui tamen ordo potest per iudicem moderari, & alterari ex cau- sa. h. d. v. que ad l. & post edictum, Bar. Quam l. examina, ut plenè no. per Cy. in auth. qui semel. quomodo & quando iudex. & per Bar. in l. si finita. §. nullam. de dam. infec. per gl. 2. q. 3. de illicita. per Inno. ad c. ad petitionem. de accu. Et adde glo. in c. constitu- tionē. de sen. excom. li. 6. Ad peremptorium, quod f̄ est necessa- rium cum iudex uult venire ad sententiam diffinitiuam. Et ita intelliguntur istæ ll. per gl. j̄. e. & post edictum. Sunt & alij casus in quib. s̄r̄ requiritur hic ordo peremptorij. l. cum uenitur ad missionem ex primo decreto. vt no. glo. in l. finita. §. Iulianus. de dam. infec. Et idem uidetur sentire in l. & post edictum. in pen. q. & per Inn. in c. j. vt lit. non cont. & v̄ tex. in l. præsentī. circa med. C. de his qui ad ecclesias confugi. Item est necessarium cum pro- ceditur ad transferendam possessionem in aduersarium lit. quasi conte. vt l. consentaneum. quomodo & q̄ iudex. Item, & cum proceditur ad absolutionem ab instantia iudicij, ut no. per Inn. in c. consuluit. de offi. dele. & per Bart. in l. cum Titia. de accu. & dicam j̄. e. & post §. circumducto. Item & cum proceditur ad ex- cōicationem, vt d. c. consōnem. & c. de illicita. Idem v̄ cum quis citatur ad videndum testes iurare, vt d. c. consuluit. sed alias, q̄ ex istos casus non requiritur iste ordo, sed qualibet citatio intel- l̄r̄ peremptoria, vt cum quis citatur ad videndum publicari processum, vel ocludendum in causa. Cum datur dilatio ad probandū, nunquid dilatio vna sufficit, & intelligat̄ peremptoria? dic̄ s̄m p̄- dictos Doc. vbi s̄. ad vlt. facit l. j. in fi. C. de dila. Petat no. f̄ citatio nem debere fieri ad instantiam, & petitionem partis, alias nō va- let, & ad hoc alle. Vnde dicit Bar. in d. §. Iulia. q̄ iudex in visione processus debet videre, si citationes factæ sunt ad instātia partis, alias annullatur processus. vide ibi per eum. Peremptorium, quod erit quarta citatio. nec debet ista continere interuallum tot dierum, postquam alia præcesserūt cum interuallo. quod pa- tet: quia non fit de necessitate, sed benignitate, postquā præcesse- runt tres, vt l. tres denuntiationes. quomodo & quādo iudex. & in c. consuluit. de offi. dele. no. f̄ Quod inde hoc nomen & c. No. arg. ab allusione uocabuli, vt l. tugurij. de verb. sig. quod dic per Bar. in l. j. de testa. Comminatur. f̄ hæc comminatio potest du- pliciter fieri. primo prout hic dicitur, scilicet, q̄ in eius absentia procedetur. secundo, vt dicatur citamus te peremptoriē: nā hoc uerbum hēt vim comminationis. & no. q̄ quādo peruenitur ad tertiam, vel quartam citationem, hæc comminatio non est ne- cessaria: cum illæ habeant in se peremptorium annexum, vt d. l. tres denun. quia tunc oportet hoc expressè dicere: cum de iure non sint peremptoria, secus si iudex uellet, q̄ prima, & secun- da essent peremptoria, vt ll. præcedentib. Item aduertendum, q̄ f̄ licet iudex dicat in prima, & secunda citatione, q̄ reus ueniat ad sn̄iam audiendam, hæc comminatio non censetur perempto- ria, cum qualibet citatio fiat ad illum fin. Et idem est, si dicat, a- lias prout de iure poterimus, procedemus, quia post primā, vel secundam non potest de iure procedere ad sententiam, nisi fue- rint peremptoria. oportet ergo, q̄ alterum de duobus dicatur. vel q̄ ponatur peremptoriē, vel q̄ in eius absentia procedatur, vt no. per Bar. C. de cohort. l. si apparitor. facit quod no. Inno. de referi. c. causam quæ. In gl. si. pone, q̄ f̄ nulla causa subest minuen- di dilationem, nunquid iudex poterit minuere? dic̄ q̄ sic, s̄m In- no. in d. c. ad petitionem. & hoc si legis autoritate conceditur facere. s̄. eod. l. non quicquid. dat tamen ipse practicam, q̄ iudex apponat causam quare minuit. & tunc licet non sit vera, credi- tur tamen sibi, plusquam parti, & non poterit appellare. quod no. Item vide gl. in d. c. constitutionem. de sent. excom. q̄ debet fieri vnum edictum pro omnibus. Paulus.

L E X LXXIII.

- 1 Citationes ad sententiam diffinitiuē proferendam, quot sint necessaria.

- 2 Reo in termino peremptorio comparenti aduersus actorem absentem, qua re media de iure fforum competierunt. Et quæ hodie.
- 3 Edictum cum circumduci petitur, num sit necesse actorem citari.
- 4 Absolui quem a iudicij obseruantia quot modis contingat.
- 5 Iudex post peremptoriam, num possit partem ream per duos, tres, aut plures dies absentem expectare.

ET post edictum. In l. p̄ceden. Adde, q̄ inter- dum prima, uel secunda ci- tatio intelligunt̄ peremptoria, et si nō sit expressè de m. f. cum iudex monet partem p̄sonam, ut l. cessante. C. quō, & q̄ iudex. Idem si non iudex, sed nuntius personam apprehen- dit partē, & ipse r̄ndet, q̄ nō ueniet, nam amplior citatio nō req- ritur, ut no. p. gl. l. tres. & p. Inn. in d. c. ad petitionem. & p. gl. in d. c. de illicita. Casus in l. & post edictum. post peremptorium edi- ctum iterum absens reus ex benignitate citat. qui si nō uenerit, sn̄ia s̄m iustitiam profer̄. sed si uenerit in peremptorio, & actor abest, cessat illa citatio, & illius edicti perimit̄, sn̄ia diffinitiuā nō p̄fer̄, lis t̄n remanet actori salua. h. d. v. q. ad §. iudicium. Bar. Et di- uidit̄ in tres partes. in primo loquit̄, q̄ reus est absens. in secūda, q̄ actor est absens, & qd̄ dēt facere iudex. in tertia, qd̄ sequitur ex ordi. iud. sc̄da ibi, qd̄ si nec tertia. ibi, circumducto. Citari dēt, & erit quinta citatio de benignitate tamen, non de necessitate. in c. consuluit. de offi. dele. Tres f̄ em̄ solæ necessariae sunt, ut l. tres. alle. si t̄n actor petat, et quinta erit necessaria. Responderit. i. cō- paruerit. Circumducendum. i. de actis abolendum. q̄a perinde e- rit, ac si nō emanasset, unde necesse hēbit actor iterum facere ip- sum citari peremptoriē. Et no. f̄ quia de iure isto fforum, si reus comparebat in termino peremptorio, & actor non. reus non ha- bebat aliud remedium, nisi vt circumduceretur edictum, & h̄cē p̄ non citato, instantia t̄n litis remanebat tota firma. vñ non hē- bat actor necesse incipere litem à capite, sed sufficiebat iterum facere reum citari. sed hodie per iura. C. p̄t reus petere se absol- ui ab instātia iudicij. C. eo. l. properandum. §. & si quidem. & hoc est plus, q̄a tota instantia perit, & oportet actorem à capite rein- cipere, ut j̄. de acc. l. libellorum §. q̄ ū libelli. f̄ Item cum petitur edictum circumduci, nō est necesse, q̄ actor absens citē, secus cū petitur absolui ab instantia iudicij, cum sit maioris p̄iudicij, ut no. eleganter Inn. in d. c. consuluit. & Bar. in l. cum Titia. j̄. de ac- cusa. Hodie uero per ius Aut. potest reus adhuc plus petere, qd̄ actore absente feratur diffinitiuā etiam lite non contesta. ut in authen. qui semel. quod facere non poterat de iure ff. uel C. et li. contesta. quia actore absente non contrahebatur eremodiciū. ratio autem est, quare lite non contesta. potest procedi contra actorem ad diffinitiuam, non autem contra reum, quia reo con- tra absentem actorem non prouisum esset per missionem ex pri- mo decreto, sicut econtra. ergo & c. s̄. eo. l. qui se. in fi. Conueniri possit. i. de nouo citari. ita q̄ non requiratur, ut a capite rei actor incipiat litigare. Et q̄ stat in hoc, utrum pereat tota instantia q̄a non possit iterum citari. si a capite esset incipiendum: an uero pereat instantia t̄n edicti illius, quia tunc secus, & respondetur, quòd hoc ultimum est uerius, ut sequitur. Instantia. not. q̄ etiā unius actus lite contesta. dicitur instantia. Bal. non solum totius litis. Et adde, q̄ pluribus modis dicitur q̄a absolui ab instantia iudicij, & aliquñ talis absolutio habet uim diffinitiuē, aliquando uim interlocutoria, ut plene no. Bar. in d. l. cum Titia. Litigari. i. citari aliās uideretur innuere contra. Item nota hic secundum Bar. q̄ si post citationem peremptoriam apponatur de benigni- tate, quarta, uel quinta citatio, non necesse est, quod in tali po- natur peremptorie, quia per hoc non v̄ ab eo recessum. Et est effectus, quia non est necessaria alia citatio de nouo. quod intel- ligo uerum, q̄n reus nō comparet, q̄a si actor esset, secus arg. in l. post diem. de l. commis. Circa qd̄ dic, q̄ aut ista quarta, uel quin- ta citatio fuit facta per iudi. de benignitate, & sine postulatione actoris, & tunc si reus illa die ueniat, tunc non v̄ recessum a p̄- emptorio, licet actor cōpareat. quia iudex parti non potuit præ- iudicare, & ideo licet actor non cōpareat, reus sic, nō erit locus nouis citationib. Si uero post peremptorium, actor aliam cita- tionem petit, & tunc si reus in illa comparet, actor non, & tunc circumducetur effectus edicti, & erit sibi necessaria noua citatio, quia actor uidetur recessisse a peremptorio, ut probatur expres- se. in d. l. post diem. esse multum no. quod & probat̄ hic. Item no. q̄ sicut absente actore reus potest contractum liquidare, ita a- ctor reo absente potest & c. authen. quod semel secundum om- nes, q̄a non est uera ad hoc rō diuersit. Item f̄ nunquid post pem- ptorium iudex partem ream absentem poterit p̄ duos, aut tres vel per plures dies expectare, & post illos pronuntiare, sine noua citatione? & dicendum est, q̄ sic, quia potest iterum citare: ergo multo magis expectare, vt probatur in c. consuluit. de offi. del. & ita dicit se Bartol. millesies fecisse. Contra tamen ipsum uidetur casus in l. si uicem. §. si. j̄. quod ui aut clam. & gl. in s̄. omnis. Inst. de obl. sed dic, q̄ primū uerius. nec ob. d. l. si uicem. q̄a hic perem- ptorio facto reus pronuntiat̄ contumax, & sic certe semper Pau. Ca. noua p̄lect. in ff. vet. B 2 rema-

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

remanet in eadem contumacia. Item quia in l. si uicem §. si cita-
batur pars ad d. dicendum, uel uoluntatem suam declarandam.
nam sequenti die non pōt declarare, quia nescit, utrum alter e-
dificet, uel nō. & ideo requiritur noua citatio. at in ca. cōsuluit re-
citabat ad audiendam uolūtate iudicis, & nō ipsius citati, nec p
eum aliquid erat sciendum, quod impedire posset contra.

§. Sciendum. Verus cōtumax non appellat: sed fictus
sic. Ad hoc alleg. quod declara, ut ple-
nè no. per Bar. in l. ex consensu. §. eum. de appellatio. & per glof.
magistram. in clem. j. de do. & contum. & per Cy. C. eo. l. prope-
randum. §. cum autem. Defuerit, scilicet: uerè. secus si non uerè,
sed fictè. Paulus.

L E X LXXIII.

1 *Incidens causa qua dicitur, & que emergens.*

D E qua re. Iudex cogit pronunciare super re, de
qua cognouit, & pōt eius iurisdictio
prograri de re ad rem. h. d. cum §. seq. Et no. q. si est or-
dinarius, cogit per superiorem. si delegatus p delega-
tem quod est uerum si sit de sua iurisdictioe, aſs non: ut in c. pa-
storalis. de offi. dele. & l. 3. C. q. p sua iurisdictioe. Item cogit præ-
cisè, uel causatiuè pp pœnam. uel aliàs faciet litem suam: ut l. 4.
in eum. de dam. infec. In gl. quæ quærit, quid sit emergēs. dic me-
lius, ꝛ incidens cā dī ea, quæ tangit negotium principale, ut exce-
ptio pacti, uel p̄scriptionis. led emergēs dī, q. non tangit negotiū
principale. ut si iudex non hēt iurisdictioem: uel actor est excōi-
catus: uel preuaricatus. super primo non est pronuciandum, sup
secundo sic. ut d. gl. similia uerba ponit Inn. in c. cum inter. R. se-
niorem. de elec. Aduertendum tñ, q. si super inciden. fuerit pro-
nunciatum, non est nullus p̄cessus: ut l. ait prator §. quid tamē.
§. de mi. & ibi p Bar. Item si sup emergenti non est p̄nunciatum:
non reddet, tñ p̄cessus nullus, quia eo ipso, q. proceditur ad ulte-
riora, uī tacitè ēt p̄nunciatum super emergēti, ut l. alleg. exhibi-
ta. & melius pbat in c. suborta. de re iud. & in c. cum ex parte. de
appel. facit quod no. Bar. in l. inquiramus. de testam. & in l. j. C. de
appel. & l. si mācipium. §. si cōmuni. de euic. & uide in gl. Paulus.

§. Cum absentem. Iudicium agitatum nomine
absentis, qui uerè credebatur
quantum ad eum est nullum, sed noīe ipsius solutum potest ab
hærede, cui proficit. repeti. h. d. p̄m Bar. & adde, quod plenè not.
in l. Neratius. de reg. iu. p gl. in l. si uerò pro condemnato. qui fa-
tis. cog. per Cy. Opp. de l. cum quasi. in princ. de fideicommiss. lib.
multi soluunt, quod ibi est speciale fauore libertatis. Solu. aut a-
ctus est factus nomine mortui, & non ualeat. secus ecōtra, ut hic,
prout d. l. Neratius. Aut non est factus nomine mortui, sed qui
absens credebatur, & principaliter ad utilitatem eius, & idem.
Aut non principaliter, sed per consequentiam, & tñc ualeat in p-
sona hæredis defuncti, ut d. l. cum quasi, quia ibi principaliter fie-
bat utilitas serui, ius tamen patronatus per consequentiam ac-
quiritur suo hæredi. Solu. in medio. glo. posita est uera, licet per
Doct. non teneatur. Paulus.

L E X LXXV.

- 1 *Iudex propter tres exceptiones sententia executionem retardare debet.*
- 2 *Executor nudus ac merus de exceptionibus aduersus sententiam non cogno-
scit.*
- 3 *Citatio generalis ad omnem causam an fieri possit. Et quid inde?*
- 4 *Sententia declaratoria in personali, uelut & in reali ferri potest.*

S I prator. Iudex cui commissæ est executio sn̄a, non
dēt de ipsius iniquitate cognoscere, nec pp
ipsius iniquitatis exceptionem executiuam retardare. h. d.
princ. de quo dic, ut plenè no. in c. pastoralis. §. quia uero.
1 de offi. dele. & p Inn. in c. de cætero. de re iudica. pp̄ tres tñ exce-
ptiones tardabit executionem. prima est, si opponat, q. sn̄a nō
sit lata. nam de hoc cognoscet, ut colligit, dum dicit de iudi. co-
gnoscit. Secunda est qñ opponitur, q. sn̄a est nulla, ut sequit̄. in
§. Marcellus. p̄m uerum intellectum. Et sic exceptio nullitatis re-
tardat executionem, nisi iudex cognoscat, q. malitiosè pponat,
ut C. de Fal. l. satis aperte. de quo dic, ut plene p Bar. in l. 4. §. dē-
narum. de re iud. tertia exceptio est, si opponatur, q. ueniat sen-
tentia rescindenda per rest. in integrum, ut in §. si. p̄m unum in-
tellectum. quod est uerum, si non requirat altiorem indaginem,
aſs mittit̄ executioni præstita cautione, ut in c. restituta. de rest.
in integ. & C. de preci. impe. offe. authen. quæ supplicatio. & hoc
2 uult tota lex, quæ est multum singularis. ꝛ Et ista uera sunt si hēt
executor aliquā iurisdōnē de se, ut cum iudex alterius loci mit-
tit executioni sententiam alterius iudicis. §. eod. l. argentariū. §.
nomine, uel cum ordinarius exequitur sententiam delegati, ut
l. a diuo Pio. in princ. de re iud. Tales enim debent superfedere. Et
de istis exceptionibus poterūt cognoscere. secus in simplici uia-

3 tore. & seruitore curiæ, q. non habet nisi nudum ministerium fa-
cti, coram quo non sunt tales excep. proponendæ. Ad hoc j. co.
l. si. Abeſse, per hoc uī, quod ꝛ possit fieri generalis citatio, ut com-
pareat, quis ad causam peragendam. & si non compareat, pōt ad
singulos actus procedi eo ulterius non citato, quia generalis est
ad omnes actus, sed si esset citatus ad unum actum, puta, ad vidē-
dum iurare testes, licet esset in illo contumax, deberet citari ad
alios, ut in c. consuluit. de offi. delega. Et no. per glossellam. C. eo.
auth. iubemus, quæ incipit citabitur tamen, ita Inn. in c. auditis.
de procu. quod tene menti. Absentem debere no. quia non con-
4 demnauit eum, sed declarauit eum debere. Et sic ꝛ no. secundum
Bar. quod in personali ferri potest sententia declaratoria, ut hic,
& j. de arbi. l. quid tamen. §. si arbiiter. sicut in reali, ut l. sicuti. §. si
queratur. si serui. uendi. & l. ex diuerso. de rei uend.

§. Marcellus. Iste est no. §. h. d. sententia contra absen-
tē per falsas allegationes scienter factas,
non ualeat ipso iure h. d. & non est alibi, & hunc intellectum ha-
buit gl. super uerbo, sciens, quæ melius loquitur, quam alia, quæ
incipit: imò, sed si lata esset contra presentem, licet per falsas al-
legationes ualere, sed competeret restitutio in integ. Ita intelli-
gitur totus tit. C. si ex fal. alleg. & j. de exce. l. quæ agnitis. & de re
iudi. l. diuus. quæ oēs limitantur per istum singularem §. Et not.
quia §. iste excipit hunc casum a prin. l. sicuti. ut executor debeat hanc
excep. admittere. Et no. quod quatuor requiruntur. Dolus scien-
ter. ecce primum. Falso. secundum, ecce tertium. Item quia erat
absens uoluntariè. In gl. approbatum. No. q. oportet, quod iudex
ex falsis allegationibus ferat sententiam, & probetur ex falsis al-
legationibus, ut in c. cum l. & A. de re iudica. Paulus.

1 *Sententia lata aduersus absentem impeditum, an sit efficax, Et ex sententia
quot remedia nascantur nu. seq.*

§. Paulus. Sententia lata contra absentem, & impeditum
comparere, non mittitur executioni, si de hoc
1 oppo. h. d. Sed ꝛ si queratur, an ualeat, dic quod non, si iudex scie-
bat impedim. sed si ignorabat. ualeat, sed rescinditur per rest. in
inte. ut l. quæ situm. de re iudi. & l. si. §. de in inte. resti. Actionem
iudicati cum actor intentat actionem in factum ex sententia, &
quod sequitur uel exequi, intellige qñ intētat offi. iud. quicquid
2 gl. dicat. & sic all. iste tex. q. ꝛ ex sentētia oriuntur duo remedia. l.
actio in factum, & offi. iud. & primum requirit ordinem iudicia-
rium. secundum non, ut no. j. de mi. l. minor 25. an. cui fideicom-
missum. ad hoc j. de peti. hære. l. item ueniunt. §. idem in rectè.

L E X LXXVI.

- 1 *Rei identitate durante, res eadem permanet.*
- 2 *Compromissum factum per uniuersitatem, an morte expiret.*

P Roponebatur. Ista est pulchra lex. licet mute-
tur iudex, instantia durat ead-
dem h. d. lac. Bu. & Bal. & prodest hoc scire ad ea, quæ ha-
bentur §. eo. non a iudice §. si. Old. Item quia si non mu-
tatur instantia, noui iudices resument eam in eodem statu, alias
incipiendum esset a capite. tria facit. primo rñdet q. & eius respon-
sionem probat tribus exemplis. Tertio per reductionem ad ab-
surdum. secunda ibi. Neque. tertia ibi. Quod si quis. Et loquitur
hæc lex de quadruplici toto, s. de toto numerali, de toto uniuersa-
li, de toto integrali. Item de toto iudiciali, & in omnibus con-
1 cludit, q. ꝛ durante identitate, res durat eadem, licet in suba ꝛ tin-
2 gat mutatio Bal. Item ꝛ per hæc l. determinat Dy. q. compromis-
sum factum per uniuersitatem, non expirat morte cōpromitten-
tium, sed transit ad successores, quia eadem durat uniuersitas, se-
cus in hærede, j. de arbi. l. diem proferre. §. j. & j. de leg. j. l. & si gre-
ge. per Dy. Item alle. q. interdictum positum. in uniuersitate per
mortem ancianorum non expirat, sed durat in successorib. Dicit
tamen Io. And. in c. ex rescripto. in fi. de iure iu. quod secus in iu-
ramento ab uniuersitate præstito, quia cum sit personale, non
egreditur personam. illorum, qui iurauerunt, arg. in eo. ti. c. uerit-
tatis. In ꝛrium facit in Auth. de iure iu. a morien. præsti. ubi transit
ad successorem. cogitabis non tamen dictum tuum. Eadem res. i.
instantia. Fore. i. sequeretur, Decederent. alias. n. si non decede-
rent, non esset necessarius cibus qui fit ad restorationem deper-
diti, secundum Philosophum no. gl. primam cum l. seq.

L E X LXXVII.

1 *Pater in filij causa, & contra iudex esse potest, nisi recusatio proponatur.*

I N priuatis. Filius potest esse iudex in causa patris,
& contra. hoc dicit. Dic tamen, quod
1 ꝛ poterit recusari, si pars uult, quia propter quamlibet
consanguinitatem, uel affinitatem, uel etiam nimiam ami-
citiā

etiam : aut familiaritatem recusari potest, vt in c. postremo. de offi. deleg. & c. insinuante. & ita intelligo contraria. glo. l. qui iurisdictioni. de iurisd. omn. iud. & l. quin etiam. & quod ibi no. de arbi. & l. Cornelia. de iniur. Nam si opponatur de suspitione tempore congruo, non poterit esse iudex, vt dictis iuribus, sed si non opponatur, procedit iudicium. & hoc vult hæc. l. quicquid alij cantent. & quidam dicunt, quod verior sol. est in dicta l. quin etiam. quod nihil est dicere.

L E X LXXIX.

- 1 Citatio dubia citatum non arctat ad comparandum.
- 2 Practica ubi banniti ob contumaciam apprehenduntur, qui nomina cum alijs similia habent possunt efficaciter condemnari, nec possunt excipere de nominis similitudine.
- 3 Opinio doctorum communis ab expensis releuare, quandoque solet.

EVm quem. Temerarius litigator punitur in expensis. quas aduersarius fecit, tam in lite, q̄ in itinere h. d. No. gl. quæ ponit s̄m exemplum. Ex t̄ qua no. q̄ dubia citatio non arctat citatum. & ad hoc semper alleg. & vide Bar. in l. demonstratio. §. si. in princ. de cond. & demō. quia si sint plures eiusdem nominis temerarium est citare aliquem de ipsis, nisi apponatur aliqua demonstratio, per quam differat ab altero. Ex quo sequitur, q̄ est temeraria, & non arctat citatum, nec valet. & quicquid factum est vigore ipsius similiter non valet. vnde semel quidam euasit pœnam capitis, quia citatus fuit in causa criminali : ipse verò nō comparuit, & propterea fuit in banno positus. nam cum postea captus esset, & ad mortem iudicaretur ratione banni, excusauit se, q̄ non tenebatur comparere ad illam citationem, quia erat alius eiusdem nominis, & ipse ignorabat, de quo iudex sentiret. vnde non valuit bannum factum ratione citationis nullæ. & per cōsequēs non debebat mori ratione ban. & per istam gl. euasit. Vnde Bar. in d. l. demonstratio. de cōdit. & demon. practiam t̄ ponit, q̄ q̄n capiuntur tales banniti, iudex faciat eos consistere, q̄ ipsi sunt eadem personæ, & eadem corpora, quæ in citatione, & banno comprehenduntur, & tunc non poterunt variare. Et adde, q̄ tunc q̄s punitur, de temeritate quando per se, vel alium habentem mandatum traxit aliquem ad iudiciū : secus si procurator exeat mandatum. no. in c. licet in beato. de accusatio. per Barto. Adde contrarium glo. de l. properandum. dic. q̄ interdū quis nullam causam petendi habet, & tunc dicitur temerarius, & habet locum, quod dicitur hic : interdum habet causam, licet non iustam, & habet locum contrarium. interdum iustam causam : vt leg. qui solius. §. etiam & c.

§. Iudicibus. Superior non est consulendus de facto, sed de iure sic, h. d. Et dic. de hoc : vt no. C. eo. l. iudices. de rela. l. j. Paulus.

L E X LXXX.

- 1 Error in iudicis impetrati nomine rescriptum non vitiat. Et quid in errore nominis partis ; remissiuè.

SIn iudicijs. Error t̄ in nomine iudicis non vitiat rescriptum : si cōstet de corpore h. d. quidam hic sentiunt de errore nominis partis. ita intelligitur c. significante. de rescript. & ibi per Innoc. Compo. collect. & alios. & adde j. de reb. du. l. qui habebat. quæ l. est domini Bal. & est multum singularis.

L E X LXXXI.

Quineque. Sententia lata ab eo, qui nulli iurisdictioni præest, vel cognitioni, non valet h. d. dic. vt C. de iurisd. omn. iudi. l. priuatorum.

L E X LXXXII.

Nonnunquam. Nuntijs publicis non debet causa delegari, nisi necessitas vrgeat, puta si modica est : & vilis h. d. no. Bart. & vide quod no. Innoc. in c. cum olim. de priuileg. in gl. iste portarius. & de re iudicata. de cætero. Et ad id, quod dixi s̄. eo. l. si prætor.

De inofficioso testamento. Rubr.

L E X P R I M A.

- 1 Querela præterito an exheredato competat, & item ius nullum dicendi, & bonorum possess. contrata. quando competere dicatur : remissiuè.
- 2 Querela olim quatuor casibus competebat.
- 3 Querelâ patri cōpetere exheredato, si non exheredationis causa sit expressa.

§. Sciendum. Querela inofficiosi testamēti cōpetit ascendētib; & descēdentibus : collateralibus autem non ultra fratrem, & sororem h. d. Et procedit iurisconsul. hoc ordine. Nam in hac l. ponit quibus querela competit, in l. 2. ponit in quo querela fundetur. in l. 3. cum l. seq. ponit, quid debeat in libello ponere, qui eam intentat, in l. nam & his. §. j. ponit, quid debeat probare. ad gl. hic positâ. t̄ Et quæro hic, vtrum querela

competat præterito, vel exheredato. & quando competat ius dicendi nullum, vel contratabu. vide glo. in authen. ex causa. C. de liberis præteritis. & in Authen. de hæredi. & Fal. §. exheredatos. vbi est glo. singularis, & per Dy. in l. Gallus. de liberis, & posthumis. in magna distin. quam recitat Barto. in l. filio præterito. de iniusto testa. Et præmitte, q̄ t̄ in quatuor casibus competebat olim querela, scilicet, exheredato, vel pro exheredato habito. Item illi, cui erat relictum minus legitima portione, si nolebat eam acceptare. sed si acceptabat, sibi præiudicabat : vt j. e. l. Pap. §. si conditioni. Tertio quando relicta erat legitima integrè, sed in ea grauabatur per legatum, vel fideicommissum. Quarto, q̄n relinquebatur cum appositione diei, vel conditionis. Sed hodie omnes isti modi amputati sunt per l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C. eo. excepto primo modo, & sic olim erāt frequentes, hodie non, ut in prima glo. & istud est menti tenendum. In glo. parentib. in prin. hoc intellige, nisi pater esset exclusus repudiatione, vel tempore, vel morte : quia interdum ex transmissione, interdum vigore successionis, nepos veniet : vt j. eo. l. pater filium. dicam. C. eo. l. filium. & no. in l. 3. §. si emancipatus. de contratabu. per glo. t̄n melius facit l. si quis. de iniusto. Item in secundo dicto gl. intellige, q̄ t̄ pater habet querelam si non fuit exheredationis cā expressa, quæ est necessaria hodie s̄m verâ opinio Iac. de Bel. in §. aliud quoque ca. & §. siue igitur. licet Bart. videatur tenere contrarium in l. filio præterito. de iniusto. In gl. eadē. in fi. de fratre dic. vt in l. fratris. C. eo. & ibi vide multas per Guil.

L E X II.

- 1 Testamentum quasi dementis hodie non rescinditur, quando causa exheredationis inserta est. & quid si est inserta, quo ad legata.
- 2 Petitionem omnem coloratam esse debere.
- 3 Institutio filij an sit de testamenti solemnitate.

HOc colore. Querela proponitur captato colore dementiae, in qua proponens habet probare se indignè fuisse ab hæreditate submotum h. d. vsque ad l. posthumus. s̄m Bart. Et no. hic de dictione, quasi, quia est nota improprietatis. Item no. de dictione ritè, & rectè. vt in glo. quæ semper alle. Hodie t̄ non rescinditur testamentum, quasi dementis, quando est inserta causa, sed si non probatur bene remanent hodie legata firma, s̄m Iacob. de Arena & Barto. in l. filio præterito : quia quilibet sapiens, ita fecisset. Secundum hoc sequeretur, q̄ si non esset inserta causa, rescinderetur tanquam dementis, & non conseruarentur legata p̄ authen. ex causa, vt j. eo. l. Titia. quod tamen est falsum : vt bi tenent omnes, cum faciunt vim in hoc verbo, quasi : nam si esset verè demens testator, non conseruarentur per authen. Sed quia non est verè demens, conseruantur : vnde puto, q̄ etiam hodie rescindatur hoc colore captato. ista est veritas. quod miror non vidisse tam solennes Docto. Hoc colore. Nota. t̄ quod omnis petitio debet esse colorata. In glo. sed rectè. no. glo. per quam videtur q̄ t̄ institutio filij, non est de solemnitate testamēti. de quo dic. vt in l. si filius, qui in potestate. infra de liberis, & posthumis. & ibi dixi.

L E X III.

- 1 Exheredatio in ascendētib; ac descendētib; per lineam masculinam, vt testamentum subsistat est necessaria : per lineam verò femininam præterito pro exheredatione habetur.
- 2 Pater filijs iniurius esse non debet.
- 3 Præterito quot modis sumatur.
- 4 Querela olim pacto remitti poterat. & quid hodie.
- 5 An querela locum habeat.

Inofficiosum. ibi. Exheredant. hoc referas ad descendentes, & ascendentes per lineam masculinam. In t̄ quibus est necessaria exheredatio. & quod subijcit, uel prætereunt. referas ad maternam lineam, cuius præteritio habetur pro exheredatione : vt Insti. eo. §. fin. Item no. contra nouercas. In §. huius. ibi, resq̄ ; & intentio. Item no. hic quomodo fundatur intentio actoris. quomodo aut concludatur habetur j. eodem l. mater decedens, & leg. quæ de inofficioso. quia petetur rescindi testamentum. Item t̄ no. quod pater non debet facere iniuriam filijs, etiam in potestate. In glo. mag. in prin. quæ dicit, quid est præterire? contra hoc uidetur casus. in l. omnimodo. C. eodem t̄n in §. qui uero. ubi dicitur præteritus, si nihil relinquatur. Pro cuius intellectu est dicendum secundum Bar. in l. filio præterito. Quod t̄ præteritio capitur tripliciter. Vno modo large. Alio modo strictè. Alio modo strictissimè. Strictissimè capitur, quando nulla mentio fit in testamento. strictè, quando fit mentio, sed nihil sibi relinquatur, vt d. l. omnimodo. large capitur, quando aliquid relinquatur, sed non per modum institutionis. & ita intelligitur gl. vide ibi latius per Bar. Item in gl. in uersu. item olim. adde aliud, quia t̄ olim per pactum excludabatur a querela. De iure. C. tamen secus, vt l. si quando. §. illud. C. eo. Item est alius casus, quia ubi apponebatur dies, vel condō, agebatur querela. hodie de iure C. reuocatur, vt l. quoniam Pau. Ca. nouæ prælec. ff. Vet. B 3 in

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

in prioribus. Item in glo in versi. Item quia. hoc iure istud videt contra id, quod statim dixit, & cōtra casum in l. ita tamen. s. qui rogatus. ad Velle. & ideo dic, q̄ de iure fforū requirebatur institutio, sed non de iure. C. sed hodie per iura Authen. sunt redacta quātum ad hoc, ad iura fforū: vt dixi in l. si filius qui in potestate, de lib. & posth. Itē no. gl. in ver. Itē olim, & vide gl. in l. si filius. s. de mi. q̄ v̄ tenere, q̄ sufficiat hodie iure legati relinquere. quæ tamen non est vera, si ita intelligitur. Item querit gl. in fi. an habeat hodie locum querela. de quo plenē dic, per glo. & Bart. in l. j. de test. & ibi etiam dixi.

L E X VI.

1 *Posthumus alienus, qui dicatur.*

2 *Natus ex secto matris ventre, num posthumus proprie dicatur.*

Posthumus. Posthumus exheredatus, vel p̄ exheredato habitus, habet querelam vbicunque haberet, si tempore mortis testatoris iam natus esset, siue sit de suis, siue de legitimis, siue d̄ cognatis. hoc primo. qui si foret institutus, licet esset posthumus alienus valeret institutio, & ex ea cōpeteret bonorum possessio nomine ventris, si adhuc esset in ventre. vel s̄m tab. si postquam natus esset, licet ex ea non posset adiri hæreditas de iure ciuili, & ideo imputatur illi, qui non instituit. hoc secundo. Et quæ dicta sunt in posthumo, locum habent in illo, qui non nascitur sicut verus posthumus, sed exsectus fuit de ventre h. d. tertio, & vltimo text. cum gl. & Doc. Quid ergo? hic præmitte quis est posthumus alienus: de quo dic, vt dixi in l. Gallus. in prin. de lib. & posthu. Et sciēdum. q̄ olim posthumus alienus non poterat hæres institui de iure ciuili. i. vt ex ipsa institutione adiretur h̄rditas de iure ciuili: sed de iure prætorio sic: quia poterat ex ea peti bonorum possessio s̄m tab. ¶ Et d̄ alienus posthumus, omnis ille, qui si iam natus esset, non teneret primum locum in suitate: vt posthumus nepos quem filius præcedit, vel quicumque alius ex linea transfuersali, vel linea materna. in quibus lineis nō est reperire suitatem. & hoc erat verum, nisi in quibusdam casibus adinuētis per Gallum, Velle. & Scauolam, ad tollendum materiam subuertendorum testamētōrū, qui ponuntur. in l. Gallus. Sed per Iustinianū fuit introductum, q̄ indistinctē possit institui, vt Inst. de bo. pos. in prin. Hoc præmissis, pone casum. iuriscōsultus dicit, q̄ posthumus habet querelam, siue sit de legitimis, siue de cognatis, cōtra talem non poterat quis instituire: & si instituisset non potuisset hæreditatem adire de iure ciuili. & sic reddidisset testatorem intestatum non adeundo. sic ergo imputatur sibi, quare non instituit: sed exheredauit. ergo imputatur, cur intestatus non decessit quod fuisset, si instituisset. Sed hoc apud iudicem nemo potest imputare ad fundandum suam intentionem, q̄ quia intestatus non decessit, ergo benē fecit exheredare, & sic querela videtur nō competere. sed r̄ndet in versi. Non enim. q̄ immo potuit eum instituere, quia non prohibetur institutio de alieno posthumo, licet ex ea non possit hæreditas adiri de iure ciuili: quia sunt alia remedia de iure prætorio, vt sequitur. Ex secto iste ¶ tamen non dicitur proprie posthumus: vt l. anniculus. s. falsum. de ver. sig. tamen pro posthumo reputatur, vt hic, & facit ad quæstionē, q̄ si quis instituerit posthumos suos, videatur etiam tales instituere. & ita consuluit Bald. in ciuitate Lucana. pro quo est l. quod dicitur. de liberis & posthumis. alij dicebāt contra, q̄ non videtur institutus, ut l. commodissime. de liberis. & posthumis.

1 *Testamento infringendo, vel eum admitti cuius non interest.*

2 *Res inter alios acta, quando alijs prodesse dicatur.*

3 *Testamenti inofficiosi agens cuius non interest, a quot personis repelli queat ac quousque,*

4 *Exceptio, tibi nullum ius competit, que exceptio sit. Et que tua non interest*

5 *Libellus hoc solo ineptus, quia non interest agentis, non propter remedium intentatum, non potest reijci, vt ineptus. Et quid contra, & item si propter ineptam conclusionem.*

§. Si quis ex. Sententia rescissoria testamēti lata ad petitionem eius, cuius non interest, prodest illis quorum interest. hoc dicit multum singulariter hic §. Nota. ¶ q̄ ad rumpendum testamentum admittitur ille, cuius non interest. Item no. q̄ sententia iniusta d̄ annullata. In gl. quæ opponit, C. res inter alios acta & c. solue melius: quia s̄ aut ille, q̄ agit, poterit sibi aliquid dari, vel fieri & tunc aliis nō prodest, nec nocet: vt in cōtra. Aut petit aliquid rescindi, vel cassari, & licet sua non interest, aliis tamen prodest, vt hic. Istam solutionem ponit Inno. in c. super his. extra de accusa. & not. solut. Bal. & dic, vt per eum ibi de materia huius. s. vel dic, q̄ in actione rescissoria, si feratur pro actore alteri prodest, vt hic, secus si contra. uel si ferat declinatoria, aut introductoria. quod plene examina s̄m Cyn. in l. secunda. C. quibus res iudicata non nocet. Item in fi. glo. nunquid querela sit accusatio, vel actio? glo. determinat q̄ non: sed est quoddam medium. & bene, s̄m Bart. qui tenet, q̄ est officium iudicis. Et pone casum in filio, qui fuit exheredatus. nepos, vel alius cognatus intentauit querelam dicens testm̄ inofficiosum

propter exheredationem filij. poterat quidem repelli, quia non intererat sua, sed filij. Si tamen repullus non est, valet sententia ad eius petitionem lata, non tamen prodest sibi, sed filio. ¶ Sed a quo potest repelli? dic, q̄ a tribus, scilicet, ab hærede q̄ quē agit, vt hic. & arg. de elect. c. cum inter. R. seniore. & de testi. c. ex parte. el primo. & quod ibi nota. Item a iudice, qui interrogabit eū, quod ius habet in hæreditate. & quia respondere non poterit, eū repellēt. ut no. C. de transactio. l. vbi pactum. in gl. magn. a. & infra de bon. libe. l. qui cum maior. §. primo. & c. examinata. de iud. in glo. si patris. Item a filio exheredato, quia sibi primo loco competeat ius agendi, vt l. s̄ape, infra de re iudi. Sed usque ad quod tempus? dic, vsque ad contestatio. litis, post non quia querela, quam intendebat vere competeat, licet non sibi, ita no. Innoc. de accusatio. in c. super his. & de procura. c. q̄n nostra. vbi vide. & per glo. in dicto c. ex parte. de testib. Si autem querela quam intentabat nullo modo competeat, ut quia dicebat se exheredatum, cum non esset, puto, q̄ possit opponi vsque ad sententiā, sicut quælibet exceptio peremptoria. hæc ¶ enim verē est peremptoria: quia perit ius intentatum. C. sententiā rescin. non posset. peremptorias. sed prima, quia tua non interest est dilatoria, quia ius intentatum non perimit: cū vere competeat: sed repellit agen. Plus dico: q̄ si lata esset sententia: isto casu ad petitionem agen. in qua exprimeretur eum cognatum: & exheredatum: qui tñ erat talis: quod nō poterat querela cōpetere: nō ualet sententia tanquam continens iuris errorem expressum, vt l. 2. C. q̄n prouocare non est necesse. & l. si expressim. de appellat. Si verō sibi cōpeteret pro parte, sed ageret in totum: tunc dic, vt infra eodem. l. qui repudiantis. §. j. & tangitur in l. Papin. §. sed nec impuberis. & l. mater decedens. Ex prædictis no. ¶ q̄ q̄n libellus est ineptus ex hoc solo: quia non interest agentis: non propter remedium intentatum: quia uere competeat: non potest reijci, nisi vsque ad litem contestatam. vbi uero pp̄ remediū intentatum: quia uere non competeat, tunc usque ad sententiā, & aliquando post, vt dixi. Si vero pp̄ malam conclusionē libelli, tunc in quacunque parte iudicij pōt repelli, vt nota. per Cy. in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. partium. ita intelligitur c. examinata de iudi. si tamen non opponatur, videtur ualere sententia: potest tamen rescindi in causā appellationis, ut in c. cum ad sedem. de restitutio. spoliatorum. sed si pp̄ solam actionem, dic: ut per Innoc. in dicto capitulo examinata. An autem iste §. locū habeat in contratabu. credo, quod non, quia per contratabu. nō reducitur ordo ad casum intestati: ut ex l. duob. §. si. cum l. seq. de contratab. nec in iure dicēdi nullum, ut l. antiqui. in fi. si pars hæret. pet. in gl. pro quo uide gl. super uerbo, scilicet, directē. in j. solutione. in l. Pap. §. si. j. eo. nisi probetur.

- 2 Secus in alijs possessorijs adipiscendæ. Nam ꝑ quor. bon. non datur, nisi primo quis petierit ordinariam bon. poss. puta secundū tab. vel vnde liberi. nec possessorium l. edicto. competit antequā sit adita hæreditas ex testamēto, licet hoc faciat dubium. Bonorum poss. puta, si dicat patrem decessisse intestatum, vel dicat se præteritum: nam tunc hoc ipso, ꝑ constabit eum filium, apparebit ipsum esse hæredem ab inte. vel bono. poss. per contratab. vel vnde liberi. sed exhæredatus licet sit filius ante prolatam querelam, nō est hæres vel bon. poss. Non patitur j. dicere, ꝑ interim intētabit actiones hæreditarias, quod dic, vt in gl. Nec actionē. s. hæreditatis petitionem. ista non est hæreditaria. quia nunquam competit de facto. & dic, ꝑ potest eam intētare prolata prius, & terminata querela contra hæredem scriptum. vel dic, vt in gl. Confiteretur. i. dicere quia etiam si hæres cōfiteretur ipsum esse filium, tamen postquam est exhæredatus, non sequitur, ꝑ esset hæres, aut bon. poss. & sic non competit sibi Carbo. Idem, ꝑ ergo si quis negat. Quia non debet esse melioris conditionis in statu dubio, q̄ in statu certo. quod tene menti, secus esset, si diceret se præteritum, uel patrem decessisse ab intestato: nam tūc si aduersarius confiteretur ipsum esse filium, hoc ipso constaret ipsum esse hæredem, uel bon. poss. & ideo si negat, competit Carb. In gl. nō
- 3 patitur, ꝑ quærit an missus ex Carboniano possit mouere actiones, aut quæritur de peti. hæred. quæ non est hæreditaria, aut de alijs particularibus hæreditarijs. de primo dic. Aut quæritur, an possit, & dico, ꝑ sic, etiam ꝑ illum, qui negat eum esse filium, debet tamen plenē probare de filiatione. casus est in l. j. ad Carb. C. aut quæritur, an bene faciat, & tunc aut expedit sibi, ꝑ discutatur statim de statu, vt qui habet probationes in promptu, quæ possunt perire, tunc bene facit. vt l. 3. s. duæ causæ. ad Carbo. aut non habet in promptu, nec sibi expedit, ꝑ de statu disputetur. & tunc male facit intentare petitionem hæreditatis, quia necesse habet probare de statu. vnde debet esse cōtentus de prouisione Carb. ita intelligitur. l. j. C. de Carbo. Si uero vult intentare particulares actiones hereditarias, tunc, aut contra illum, qui negat ipsum esse filium, & dicit se hæredem: & non potest, quia per hoc fieret præiudicium petitioni hæreditatis. nam si condemnaretur, præiudicaretur ipsum non esse hæredem, illum qui dicit se filium. & ideo super sedebitur vsque ad tempus pubertatis. Ad hoc s. de iudi. l. per minorē, & quod ibi notatur. de arbitris l. non distinguemus. s. si is. Aut contra alios. & tunc aut nullam præstitit satisfactionem, & non agitur quia non datur sibi bonorū administratio, vt j. ad Carb. l. sed & si is. s. denique. Aut satisfactionem præstitit, & tunc, aut vult agere tanquam curator bonorum, & potest, ut l. pe. ad Carbo. Quod videtur intelligendum de actionib. tempore perituris, vt in hac glo. Aut vult agere tanquā hæres, vel bonorum possessor, & tūc aut non petijt bo. pos. ord.

scilicet vnde liberi. vel contratab. sed tantum extraordinariā Carbonianam, & tunc non potest, gæstalis Carboniana non tribuit sibi ius in bonis, vt no. s. eo. l. Papin. circa prin. in gl. q̄ incipit tres sunt. Nec facit ipm esse filium. Et hic est casus in l. 3. s. missum. ad Carb. Aut petijt bo. pos. ordinariam, & in illa se fundat, & tunc pot. vt d. s. missum. coniuncto. s. fi. In gl. fi. ista glo. est not. & bene arguit circa intellectum. tñ dicit, ꝑ executio potest fieri in peti. hære. obtenta in querela. quod non est uerum, vt est expressum. s. eo. l. posthu. s. si quis ex his. Item in eo, quod dicit de actione in factum, non est uerum: quia requirit iudicium ordinarium: secus est in iudicis officio, quod ex sententia descendit, vt l. si prætor. s. fi. s. tit. j. & l. minor 25. an. circumuent. s. de min. & l. qui restitueret. j. de rei vend. In fi. glo. quærit de no. q. ꝑ duo remedia possunt intentari. vnum purē, aliud sub conditione. concor. l. j. de act. & ob. & ibi no. Et Bal. arg. huius gl. formabat libellū super vsuris repetendis per debitorem, qui tñ iurauerat, non repetere, & faciebat sic, ꝑ impetrato rescripto petebat iurm remitti, per c. debitorum. extra de iureiu. quo remisso petebat vsuras. Sed vt ipse dicit, iste libellus fuit repulsus, & bene quia eo ipso, ꝑ quis petit venit contra iuramentum, & in hoc peccat. ideo non pot. petere, nisi prius, sibi remissum fuerit, quæ ratio cessat hic.

L E X XXI.

Eum qui inoffi. Qui fraude hæredis scripti defiluit a querela, deflitisse non videtur. h. d. Et est arg. ꝑ si quis renūtiat beneficio credens, sibi aliud esse colatum a Papa, cum non sit, & hoc fecit ad inflātiā alicuius, qui fraudulenter eum induxit, talis renuntiatio non valet, probatur etiam. in l. mater decedens. circa fi. ibi. nam, & hi, qui nesciāt etiam. Paulus de Castro.

§. Item quæsitum. Hæres qui soluit legatū: sciens testm posse querelari non repetit, quia donatio videtur, h. d. & sic no. ꝑ paria sunt scienter solvere indebitum, vel id, quod potest ex post facto indebitum fieri, quia neutro casu repetit. Pau. de Cast.

§. Idem respondit. Causa cōfusionis reducta ad non causam, reintegrat iura in pristinum statum. Bal. ꝑ no. per Cy. C. eod. l. si maritus facit l. dominus. j. de usufruct. In glo. Docto. in d. l. si maritus. tenent contrarium, & faciunt differentiam, utrum acceptando delinquat, uel non, dic vt ibi.

L E X XXII.

- 1 Hæreditas matris filio, num fforum iure queratur. & quid de hæreditate filij emancipati.

Filius non. Acceptatione legati facta per patrē nō tollitur querela filio competēs. hoc primo. quam potest etiam ipse pater nomine filij intētare, licet nomine suo non possit h. d. secundo. item intentans querelam ex persona alterius, & succumbens, non perdit commodum ex testamento. hoc tertio & ultimo dicit total. Et not. tex. ibi, Quoniam alij commodum victoriae parat. Per quem vñ, ꝑ etiam de iure fforum hæreditas matris quæretur filio. de quo plenē disputat gl. in l. is qui hæres. de acq. hæ. & per Doct. in l. j. C. qui admit. ad bo. pos. idem videtur dicere gl. de hæreditate filij emancipati, ꝑ etiam olim querebatur nepoti in potestate aui re tento. C. de pet. hære. l. si putas. quod est falsum, ut probatur expressē. in l. filium. de colla. bon. & uide in l. pater filium: iure successionis. no. ꝑ aliquid cōpetit iure successionis, quod non com peteret nomine proprio, facit j. de his quib. vt indi. l. qui Titij testamentum. facit l. fi. in prin. de leg. 3. Gl. inducit ad q. de illo, qui tulit sententiam primam, a qua fuit appellatum ad superiorem, quo de officio remoto, post iud. fuit ad illud assumptus, ut possit iudicare de sua sententia, quia non facit tanquam primus iudex: sed tanquam secundus, de hoc dic, ut l. eos. C. de appella. & adde, quod no. in l. j. j. de excep. rei uen. Paulus.

L E X XXI.

Si proponas. Emancipatus præteritus non habet querelam, sed contratab. sed exhæredatus habet querelam contra institutum, etiam si sit filius eius. & in potestate aui retentus, & si obtineat iungitur filio suo in hæreditate per titulum de coniun. h. d. No. hic gl. no. ꝑ titulus de coniun. gen. cum eman. libe. est correctus. de quo dixi in l. Gallus. s. & quid si tantum. de lib. & posthu. Paulus.

§. Si hæreditatem. Per contractum factum cū hærede, tanquā herede perdit quis querelam. h. d. facit in arg. ꝑ filios primi matris nonij ꝑhentes cū nouerca, cui plus fuit relictum, quam eis, ut uideantur renunciare beneficio l. hac edictali. C. de secun. nup. Bal. Paulus.

- 1 Exhæredatus cum ad querelam in totum propter alterius exclusionem uenit. quo iure uenire censeatur.
- 2 Ius accrescendi post querelæ agnitionem locum habere.
- 3 Ius accrescendi contra testatoris uoluntatem procedere.

§. Si duo sunt. In querela agnita postea repudiata locum habet ius accrescendi. hoc dicit. Nota

1 not. Ergo primo, quod quoniam vnus exheredatus venit ad querelam in totum per exclusionem alterius, non venit iure proprio, sed iure accre. quod habet locum in particulari successione inter disiunctos, vel coniunctos coniunctione legali, vt l. & Proculo. de le. 2. & sic facit ad q. de qua dixi in l. qui repudiantis. §. c. Secundo no. 2 quod post agnitionem querelae locum habet ius accre. secus est in hereditate, quae post agnitionem alteri non accreuit, ut l. §. in terdum. de usufr. accre. & no. §. eo. l. mater. in glo. sed nonne ratio est: quia per agnitionem querelae non acquiritur ius in bonis, sed in agnitione hereditatis, uel legati. quod tene menti. Tertio not. 3 quod ius accre. procedit contra uolun. testatoris, nam querela non est ex uoluntate, sed contra quod est contra glo. quae dicit, quod ius accre. procedit ex tacita uolun. testatoris. in l. si Titio & Mauius. §. 2. de leg. 2. Sed dic, quod illud est uerum regulariter, sed non semper, vt hic. Paulus. uel dic, quod in his, quae ueniunt a testatore cessat ius accre. contra eius uolun. ut in contra. in his autem, quae ueniunt, uel dantur a lege, accrescere: licet sit contra ipsius testatoris uoluntatem utrunque ut ius accre. casus est hic.

L E X XXIII.

Circa inoffi. Ex postfacto potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. ad hoc alleg. dic ex postfacto. i. post aditam hereditatem, sed ante non, ut infra de iniusto testamento. l. si ego.

L E X XXV.

Si non mortis. Datum inter uiuos computatur in legitima. & si hoc fuit dictum expressè, a querela excludit. hoc primo. & si non sufficit ad legitimam: agit ad supplementum, hoc secundo, & etiam ab intestato succeditur cum fratrib. hoc tertio. de primo dic, ut plene dicitur §. e. l. Papi. uel. si quis mortis. de secundo dicit gl. quod est additum a compositoribus noui iuris: quia ius agendi non fuerat introductum isto tempore, sed per Iustinia. ut de inof. test. C. l. omnimodo. tñ potes dicere, quod hic loquitur in donatione in qua filius semel consensus, non. n. poterat aliter fieri cum sit p̄tus. unde cū per talem consensus excludatur a querela, ueniens erat, quod si aliquid sibi deficeret, suppleretur, sed l. omnimodo. loquitur in hereditate, uel legato in qua filius non p̄senserat. unde si non sufficiebat, nō tenebatur olim acceptare, sed hēbat querelam. Sed hoc per Iusti. introductum est, ut acceptare teneatur, & agat ad supplementum. Et si dicas postquam filius consensus in donatione et si modica sit, debet sibi imputari ut perdat querelā, nec agat ad supplementum, ut l. Papi. §. si condōni. §. eo. & l. si pars. §. si. resp. quod illud procedit, quoniam consensus in eo, quod sibi relictum est in testō. nam tunc dicitur ipsum approbare. sed hic p̄senserat in donatione, quod sit extra testm̄. vñ cū grauet in uno, quia querelā perdit, releuat in alio, quia ad supplementum, agit, quod tene menti. & per istum tex. p̄tulit si statutum dicit, quod filia dotata arbitrio boni uiri non succedat, modicum habuerit in dotē inspecta p̄dōne p̄ris, & q̄titate bonorum quibus nō succedat, quod si petet sibi suppleri dotē: quia ius agendi ad supplementum non solum hēt locum in hereditate, uel legato, ut l. omnimodo. sed et in datis inter uiuos. ut hic, quod puto no. de ultimo dic, quod donatio simplex tunc p̄fertur ab intestato, quoniam facta est filio emancipato, ut l. lib. C. de colla. & ita intelr hic: si uero scā sit filio in p̄tate: dic, ut plene no. per Doc. C. eo. tit. auth. ex testō. Item no. ibi uiri boni arbitrio, quod supplementum legitimae sit arbitrio boni uiri. Idem habetur. C. eo. l. scimus. circa prin. pro quo dicit Old. quod si iudici uidebitur, fiet suppletio in una re tantum. si non expedit, quod singulae res diuidantur, quicquid in alijs quartis dicatur, ut no. in l. filium quem habentem. fam. ercif.

§. Si quis. Ius imperfectum intentatū, & ex postfacto fornicatum p̄demnationem inducit. h. d. Bal. uel sic. Si querela sit intentata per illū, cui non p̄petebat in actu, sed in habitu, si pendēte iudicio superueniat ius in actu cū effectu, vñ intentasse querelam. h. d. Et quod feretur inia pro eo. quia ex cā p̄tate. litis conte. superuenit. quod dic, ut l. non pōt uideri. §. de iud. & adde quod no. §. eod. l. p̄ filiū. per quā l. pone hic casum. Paulus.

L E X XXVI.

Si sub hac. Libertas data causa implendae conditionis in testamento inofficioso adiectae non rescinditur, sed eius pretium a manumisso soluitur. h. d. Bar. Et no. quando quis propter causam aliquam perdit ius, quod habet, reducta causa ad non causam recuperat illud, uel estimationem eius, ut dictum est supra eo. l. eum qui. §. si. per quod inducitur. in ar. quod si quis renuntiat beneficio ueteri, acceptando nouum, quod postea ab ipso euincitur. recuperat uetus. ut ipse no. Archid. §. q. 3. c. talia. & alleg. hanc l. Bal.

L E X XXVII.

Si instituta. Si querela iam mota per transactionem remittatur, remissa nō uidetur, nisi fides transactionis seruetur. hoc dicit: illa tamen transactio pro non facta habetur. & ideo decedens ad heredem non transmittit t̄quam si p̄parata non fuisset. C. de transac. l. cum mota. dic, ut ibi per Pau. & Cyn. Paulus.

Exheredatio eius quem quis filium negat, num efficax sit.

§. Ei qui se. Licet exheredatus fuerit in testō appellat⁹ non filius, tñ hēt querelam. h. d. An autē teneat exheredatio illius quem quis negat filium, dic, quod aut non negat in ipso actu exheredationis, sed in alia parte testamenti, & tunc ualet, ut hic. §. m. gl. Si uero in actu exheredationis, tunc aut p̄t errauit credens ipm̄ non esse filium cū esset, & tunc non ualet, quia deficit causa finalis, ut §. de li. & posthu. l. posthu. §. si. & ad Carb. l. j. C. p̄sumo aut ipm̄ errasse, quoniam in uita non hēbat ipsum pro filio. si uero non errauit, ut quia in tota uita sua habuerat eum pro filio, & ita tractauerat, tunc talia uerba non ualidant exheredationem, quia non p̄sumuntur dicta cum illa intentione, quod credat eū non filium, sed ex iracundia quadā, sicut solent aliqui dicere iste non est filius meus, quia non sequit̄ mores meos, uel nō diligit me, sicut debet, ita intelligo l. 3. circa prin. de liber. & posthum.

§. de inofficioso. Testm̄ militis non impugnat per querelam. h. d. priuilegium testatoris p̄fertur priuilegio filij exheredati. h. d. no. & sic no. quod priuilegiatus non utitur priuilegio suo contra testm̄ priuilegiati. de quo dic, ut in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. per Cy. & de materia istius §. uide plene per eundem in l. si. C. eod. tit.

1 Nepos quis dicatur.

2 Præsumptionem pro sententia esse, & si ab ea appellatum sit, & lata sententia pro actore fructus beneficij sequestrantur.

3 Actor qui pauper est uincens ab eo alimenta habere debet, & item pro litis sumptibus si unde eos faciat, non habeat.

§. De inofficioso. Si exheredatus obtinuerit in querela per vnam sn̄iam, licet ab illa fuerit appellatum, si tñ est pauper, dñt sibi de aduersarij bonis alimenta decerni, & aduersarius ad hæc p̄standa cogi vsq. ad fin. litis. h. d. No. hic in uerbo nepos, & in uerbo patrum. quod nepos appellatur filius fratris. & ita dicitur §. m. communem usum loquendi, sed propriè dicitur filius filij. de primo tñ hē hic. & 10. coll. quib. mod. fratrum fil. admit. §. si fratris. & C. de succes. edic. l. 2. & no. extra de scisma. c. 1. lib. 6. p̄c. c. solit. eo. lib. & no. per Io. And. de elec. c. fundamenta. in nouella. Secundo not. quod p̄sumitur pro sententia. licet ab ea fuerit appellatum, facit l. Herennius. §. Caia. de euic. & quod no. in c. bonæ. per Inn. & in hoc uidetur fundari clem. 1. de seq. uest. po. & fruc. quae dicit, quod lata una sententia pro actore fructus beneficij sequestrantur. Tertio not. 3 quod si actor est pauper postquam obtinuit per unam sn̄iam, debet habere alimenta a reo. & et pro sumptibus si nō habet unde faciat ar. ut hic, & l. si. C. de or. cog. In contrarium facit l. Imperator. de tu. & ra. dist. dic, quod aut agitur actione personali, & tunc alimenta, neq; sumptus debent decerni, ut ibi, Aut actione reali. uel mista pro rebus. quas dicit suas, & tunc, aut pro modica re, uel tali, de qua non percipiāt fructus & idem, quia est eadem ratio. Aut pro magna parte bonorum, & tunc, aut est uera p̄sumptio p̄ agentem, & dicunt decerni postquam obtinuit per unam sententiam. Nam hic erat p̄sumptio p̄ eum p̄p̄ exher. sed si nō esset p̄ eum p̄sumptio, & esset talis quem constaret nulla bona habere, tunc vñ quod statim debēt sibi alimenta decerni. ut in d. l. si. de ordi. cog. & de lib. agno. l. si ne get. Vlt. dicunt quidam, quod iste §. limitat l. quae de offi. quia illa procedit, nisi exheredatus habuerit vnam sententiam pro se. sed tu dic, licet tunc debeant sibi decerni alimenta, ut hic no. tamen competet sibi bon. pos. Car. per quam plus consequeretur, quia esset in possessione bonorū, & actiones hereditarias intentaret. ut ibi.

1 Preteritio matris, uel quae se filium habere sciat, pro exheredatione habetur. Et exheredationem uariè dicit.

§. De testamento. Quando testamētum est inofficiosum re, non consilio, licet competat contra ipsum querela, legata tamen firma permanēt ipso per querelā expugnato, secus si esset inofficiosum re, & consilio. h. d. secundum gl. cum l. seq. & secundum istum intellectum audiui a domino Bal. quod ipse oppo. de ista l. cum repeteret. l. filio p̄terito. qui tenet ibi, quod si p̄tereretur filius quē quis ignorabat se habere, rupto testamento non conseruantur legata per illam auctoritatem. quia si sciuisset filium hēre non p̄terisset, secus si sciebat. Et ad hoc inducit l. sicut certi. & l. si cum uel in vtero. de testa. militis & l. si is qui. de iure co. contra quam oppo. Bal. de l. ista ubi mater p̄terijt filium, quem ignorabat se habere. & dicit quod cum filius non fuerit fraudatus consilio matris remaneant legata firma, quia non est, quod sibi imputetur. Sed Bart. tunc non rñdit, sed quod uolebat uidere, & die seq. rñdit, quod alia lect. Azonis est uerior §. m. quam. h. d. Siue testm̄ sit inofficiosum re, & consilio, siue re tñ, ipso rescisso per querelam rescinduntur legata, & secundum istā Paulus corrigat sententiā Imperatoris, Pau. Cast. nouae p̄aec. in ff. Vet. C simile

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

1 simile. s. de mino. l. Aemilius largianus. Et t. no. q. præterito matris habetur pro exhære. etiam si filium noscat se habere. & dicitur ista exhæredatio largissimè sumpta: quia non pcedit ex mente, nec ex verbis s. m. Bart. tamen dic de hoc, vt dicam in l. pater filium. est & alia, quæ d. r. largo modo sumpta. s. q. procedit ex mente, non ex verbis, vt præterito militis, quæ h. r. pro exhæredatione, si sciebat filium habere. n. o. alias vt d. l. sicut certi. cum seq. de testa. militis. est & alia strictè, & propriè sumpta, quæ fit ex mète, & verbis expressis, de qua in l. 3. de libe. & posthu. Item no. Bart. in l. filio præterito. de iniusto testamento.

L E X XXIX.

1 *Tertius in causa interueniens si eius interfit, an admitti debeat. & an debeat citari.*

Si suspecta. Legatarij pro suo interesse possunt ad dem scriptum, si de collusione dubitât. Item possunt testamentum defendere, & a sententia contra hæredem lata appellare. h. d. no. De t. isto tertio, q. interuenit tertio, si sua interest, quod facere possit, vide, quod plenè no. Inno. in c. cum super. de re iudi. & de spon. c. veniens in fi. de ma. & obed. c. humilis. & de excep. cum inter. Et adde gl. s. quibus ex cau. ma. l. cum miles. s. si quis reip. q. n. o. solum potest venire, sed est citandus. sed tu dic, vt no. Inno. in d. c. humilis. Paulus.

1 *Filio naturali tantum num aduersus patris testamentum remedium aliquod competat. Et sententia a transactione quo ad effectus suos quid distet, usque numero seq.*

S. De inofficioso. Filius naturalis habet querelâ contra testamentum matris. h. d. Sed t. contra testm. patris nullum remedium competit filio naturali, licet hodie ab intestato in certa portione succedat. vt no. gl. j. de t. ta. l. j. in prin. & Insti. eod. s. cum autem. Quamuis si super querela mota trãsigerent, legata & libertates firma permanerēt. de quo dic plenè, ut in l. controuersia. s. de transac. Alium effectum habet sententia, quia per ipsam rescinditur testamentum, vt s. eo. l. Papin. s. si. & alium transactio, per quam non rescinditur, ut hic, sed alibi iudicatur ad paria. s. quo ad decisionem litis, quia per utranque deciditur, & ex utraque paratur exceptio litis finitæ, ut C. de transact. l. fratris. & l. j. in fi. ad Tertullianum facit l. fi. infra mandati. quæ l. est no.

S. Quoniam femina. Fœmina non potest adoptari, & per ipsam adoptatus non potest habere querelam contra testamentum eius. Et sic not. exhæredationem eius, quem quis putabat filium adop. cum non esset, non inuadit institutionem, vt C. de fideicom. l. eam quam. & de hæredi. instit. l. nec apud. licet in contrarium faciat infra ad Carb. l. j. s. Papin.

S. In ea prouincia. Querela debet intentari in loco ubi hæres habet domiciliu. hoc dicit. sed gl. dicit, quod etiam ubi est maior pars hæreditatis. vt in l. si fideicom. de iudi. sed ibi non debet agi, nisi in loco domicilij secundum Cyn. quod est no. igitur cum agitur, non sortitur quis forum ex actu. Paulus.

L E X XXX.

Adversus. Pater contra testamentum filij in adoptione dati, & de quasi Castrensi peculio testantis habet querelam. secundum glo. ff. Ex quo habes, quod de iure isto quasi Castrense peculium non erat priuilegiatum, sicut Castrense. hodie secus, vt l. fin. C. eod.

S. Tutores. Agens querela nomine alieno, & succumbens, non perdit commodum ex testamento. Summa vt s. eod. l. filius. s. multo magis. Paulus.

L E X XXXI.

1 *Statutum a prætore in uenientibus ab intestato, vt primis exclusis sequentes ueniant successores locum etiam habere in remedijs aduersus testamentum.*

Si quis. In querela locum habet successorium edictu de gradu in gradu, & de capite in caput. h. d. uel aliter sic: excluso illo cui ex ordine primo loco querela competeat, sequens in ordine, uel in gradu per successorium edictum admittitur ad eandem hæreditatem. t. Quod ergo p. ror statuit in uenientibus ab inte. ut exclusis primis ueniant sequentes successores, ut j. de succ. edic. per totum, locum habet etiam in remedijs contra testm. ut hic facit j. de bo. lib. l. 2. De quo dic, vt plenè in l. pater filium, & adde, quod dicitur in l. si quis posthumos. s. si filium. de lib. & posthu. In tex. sequens. s. in gradu, vt nepos qui est in alio gradu, quàm filius. vel dic, sequens. s. in ordine, vt pater, qui est in eodem gradu cum filio in diuerso ordine, & in diuerso capite, quia primo vocatur filius, secundo pater, ut s. l. pater filium, & intelligitur, q. iste sequens sit exhæredatus. alias non habet querelam, sed contratab. ut ibi dicam.

S. Quantum. Querela competit contra institutos siue sint de lib. siue de extraneis. h. d. illud

quod dicit de libe. est uerum, quatenus habet quantum habitus esset ab intestato, alias secus, ut infra eo. l. mater deced. & sic non est differentia in effectu inter querelam. & contratab. quo ad hoc. Sed glo. uideretur casus facere. nam utraque datur contra institutos, & liberos, sed neutra datur, ubi liberi non plus habent, quàm essent ab intestato habituri.

S. Si hæres. Licet exhæredatus succedat instituto, n. o. p. p. eam perdit querelam, secus si rem aliq. hæreditariam ab instituto sibi relictam agnoscat, uel test. in of. se subscribat. Nam his casibus, vt approbare iudicium defuncti. h. d. vsq. ad fin. Nocebit. dic contra hæredes, si sint pro parte instituti. vel dic, q. legatarios per modum conditionis, quia si petant legata, excludam eos dicendo testamentum esse inofficiosum. But.

L E X XXXII.

Si exhæredatus. Præstas patrocinium legatario, uel procuracionem querelam perdit: idè si hæres existat legatario, & idem si ex persona sua petat legatu. h. d. Opp. q. prin. de l. si pars. in fi. s. eo. ubi dicitur, q. si exhæredatus consequitur legatum ex test. ut alterius ministerio qui rogatus erat restituere, & sic ad commodum alterius receptat, non perdet querelam: ergo nec per aduocationem, vel procuracionem procurando. cum hoc sit ad commodum alterius, Sol. dic, quod in recipiendo non defendebat testamentum: hic sic.

De petitione hæreditatis. Rubrica.

Dicitur est s. tit. prox. de querela, quæ præparatoria petitionis est hæreditatis, sequitur de ipso præparato uidentium. & primo iuricon. ponit de peti. hære. directa. s. in hoc tit. cum seq. Secundo, ponit de utili. s. in tertio, & quarto ti. & hoc prout vt utilis inspecta conditione agentis. Sed dicitur aliquando utilis inspecta conditione conuenti: & de hac dicitur in l. nec ullam. s. quod si quis a se. j. e. Item iste tit. diuidit in 5. partes. Nam primo ponitur cui competat hæreditatis petitio in tribus primis legibus. Secundo ponitur contra quem hæc incipit in l. regulariter. & durat vsq. ad l. Item uidentium. s. nunc uideamus. ibi, tertia. in qua ponit, quæ res ueniant usque ad s. pridie. ibi, quarta. in qua ponuntur uerba senatuscon. per quod fuit hæc actio introducta cum expositionib. iuricon. & durat usque ad l. Si bonæ fidei. s. petitio. ibi, quinta. & ultima, in qua materiam explicat usque ad finem titu. Et no. in hoc tit. meliores leges, quæ sint ad materiam Inn. quam ipse tractat in c. nihil. de elect. l. cum quis possidet prælaturam, uel beneficiu in quo non habet ius, uel de quo tangam in l. Item ueniunt. in prin. j. eo. & ubicunque cadet.

L E X P R I M A.

- 1 *Ius uetus nouum ac nouissimum, quod nam dicatur.*
- 2 *Hæredem hæredis testatoris hæredem esse.*
- 3 *Hæreditas num adiri possit ex eo testamento, quod filij præteritione nullum est, per filium tamen approbato.*

Hæreditas. Pertinet ad nos hæreditas iure ueteri. l. xij. tab. uel nouo. l. senatuscon. Item ueteri, aut ex test. aut ab intestato. Item si ex test. aut ex persona nostra immediatè, aut mediatè, ex persona alterius. h. d. No. t. q. ius d. l. xij. tab. alibi d. r. ius Galli, ius uetus. s. ut l. Gallus. s. ille casus. de lib. & posthu. Sed dic, q. diuersis respectibus. nam l. xij. ta. dicitur ius uetus respectu aliarum partiũ iuris, quia illa uenit a Grecis, primo fuit in orbe, quàm aliæ leges fierent per populum. unde leg. aliæ per populum, uel principem factæ d. r. ius nouum resp. alterius, sed ius Galli d. r. ius uetus resp. leg. Velle. q. fuit facta post illud. sed respectu l. xij. tab. diceretur nouum. per hoc patet, quod senatusconsulta, quæ appellantur ius nouum respectu l. xij. tab. dicerentur ius antiquum resp. nouellarum constonum, & authenticorum, patet, ergo quomodo debeant intelligi ista cõtraria de iure, ueteri uel nouo, quia si proferuntur a lege, in dubio intelliguntur l. xij. tab. ut hic, & in l. 2. s. si mater. ad Tertul. nisi aliud diceretur pp. subiectam materiam, ut in s. ille casus. Si uerò proferuntur ab homine, tunc secundum communem usum loquendi appellamus ius uetus, ius ff. ius nouum, ius Codicis. ius nouissimum, ius Authenticorum. facit quod no. in l. 1. de leg. 1. Secundo s. no. in l. ueluti. quod hæres hæredis testatoris est hæres. concor. l. fi. C. de hære. insti. l. paterfa. de vulg. & pup. ubi est l. singularis. Sed gl. hic disputat, an dicatur hæres primi testatoris ab intestato, uel ex testamento. determinat quod dicatur hæres eo modo, quo fuit primus hæres, & tenet omnes. Ad quod facit, quod alibi d. r. q. talis hæres habeor, qualis est is, per quem hæres efficitur. j. de acq. hæred. l. qui aliena. s. interdum. ubi hoc probatur posset etiã dici s. m. Bal. q. nec simpliciter sit hæres, sicut ille, nec simpliciter sicut ipse, sed mistim: quasi duobus capitibus adiunctis,

ctis,

Etis, ut dicitur in l. si in d. l. Gallus. s. ille casus. de libe. & posth. Ultimo
 3 f. no. gl. que incipit non iure, in si. que tenet, & ex testamento nul-
 lo per prateritionem filij, licet per filium approbato, non possit
 ad hereditatem de iure civili, sed necessaria sit bonorum possessio
 f. m. tab. & est casus talis, ubi bono. poss. est necessaria. Item no. in
 l. certum. C. vñ cognati & ibi plene. & l. qui uxorem. de iniusto
 testamento. & de vulg. & pup. l. si quis eum. quas gl. no.

L E X IIII.

1 Hereditatem uel ab eo peti posse, qui rem unam duntaxat possideat. Et num-
 tunc ad totius hereditatis restitutionem, licet unam possideat, sit obligatus.
 2 Sententiam ferri posse, super eo, quod post lit. contestat. superuenerit.

Si hereditatem. In hac actione condemnat reus
 ad omnes res, quas reperit possi-
 dere tpe snia, licet illas non possideret tpe litis conte. h. d.
 1 Et no. duo, q. hereditas petitur ab illo, qui rem unam tm
 possidet. concor. j. eo. l. licet minima. Sed an sit obligatus ad re-
 stitutionem totius hereditatis, licet rem unam possideat? vide
 quod no. infra ti. primo. l. prima. circa princ. in glo. que incipit. i.
 2 vendicando. Secundo f. no. sententiam ferri super eo, quod su-
 peruenerit post litis contesta. de quo dic, ut plene in l. no. potest
 videri supra de iudi.

L E X V.

1 Controversia fieri quando dicitur, & quando lis. Et quid de eo qui sub pena
 controversiam pro misit non facere per quos actus in poenam incurrat.
 2 Controversia sola rem litigiosam in hereditatis petitione, uel ante litem con-
 testatam fieri.
 3 Controversia sola quem malefidei possessorem reddit ob idq. ad usuras, & fru-
 ctus perceptos teneri. Et prescriptionem, uel quo ad omnes effectus inter-
 rumpi.
 4 Denunciatio ante possessionem apprehensam, num quem in mala fide consti-
 tuat.
 5 Hereditatis possessor satisfatione prestita res hereditarias, uel post litis con-
 testa. alienare potest.
 6 Legitimus administrator num res hereditarias ne dum cautione prestita in-
 dicit saltem autoritate alienare queat.
 7 Satisfationem quam heredita. petitione conuentus prestare tenetur dupli-
 cem esse.
 8 Prælati cui de prælatura, aut beneficio controversia mouetur, an possit inte-
 rim bona ecclesie alienare.

Diuus. Possessor hereditatis post motam controuer-
 siam, non potest aliquid alienare de heredita-
 te, nisi prestita satisfationem de hereditate restituenda,
 da, vel æstione, uel nisi iudex hoc permiserit. quod face-
 re potest pp causas necessarias hic expressas, et si satisfationem non
 prestita. h. d. f. m. intellectum Bar. & verum. Sed secundum gl.
 prestita satisfatione multo minus possit alienare: qa satisfat de
 non alienando. sed hoc non dicitur in lra, immo est ipsam destruere.
 unde tene primam lect. Prohibendum. si ipso iure, uel dic, non p-
 mittendum. non enim est necessaria noua prohibitio iudicis, quia
 1 ista est prohibitio. No. hic plura. Primo, f. q. controuersia dicitur ante
 litis contestat. per solam citationem intelligi. Lis uero dicitur fieri p cõ-
 testationem. facit s. de procu. l. non solum. s. si status controuer-
 siam. Et quod no. per Cy. in l. si quis maior. de transactionib. & p
 gl. in l. Lucius. s. tres heredes. ad Treb. ut dicantur fieri ante lit.
 contestat. ut C. de regund. l. 3. Et per hoc determinabitur quæstio,
 si quis promittit mihi non facere controuersiam, uel non moue-
 re litem sub poena. per quos actus incidat in poenam. de quo dic
 2 ut d. l. si quis maior, per Cy. Secundo no. f. q. in pet. hered. res effi-
 citur litigiosa per solam controuersiam et ante lit. cont. & hoc
 est speciale in hac actione secundum ista tempora. nam secus e-
 rat in particularibus iudicijs, licet hodie sit idem, ut gl. dicit. Itē
 3 per solam controuersiam ad usuras, & fructus perceptos, & per-
 cipiendos etiam si a principio fuisset bonæ fidei, quis tenet, & et
 interrumpitur præscriptio et quo ad omnes effectus, quos parit
 litis contestatio, ut in eadem l. Item ueniunt. s. petitam. in l. sed,
 & si lege. s. si ante. secus in particularibus iudicijs, in quibus ille.
 qui semel fuit bonæ fidei, non efficitur malefidei, nisi p contestat.
 quo ad usuras, uel fructus, uel interruptionem præscriptionis, ut
 l. si alienam. de usufruc. pro emptore. & l. qui scit. s. si. de usuris. so-
 4 la f. tamen denunciatio facta antequam quis incipiat possidere,
 non facit quem malefidei possessorem, tã in particularib. q. in vñ-
 bus iudicijs, ut C. de rei ven. l. si quis fundum. de leg. præstan. l. vi-
 rilis. s. si adierit. & Cy. C. eo. ti. l. i. dicit tñ ipse unum verbū. no. q.
 et in peti. hered. q. mouetur q. ti. possidētem, quod aliquñ ptingit,
 ut j. eo. l. nec ullam. s. q. si qs p solam controuersiam non efficit
 malefidei, sed requirit contestatio litis. & hoc operat titulus. Et istū
 dic esse casum l. 2. in secūdo responso. C. eo. ti. licet ibi gl. sentiat
 5 q. rium. quod perpetuo tene menti. Tertio f. no. q. possessor añ, &
 post cõtestat. litis si prestita satisfationem potest alienare res hereditarias,
 & intellige ex pmissione iuris scripti. Item intellige in causis ne-
 cessarijs, de qb. j. subijcit, qa talis satisfatō dat sibi administrationē
 bonorum, tanquam curatori bonorum, ut probat in l. si quis in-
 stituatur. de heredi. inst. & de iure delibe. l. ait prætor. & leg. l. Ful-

cinus. s. adeo. ex quib. causis i possessionē eam. & ad Car. l. sed &
 si is. s. quoties. & no. eo. ti. l. pe. f. m. Bar. facit quod dixi s. ti. j. l. qui
 de inofficio. si uero non satisfat, tunc non potest, nisi iudex si-
 bi permittat. quod facere potest ex causis necessarijs, ut subijcit.
 6 Ex quo dico unum tibi, no. q. licet administrator legitimus, ut tu-
 tor, uel curator da. bo. non deat administrare, nisi prestita satisfatō-
 ne, ut l. legitimos. de legi. tu. tñ et si non prius satisfat, potest
 iudex ei dare licentiam alienandi in causis necessarijs, & facit ex
 permissione iudicis, & non iuris. Et hoc probat ista l. no. in tuto-
 re tamen vñ, q. licet debeat satisfat, si tamen non satisfat, non
 prohibetur administrare, ut l. mulier. de iure dot. Sed in cu-
 ratore magis procedit. quod dixi, sed glo. parua super uerbo, qd
 opp. q. post satisfatōnem non possit alienare, imo vñ magis pro-
 hibendum, cum satisfat de non alienando: ut in fin. leg. & ideo
 7 exponit, nisi, pro sed. quasi dicat non debet alienare, sed satisfat
 de non alienando, quod est destruere literam. Unde f. die, quod l
 est duplex satisfatio, quam prestat conuentus hac actione. vna est
 de non alienando bona, & istam non prestat, nisi opponat aliquā
 exceptionem, per quam petitio hereditatis differtur. de hac lo-
 quitur s. fi. Alia est de restituenda hereditate, si contingat ipsum
 succumbere, uel si contingat ipsum alienare pro causis necessa-
 rijs, q. restituat pretium, uel quod supererit. Item q. bene, & le-
 galiter administrabit, & fraudulenter non alienabit. & istam p-
 stat qñcunque uult, q. sibi permittatur a iure potestas alienandi.
 & de hac loquitur hic. Et est similis, quam prestat curator datus
 bonis. Et no. quia tunc utrum causa sit necessaria, uel non, com-
 mittitur arbitrio suo. Sed si non satisfat, deberet hoc discuti
 8 per iudicem. est iste uerus intellectus istius l. Ultimo f. facit ad q.
 si moueatur qd contra aliquem de beneficio, uel prelatura utrum
 interim possit bona ecclesie alienare, et in casib. licitis. de quo
 dic, ut h. in c. venerabilis. de off. dele. & in c. mihi. de elec. p. lnn.
 1 Exceptio falsi testamenti ad hered. petitionem præiudicialis est.
 2 Hereditatis petitione conuentus si excipiat de testamenti falsitate, quid præ-
 stare teneatur.
 3 Satisfatio de non alienando aut prohibitio quid operetur.

S. Diuus Adrianus. Sicut possessor cogetur satisf-
 dare, quando est controuersia de hereditate, sic qñ est controuersia de falso testō, hoc dicit.
 Bar. Vel sic, si conuentus hac actione opponat aliquā exceptio-
 nem, per quam hac actio differat, uel supersedeatur in ea, dēt sat-
 isfatare de hereditate non diminuenda, qa illa exceptio sit præiudicia-
 lis in alio, s. ut hereditas diminuatur, & hoc propter priuilegium
 1 huius actionis. h. d. singulariter. No. f. q. exceptio falsi testamen-
 ti est præiudicialis ad petitionem hereditatis, ut faciat in ea su-
 persederi quousque de falso cognoscatur. Idem esset in querela
 si in modum contradictionis opponeretur per conuentum, ut
 s. ti. j. l. Papi. s. si filius, & hoc, quo ad cognitionem, sed quo ad pro-
 nuntiationem dic, q. si proponitur principaliter per modum ac-
 tionis, debet in ea pronuntari, ut s. l. i. de qua re. si p modum in-
 cidentis, tunc non, sed sufficit pronuntiatio in principali, ut C.
 ad l. Cor. de fal. l. ubi. & l. j. de ord. iud. Secundo f. no. q. conuentus
 2 hac actione, si opponat excep. falsi debet satisfatare de hereditate
 non diminuenda. idem est de quacunque actione, p quam i hac
 actione supersedeatur, p rationem literæ. Et est speciale in hac
 actione, nam secus esset in alijs: unde si agis q. me rei vend. & ego
 op. q. sis seruus meus, uel excommunicatus, & sic quousq. cogno-
 scatur de hoc in actione tua supersedeabit, non reperit, q. interim
 debeat satisfatare de non alienando. si tñ essem suspectus de fuga,
 uel de dissipando: tunc si esset res mobilis dfer deponi. si esset im-
 mobilis, deberent fructus sequestrari. arg. s. qui satisf. cog. l. si fide-
 iussor. in fi. & C. qñ prouo. non est necesse. als quorum applo non
 reci. l. ad exceptionem. & j. de appel. l. Imperator. Item dico, q. iu-
 dex possit mihi prohibere ne alienem, ut l. de pollicitationib. in
 3 fi. de polli. & forte sub poena. Si dicat quid operetur ista satisfatō
 uel prohibitio, cum et sine ipsis alienare non possit? Rñdeo: quia
 magis abstinebit ab alienando. Item quia magis erit confu lrum
 actori prestita satisfatione. Ultimo dicit, Guil. de Cu. in l. fi. C. eo.
 per istum tex. q. conuentus hac actione, non potest agere q. debi-
 tores hereditarios, nisi quando esse actio tempore peritura, uel
 aliquid fiat in præiudicium hereditatis, secus in petitore, quē di-
 cit indistinctē debitorem posse conuenire. de quo dic, ut dicā j.
 eo. l. qui bonafide. & tangam in l. si quis hereditatem.

L E X VI.

1 Iudicio vniuersali moto, aut eius preparatorio, an iudicio particulari super
 sederi, quod ipsi vniuersali præiudicium afferre debeat.

Si testamentum. Si contra scriptum heredem
 de hereditate per unum, & per alium ab eo petatur lega-
 tum, in electione sua est legatum soluere recepta cautio-
 ne de restituendo si succumbat, uel expectare quousque falsi
 Pau. Ca. Noua. prælect. in ff. Vet. C. 2. qua-

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

quæstio, & hæreditatis terminetur. Sed si petat legatum ab eodẽ, q̄ agit de falso, dẽt ip̄m præcisẽ tanq̄ ðritum repellere. h. d. & super modico fundatũ, ut l. fi. C. eo. q̄ l. istam corrigit de materia istius l. tractat l. sequens. A. debeat. tex. q̄ fit expectando, q̄ q̄o falsi de terminet. nam si pronuntiabit pro testõ, apparebit legatũ dẽri. Ex hoc patet solu. ad id quod quærit gloss. circa finem. Nota
1 ¶ ergo, q̄ q̄n motum est iudicium v̄e, vel eius præparatorium, supersederetur in iudicio particulari, quod faceret illi præiudicium, si conuentus hoc vult. Idem h̄r in l. proxima. Sed gl. hic q̄rit, in cuius est electione, legatarij an hære. ut C. eod. l. fi. & j. l. pxi. in fin. mag. gl. tu dic, q̄ aut ille qui mouit iudicium v̄e venit ad cãm. & petit supersederi in particulari, ne fiat præiudicium sibi, & tũc hoc est in ptate sua: ut j. l. prox. quam sic intellige f̄m gl. ibi. Aut nõ uenit ad cãm, & tunc est in electione ipsius conuenti v̄i iudicio, ut hic & j. de excep. rei iudi. l. 2. & de act. & obl. l. q̄ cum hære de. & j. de interroga. actionib. l. & q̄a s. interdum ita intel. leg. hoc aut. s. j. si q̄s plus q̄ per fal. Item ẽt iudex p̄t hoc facere ex officio suo, ut j. l. prox. f̄m Bar. ibi. & hoc uerum de iure isto. hodie nõ p̄t impedire iudiciũ particulare, licet pendeat v̄e. sed distinguit inter legatarios. & creditores: ut C. eo. l. fi. & dic, ut ibi. & dicam plenẽ. j. l. pxi. Sed Guil. de Cun. dicit in d. l. fi. hãc l. nõ corrigi pillam, q̄a hic loquit, q̄n testm̄ d̄r falsum, ibi q̄n petiẽ h̄rdis ẽt in illa cã. Sed hoc non habet in se rationem. Circa secundum dictum quæritur, quid ecõtra, si fuerit pretium legatum. postea idem vult dicere testamentum falsum, quid iuris? dic etiam, ut j. eo. l. postquam. Paul. de Cast.

L E X VII.

- 2 *Tertius cuius interest in iudicio interuenire potest, atque petere, ut liti per alios mota supersederetur. Et quid de eo cuius non interest. m. 3.*
- 2 *Appellari posse occasione qualis qualis præiudicij Et sententia lata pro vno quale præiudicium alteri pareat.*
- 4 *Lis num contestetur super querela.*
- 5 *Impedimentum oppositum per tertium in causa per alios mota, quando durare dicatur.*

SI quis libertatem. Lex hæc est difficilis, & hoc intendit. Iudicium particulare per quod fit præiudicium v̄i uel præparatorio eiusdẽ differri debet, quo ad iudicium v̄e finem capiat ad quod potest certus terminus per iudicem statui. Si uero per ip̄m non fiat præiudicium, nec fieri contingat, iudicium v̄e suspendi non debet. hoc dicit. Bar. Et diuiditur in tres partes secundum Bar. hic. & gloss. nam primo loquitur, quando querela mouetur per vnum contra scriptum hæredem, & ab alio petebatur libertas ab hærede scripto, & erat quæstio de libertate tantum. Item seruus erat in possessione seruitutis. Item ille, qui agebat querela petebat iudicium libertatis differri, & hoc vsque ad uersiculum. Cum quidam ibi secunda, q̄a seruus dicebat se in solidum hæredem institutum, & erat in possessione libertatis, & hæreditatis. ex hæredatus aut petebat eum in seruitutem, dicẽs testm̄ in officio sum, & ipse seruus petebat iudicium liberale differri. & sic erat q̄o inter seruum, & ex hæredatum. & hoc usq̄ ad uersum. Quotẽnis. Ibi tertia, & vltima, in qua libertas petebatur ex alia cã, q̄ ex testamento. Ista prima pars diuiditur in tres partes: Nam primo ponit mentem Senatũ con. Secundo mentem rescripti. Imperatoris. Tertio ponit quãdam imitationem. secũda ibi. Sed & diuus. tertia ibi. ita demum. Gl. ponit tribus modis casum in tota l. Primo, q̄ seruus iste qui petebat libertatem fuerat hæres, una cum alio, & filius ex hæredatus, & cum peteret hæreditatẽ, & libertatem, ex hæredatus petebat super hoc iudicio supersederi. & hoc dicit gl. quod istud princ. conueniret cum ver. Nam cum quidã vbi similis erat quæstio de hæreditate, & libertate, & eiusdem terminis ponit ibi casum. Sed hæc lectura non placet glo. quia nihil dicitur de cohærede. Sed ego dico, q̄ nõ procedit, primo, quia nullo modo potest conuenire v̄si. nam cum quid, quia secundum istam esset quæstio inter seruum, & cohæredem, qui ipsum possidebat. Sed in v̄si. nam cum quidam. patet expressẽ, q̄ erat quæstio inter ipsum, & ex hæredatum: nam nec puto, q̄ sit in se vera, quia tunc petitio serui, quando petit hæreditatem est præiudicialis ex hæredato, quia non p̄supponit illum cõtra quem agit hæredem: sicut cum agit pro legato, & ideo nõ esset in ea supersedendum, vt patet expressẽ j. eo. l. penul. vbi duo possunt mouere peti. hære. contra vnum, & super vtriusque petitione proceditur. Secundo verò modo ponit casum, vt in tota l. seruus diceret se in solidum institutum cum libertate, & sic erat quæstio inter ipsum, & ex hæredatum. Sed ista lect est uera in ver. nam cum quidam. sed huic principio non congruit. Et ideo tertio modo ponitur, q̄ uariantur termini, & est ista uera, f̄m istud princ. h. d. Si contra ipsum scriptum hæredem sit mota querela in officio si p̄ vnum, & interim seruus petit libertatem in testamento sibi relicta, sup iudicio liberali debet supersederi, quouique sit finitum

iudicium querelæ ne fiat præiudicium ipsi querelæ. h. d. præiudiciũ autem est istud, quia si pronuntiaretur pro libertate, p̄lumeret, quod testamentum esset ualidum. & impugnaretur & sic fieret præiudicium ex hædato. Sed si pronuntiaretur contra hæreditatem esset aliqualis p̄sumptio ð testamentum, & sic fieret præiudicium hædi scripto. dẽt ergo interim supersederi. & hoc q̄tum ad petitionem ipsius hædis, qui p̄tendebat præiudicium, ut hic, & etiam ad peti. hære. ut dixi s. l. proxima. potest etiam hoc facere iudex ex officio suo f̄m Bar. quia uerba istius principij referuntur ad iudicem gl. tamen magna v̄r dicere, q̄ solus ex hæredatus potest hoc impetrare. sed tu dic, vt dixi. Not. primo, quod ð tertius cuius interest potest venire ad iudicium, & petere, q̄ supersederetur in lite per alios mota. alius autem cuius non interest, hoc facere nõ potest, vt in gl. quæ est not. in hoc loco secundum Bal. Et aduertendum, q̄ istud est interesse qualis qualis præiudicij, & non plenũ. nam etiam lata sententia pro hærede remanet ius ex hæredato solum. & licet aliquantulum præsumatur contra eum, tamen p̄t impedire iudicium liberale. sic ð & alibi dicitur, quod ratione qualis qualis præiudicij potest appellari. infra de ap. l. sententia. qd̄ est notandum. Nec obst. C. de sententijs l. nemo iud. quam g. 2. assignat pro contraria, quia verum est, q̄ sententia lata p̄ vno, non facit alteri plenum præiudicium, vt ibi, sed tale quale facere p̄t, vt hic. & in libertatibus, quia procedunt ex testamento, quod per querelam rescinditur, vt j. ti. j. l. Papi. s. fi. facit l. j. j. de excep. rei iudi. & quod ibi no. ð Secundo no. q̄ ita demũ p̄t tertius venire ad impediendum ratione præiudicij, quod fieret iuri suo, si illud iam mouit in iudicio. idem est si iperatur moueri f̄m glo. sed tunc potest petere per iudicem certum terminum statui, ne diu stet in suspenso, ut j. uersicul. plane. Tertio ð not. in verbo, contestatum est q̄ super querela lis contestatur, quod est contra doctrinam Bar. dicentis, q̄ cum in ea nihil petat a parte, sed a iudice tm̄, non est necessaria litis cont. & sine ipsa potest ferri diffinitiuã, ut ipse no. s. ti. i. l. qui repudiantis. s. fi. Sed p̄t dici, q̄ si partes sunt p̄sentes debeat contestari lis, ut hic, secus si altera sit absens. & ita loquitur opinio Bar. p̄ illum tex. Sicut dicimus in cã applonis, ut no. in c. p̄ tuas. eã de appel. & l. fin. s. illud de tẽpo. app. C. dicit ẽt hic gl. mag. no. sup secunda casus positione, q̄ sup querela contest. lis, ẽt cum opponitur p̄ modum exceptionis, seu contradictionis. quod tene menti. Et est rõ, q̄a ita cõcluditur in exceptione seu contradictione, & petitur, sicut si p̄poneretur p̄ modum actionis, ut s. ti. i. l. Papi. s. fi. filius. de bono. poss. contratabu. l. si ex hæredatus. secus in alijs exceptionibus in quibus non ita concluditur, ut plenẽ no. in c. prudentiam. s. lex. ext. de offi. deleg. Quarto ð no. q̄ impedimentum oppositum p̄ tertium durat quousq̄ sit finita causa illius tertij, per sententiam diffinitiuã, vel interlocutoriam ab obseruatione iudicij, vt probatur hic. quod est notandum secundum Bald. facit l. & post. s. conductos. s. de iudi. & de re iudi. l. actorum uerba. & C. quomodo, & quando iudex l. præses. quasi desertam. & hoc est uerum, si fuerat cum causæ cognitione. secus si inconsultẽ. vt in l. i. C. de his quæ in test. delen. Qualiter fiat ista circũductio, uel cancellatio habes hic gl. no. quæ alle. super uerbo, inducatur. Si ergo feratur sn̄a contra ex hæredatum procedetur in causa. lib. aliã secus. & secundum istum debet intelligi. l. si post j. de excep. ubi videtur dici totum econtra ad istam l. qui post lit. contesta. sup hæditate non debet differri particularia iudicia, sed añ sic. Quidã timore illius exposuerunt literã, vt hic habetur in gl. q̄ expõ destruit tex. Ideo dic, q̄ in illa l. ponuntur tres lecturę. prima est, q̄ conuentus vn̄ uersali iudicio p̄ vnũ conueniebã particulari p̄ aliũ, & tunc tene primum intellectũ gl. q̄ non supersederet in iudicio particulari post litem motam: in vn̄ uersali subaudi, & ipso per sententiam terminato p̄ istum tex. Sed anteq̄ sit terminatum, qd̄ patet, ibi d̄r finiri. Nã nõ d̄r finitũ, nisi sit sententia lata. Alij dicũt q̄ ibi iudicium particulare non contingebat petitionem hæditatis, ne faciebat sibi præiudicium, quia rei vend. non ex cã h̄r. vñ intendebatur contra hæredem, sed tanquam extraneum, vt l. de eod. s. fi. ad exhiben. Iõ nõ dẽt differri, quæ lectura est uera in se per finem istius l. & his duob. modis illa l. intelligitur sine scrupulo. Secunda lect. est, q̄ ibi conuentus pe. hære. agebat contra debitores hæreditarios. & ista non potest procedere in illa l. q̄a tũc etiam post lit. contesta. super pe. hæred. agens repellitur. ne p̄ hoc iudicium particulare faciat præiudicium petitioni hæreditatis, q̄a hoc non interest ipsorum debitorum opponere. ergo & c. ut hic in gl. super uerbo, differendum, & probatur. j. e. l. bonæ fidei. post sn̄am uero laram ð eum possent creditores eum repellere. Guil. tamen de Cu. v̄r dicere in l. fi. C. eod. q̄ licet debitores non eum p̄ eam exceptionem, tñ ille, q̄ mouit iudicium v̄e p̄t eum impedire ne agat, q̄a p̄ hoc fieret sibi præiudicium. & hoc p̄ leg. diuus. s. fi. s. eo. qd̄ notãdũ. & hoc est uerum, nisi esset actio tpe peritura, vt d. l. si bonæ fidei. Tertia lect. est, q̄ ille q̄ mouerat petitionem hic, uolebat agere ð debitores hæditarios, & d̄r q̄ potest, si fuerat lis p̄test. super hæditate, alias potest per debitorem repelli, nam primo casu magis præsumitur pro eo, q̄ pro secundo. q̄ lectura

Etura colligitur ex verbis Guil. de Cuneo. in d.l. fi. C. e. & videtur multū applaudere. l. sed non placet, quia siue agat ante lit. conte. siue post, nō tenentur sibi soluere debitorcs, nisi doceat se heredem. vt ibidem no. Guil. facit quod not. Inn. de concess. præb. c. quia cum in cunctis. In gl. mag. non ergo uideo, quid debeat operari litis conte. cum p̄sumptio quæ resultat ex ea non sufficiat ad faciendum eum admitti. vnde tene primam lect. Aduerte lector ad hunc finem, qui certè prælectionis finis non est, sed qualem comperimus in exēplari mutilo ac conciso, si quando integrius incidat, non frustraberis quale sit futurum.

L E X VIII.

Legitimam. Per electionem iuris incompetentis non v̄ quis renuntiare iuri, quod ignorabat sibi competere. Bar. si verò sciebat tunc secus. l. m. gl. quod est verum, prout ista l. loquitur in testō rumpendo, puta in officioso, quod in rupto prout intelligit gl. j. dum alle. l. mater. s. tit. j. Si vero erat nullum, tūc aut poterat approbari expressè, vt quia nullum erat p̄ præteritionem. j. de iniusto testa. l. filio præterito, & tunc idem, quia recipiendō legatum videtur approbare. vt ibi no. j. ad l. Fal. l. si legatum. Si uero erat non solemne, prout intelligit gl. parua, tunc nec tacitè, nec expressè potest approbari. vt l. non dubium & quod ibi no. C. de testa. secundum Bar.

L E X IX. & X.

SI quo tempore. In hac actione condēnatio fiat ad res, quas conuentus reperit possidere tempore sententiæ, siue sint plures, q̄ tempore litis cont. siue pauciores, dum tamen non defierit dolo possidere. Item si propter illa quæ superueniunt pendente iudicio appareat non esse sufficienter cautum, iterum cauetur. Item in hac actione ueniunt fructus rerum, quas defunctus habuit in pigno. h. d. total. Et no. ¶ hic fideiussores, qui intercesserunt in certa quantitate, non teneri ad maiorem, licet ueniat in consequentiam illius. facit infra de fideiussor. l. fideiussores magistratuũ. §. p. Aurelio. & quod no. per Dyn. infra de dam. infect. l. dam. §. Sabi. Sunt hic quatuor dicta in gl. quæ opponit de l. nõ potest uideri. supra de iudic. glo. sibi inuicem est contraria. & ideo dic, ut dixi supra eo. l. quarta. & dicta l. contraria. Paulus de Castro.

I Respondere per uerbum nego, aut per dubito paria esse, minus tamen punitur qui per dubito, quam qui per negandi uerbum respondet.

2 Interrogationes uariè fieri aduersus possessore hæreditatis, & aduersus eiusdem debitores.

SI debitor. Debitor hæreditarius nõ tenetur hac actione, nisi hæredē se contendat. h. d. & no. eã. Bar. de hoc dic, ut no. per gl. §. e. l. sed utrum. Et ¶ no. hic, q̄ paria sunt respondere per uerbum nego, uel per uerbum dubito. Nam dubitans habetur pro negante. & per utrunq; uerbum fit lit. contest. ut hic probatur, quod est notandum. & est gl. in Auth. de exhi. re. §. scimus. coll. 5. Item utroque casu transferunt onus probandi in aduersarium. & uide quod no. Inn. de maio. & obe. c. inter quatuor. in ult. glo. ubi alleg. hanc l. Minus tñ punit, qui respondet per uerbum dubito, q̄ qui per uerbum nego, uel non credo: ut in c. uatallus. & c. si uatallus. si de feu. fuerit p̄tro. & no. in c. si. del. Corradi. & adde quod no. in l. 2. C. de iura. calum. & in Auth. de trien. & sem. §. illud. coll. 3. ibi, an negauerit etiã. & ibi per gl. & in Spec. tit. de positio. §. sexto. ver. quid si interrogatus. & uer. seq. & in consiliis Federici de Senis. conf. 228. & adde quod dicam j. eod. l. si bonæfidei. Item pondera, quod hic dñ. cū negat, uel dubitat, an petitor sit hæres. nam tunc non p̄t dici in dolo, nec possidere pro possessore: quia non dñ. iniuste contradicere, qui sine causæ cognitione non uult sua possessione priuari: ut no. eleganter per An. in c. j. in prin. glo. super uerbo, canonica. de concess. præb. lib. 6. per istã l. no. in l. j. §. apud lul. infra depõsi. Si autem confiteretur eum esse hæredem, & nullam causam allegaret, quare nõ solueret, uideretur pro possessore possidere illud debitum. & ideo puto, q̄ possit hac actione cōueniri, sicut debitor ex delicto: quia eadem est ratio. ut no. in d. l. sed utrum. Item no. secundum Bar. q̄ aliter fiunt interrogationes præparatoriæ. quando agitur contra possessorem hæreditatis, de quibus supra eo. l. qui interrogatus. & aliter quando agitur contra debitore hæreditatis: quia tunc interrogatur debitor utrũ teneretur defuncto. & si dicat, q̄ sic, interrogatur quare non soluit. qui si respondeat, quia uos nõ estis uerus hæres, agitur hac actione, aliàs personali: qua est obligatus. Paulus.

1 Legati assentione ab hæreditatis petitione quem excludi.

2 Libellum calumniosum iudex repellere potest.

Postquam legatum. Qui legatũ accepit, hæreditatem ab intestato petere non prohibetur, nisi sit in euidenti calumnia. debet tamen interim restituere legatũ præstita cautione, quod sibi iterũ restituatur, si contingat eum succumbere. Si uero non restituit, & obtineat, tanto minus sibi restituatur, q̄ pro legato percepit. h. d. cum l. seq. Et ¶ no. q̄ licet quis sit consecutus legatum, non excluditur a petitione hæreditatis. de quo dic, ut dixi §. eo. l. legitimam. Item no. q̄ interim non debet gaudere commodo testamēti, unde debet restituere legatum. quod uidetur mirabile. Nam siue obtineat in pe. hæreditatis, siue succumbat, recuperabit legatum: ut hic dicitur. Quare ergo debet restituere, cum uideatur superfluum? Respondeo. potest esse casus, in quo si succumbat non recuperabit. puta si dixit testamentum falsum, & perseuerauit usque ad sententiã, uel inofficiosum: ut supra tit. j. l. Pap. §. meminisse. & de his qui. ut indig. l. alia.

2 Item ¶ no. in fi. q̄ iudex potest repellere libellum calumniosum. & adde quod no. in l. qui cum maior. §. si patris. j. de bo. lib. uide etiam pro intellectu huius l. post legatum: & quod ibi plenè no. §. de his quib. ut indi. Ultimo uide, quod notat Innoc. per hanc l. & similes. in c. cum olim. de censib. ubi ponit, si quis consecutus est commodum ex instrumento, utrum possit illud impugnare. uide per Barro. in d. l. post legatum. de his quibus, ut indig. & per Cy. C. de transac. l. si ex falso. j.

1 Probationum euidentissimarum uerbo quæ ueniant.

2 Scienti dolus non infertur, nec decipi dicitur.

Qui feliti obtulit. Qui liti se obtulit, vt possessor cõdemnatur, licet non possideat, & ad id quod interest actoris, nisi actor fuerit sciens. h. d. Adde quod dixi s. eo. l. nec vllam. s. nõ solum. & quod plenè no. j. de rei vend. l. is qui se. Et nota verbum euidentissimis probationib. nã quæ dicantur euidentissimæ: dic, q̄ et iuris præsumptiones, vt l. licet Imperator. j. de leg. j. Itẽ
 1 nota, q̄ scienti non inferit dolus, nec d̄r decipi Adde l. Tutela. C. de rest. in inreg. & l. cū donatio. C. de trãfact. Paulus de Castro,
 L E X XLXI.

Prædonis. Qui tacitam fidem accomodat vt prædo, d̄r possidere, h. d. nõ. eam Bart. Ex quo sequitur, q̄ non solum dicitur prædo, qui nullum ius habet: sed etiam qui habet, & scit a se posse auocari, vel auferri. idem no. s. eo. l. sed & si l. s. quod autem ait. in glo. Paulus.

L E X L.

Lucius. Succubens in q. falsi, potest dicere testamentum nullum. hoc dicit. quam l. examina vt plenè no. p. Cyn. in l. eum qui. & l. contra maiores. C. de inoff. testam. & vide Inno. de cens. c. olim. vbi etiam hanc l. alleg. in 2. glo. in fi.

L E X LI.

- 1 *Controuersie motio in quibus malam fidem non inducat.*
- 2 *Fieri benè dici, quod bonafide fit. Et testamenti executores, vel tutores, qui bonafide rē minori vendiderunt pretio, nisi ad id, quod perceperunt non teneri.*

Inæstimationibus. Ficta mala fides per contestationẽ, facit quem teneri ad verum pretium rei sine causa vedita: secus si cum causa. h. d. Bart. Vel sic, si bonafidei possessor post motam controuersiam res hæreditarias vendidit minus iusto pretio sine causa, tenetur ad verum pretium, sed si ex necessitate sibi iniuncta per testatorem, tenetur ad perceptum tantum. h. d. primum dictum intelligitur, si petitor eligat pretium. si aut vult, potest petere rē, vt s. eo. l. item veniunt. s. pen. quia post motam cõtrouersiam d̄r malafidei, quo ad illa, quæ vendidit sine causa: sed quo ad illa, quæ vendidit cū causa, non, vt hic. quod est no. dignum. Ex quo sequitur, q̄ motio controuersiæ, non inducit fictam malam fidẽ in his, quæ fiunt ex aliqua causa, licet nõ vera, vel iniqua, aut nõ iusta: nam sicut talis qualis causa excusat a vera mala fide. vt s. eo. l. sed si l. s. scire. ita, & a ficta, ut hic. quod est notandum. In contrarium facit l. qui reperiuntur. in prin. de adm. tut. vbi v̄r dici, q̄ a dolo præsumpto non excusetur quis nisi iustã causam alleget. Sol. aut illa causa de se importaret necessitatem, si esset vera: & tunc excusat a malafide præsumpta, vt hic, aut non importaret:
 2 & tunc secus, vt in contrario. Item nota quod benè dicitur fieri, quod bonafide fit. ita alle. eam Old. & Innoc. in aliquibus locis. facit l. quamuis. infra de condi. & dem. & no. in l. eum qui. s. in popularibus. infra de iureiur. Et est ar. q̄ executor testamenti, vel tutor, qui vendiderunt bonafide rem minori pretio, q̄ valeret, non teneantur, nisi ad id quod perceperunt. Vltimo examina istam l. per ea quæ plenè dixi supra c. l. si possessor. s. j.

L E X LII.

- 1 *Iudicium particulare, an possit moueri per hæreditatis possessorem, an per petitorẽ contra tertium. Et, an debeat impediri per vniuersale iudicium.*

Si bonafidei. Iudicia particularia non differuntur per vniuersalia, si res est tẽpore peritura. h. d. Bar. Vel sic, bonafidei possessor licet patiatu litẽ super hæreditate, potest particularia iudicia contra alios mouere, si res est tempore peritura. & ideo in negligentia possessoris hoc facere p̄t ipse petitor hæreditatis. Si vero possessor sit malafidei, solus petitor hoc facere potest, sine impedimento possessoris. h. secundum intellectum quem puto verum licet per alios male tactũ. Ex quo sequitur, q̄ qñ possessor est bonafidei, & res est tẽpore peritura, ipse præfertur in agendo, & in eius negligentia admittitur petitor. cuius contrarium sensit. Gui. C. eo. l. fi. Et quia l. ista loquitur no. vtrum nota iudicium particulare possit moueri per possessorem, vel petitorẽ hæreditatis cõtra tertium, & an debeat impediri per iudiciũ vniuersale: de quo promisi hoc loco dicere. l. autem si quis libertatem. loquitur ecõtra: ideo circa materiam huius l. dic, q̄ tres sunt casus. Nam aut lis non est mota super iudicio vniuersali contra possessore nec speratur moueri, aut est mota, uel moueri speratur: aut est mota & finita. Primo casu dic, q̄ possessor hæreditatis indistinctè admittitur contra debitores hæreditarios, nec possunt sibi opponere, q̄ fiat præiudicium petitioni hæreditatis cum adhuc mota non sit, uel moueri speretur: vt s. eo. l. si quis libertatem, in princ. licet gl. 2. hic dicat contrarium, per l. si post litem. de exceptio. vt patebit statim. Dico tamen q̄ si debitores dicant se dubitare, an ipse sit hæres, vel non, tenetur facere fidem, q̄ sit hæres: aliàs nõ coguntur sibi respõdere: vt s. ea. l. si debitor. & j. de posi. l. si quis inficiatus. & hoc etiam videtur sentire Guil. de Cug. C. eo. l. fina. Facit, quod no. in c. si deputati. de iudi. per Io. And. & per Innoc. de rest. spol. c. in literis. qui dicunt, q̄ quando quis agit tanquam prælatus, vel administrator, tenetur facere fidem de prælatura,

vel administratione, hoc est verum, nisi longo tempore fuisset in possessione, vel administratione, quia tunc non cogeretur docere, cum præsumatur pro ipso, vt no. per eundem Inno. de concess. præben. c. quia cunctis. in glo. mag. in titu. quod no. Secundo casu, cū lis est mota, vel speratur moueri, aliqua præsumptio est contra possessorem. Et ideo dic, aut quæritur vtrũ illa exceptio, q̄ aliquod præiudicium hæreditati non fiat, possit opponi per ipsos debitores, & dico, q̄ non, quia ipsorum nõ interest, sed solius petitoris, vt no. s. eo. l. sed & si l. s. item si in rem. in glo. magna. & ibi dixi, possunt tamen petere, q̄ ille doceat se hæredem, nisi diu stetisset in possessione: ut supra dictum est. Nam etiam tunc præsumeretur pro eo, non obstante tali lite, secundum Innoc. vbi supra. Aut quærimus, an possit opponi per petitorẽ hæreditatis, & tunc aut possessor erat malafidei, & potest indistinctè prohiberi per petitorẽ hæreditatis, quia ipsi soli petitori competit actio, & non possessori, vt hic in fi. Immo plus dico, quod etiam si res non sit tempore peritura, nõ potest prohiberi petitor per possessorem malafidei. ne sibi fiat præiudicium, cum ipse possessor nullam habeat actionem. ita intelligo si legis. Aut erat bonafidei, & tunc aut illud iudicium particulare descendebat ex facto ipsius possessoris, cõtra quod ipse possessor venire non potest, vt puta, quia vendidit rem hæreditatis, quam petitor hæreditatis vult vendicare, tunc potest indistinctè, nec potest prohiberi per possessorem, cum ipse non possit venire contra uenditionem suã. hic est casus in s. item si rem distraxerit. & ibi dixi. Aut descendebat ex facto defuncti, quo casu utriusque potest competere actio, ut cum agitur contra debitores hæreditarios, tunc dico, q̄ aut actio non est tempore peritura, & vnus potest alterum impedire, vt hic a contrario sensu, & in j. glo. no. arg. s. eo. l. si quis libertatem. Aut est tempore peritura, & tunc dico, q̄ primo debet admitti possessor, & in eius negligentiam petitor, & non aliter, vt hic. licet Guiliel. contra in l. fin. C. eo. qui dicit petitorẽ præferri, nec vnquam possit prohiberi per possessorem, sed possessor per petitorẽ sic, nisi cum res est tempore peritura. Sed hoc est contra omnem rationem, quia maior est præsumptio p̄ possessore, q̄ pro petitore: nam hoc ipso q̄ quis possidet plus habet, q̄ ille qui non possidet: ut infra vti possi. l. 2. Tertio casu qñ iudicium vniuersale est finitum, tunc indistinctè potest moueri particulare per illum, qui obtinuit in vniuersali, nec potest per alium prohiberi. Et iste est casus in l. si post litem. de exce. secundum unam lectionem. Prædicta uera, quando petitor uel possessor uoluit exigere ab inuitis: si autem debitores sponte uellent soluere, cui debeant? habes tex. cum glo. singularẽ in l. j. s. apud Iul. j. de posi. Et no. prædicta; quia melius per alios nõ reperies. Sequitur l. hæreditas. & in princ. nõ eget summario, quia breue. In prædictis omnib. nihil est hodie immutatum per l. fi. C. eo. quia illa loquitur quando prius egit petitor uel possessor. hic econtra. ut dicit hic glo. quæ no. idem no. in l. si post litem. de exce.

L E X LIII.

- 1 *Legata ad pias causas, per quos executioni mandari queant.*

Hæreditas. Bonafidei possessor deducit expensas quas fecit in funere defuncti, uel in structione monumenti, quas si non deducit habet ad illas actionem negotiorum contra hæredem, quia licet hæres ad illas compelli non possit iure actionis, tamen officio iudicis tam secularis q̄ ecclesiastici potest compelli. h. d. multum singulariter. Et nota alleg. sin. q̄ legata ad pias causas executioni mandari possunt tam per iudicem ecclesiasticum, q̄ secularẽ. Item officium iudicis necesse est petendum. quod est uerum, si sint certa. si autem incerta pertinent ad solum episcopum. ut in c. cum tu. extra de usu. Vltimo. no. q̄ pro expen. ad quas hæres cõpelli poterat, competit actio negotiorum gestorum. licet possessor nomine suo eas fecerit. de quo dic: ut s. eo. l. si quid possessor. & adde pro intellectu huius l. quintus. s. & ideo positus. de annu. lega. Paulus.

L E X LIIII.

- 1 *Hæreditatem per curatorem furiosi aditam furioso non acquiri.*
- 2 *Substitutionem vulgarem aditione reuocabili non extinguui.*

Hæres furiosi. Si furiosus cui delata erat hæreditas in furore decesserit, debet hæreditas prædicta cum fructibus restitui substituto vulgari, uel proximo cognato testatoris, deductis expensis necessariis uel utilibus in hæreditate factis, & etiam in persona ipsius furiosi, si alia bona non habeat. h. d. Ex qua nota q̄ per aditionem factam per curatorem furiosi non acquiritur hæreditas furioso: quia non transmittitur ad hæredem: sed si decesserit in furore, habetur hæreditas pro non adita, & sic aditio est in p̄denti. uere enim facit eum hæredem, sed reuocabiliter. & hoc facit l. autoritate. alias autem esse non posset, ut l. & si sine. s. sed quod Pap. de mino. de hoc no. in l. j. s. si autem in furore. C. de cur. furi. & hoc quãdo fuit institutus ab extraneo. Sed si a patre, tunc efficitur suus, & necessarius hæres, non obstante furore, ut l. Antist. in fi. de acq. hæ. & in l. fi. in prin. de cur. furi. & ibi

ibi ponitur rō in tex. Quid aut, si non ipse sit institutus, sed filius eius, vel seruus? certè tales adibunt sine iussu p̄ris, & efficiēt heredes, nec acquireret hereditas furioso, & est casus specialis, & nota. co. tit. l. cum hæres institutus. Item † not. q̄ per aditionem reuocabilem, nō extinguitur vulgaris substitutio, & sic limitatur l. post aditam. C. de impub. & al. sub. quod facit ad multa. facit d. l. & si sine. §. sed quod Papinian. de min. & l. 2. §. si quis adita. ad Tertul. Hæres furiosi. l. ab intestato, ad quem non fuit transmissa hereditas. Substitutio. l. vulgari, licet gl. contra. Paulus.

1 Possessor ad fructuum usurarum, an teneatur.

§. Fructuum. Iste §. est valde dubius in intellectu sui. & legitur tribus modis in gl. primo, q̄ totus loquat in bonæ fidei possessore. sc̄o, q̄ principium loquit in bonæ fidei, finis in malæ fidei §. m. Mar. tertio, q̄ totus loquat in malæ fidei possessore. Bar. legit quarto mō §. m. lac. de Arc. sed remota illa est eadem cum lect. Mar. licet ipse dicat, q̄ gl. eam non tangit. ego puto, primam lec. q̄ fuit loan. & Azo. fore veram, vno tñ addito, & alia rōne, q̄ gl. dicat. & idem dico de secūda lec. Mar. & Bar. uno sifr addito, aliās em̄ oēs essent falsæ, nec possent sustineri. Secundum primam lec. & veram. h. d. bonæ fidei possessor non tenet ad vsuras fructuum p̄ceptorum, & venditorum post lit. contest. sed p̄ceptorum, & v̄ditorum añ lit. contest. sic supple a tpe litis contestatæ, non ante. h. d. aliās aut̄ esset §. l. item veniunt. §. cum anteq̄. ubi non tenetur bonæ fidei possessor ad vsuras p̄ceptorum añ litem motam, sed post sic, vt ea. l. §. petitam. De perceptis aut̄, & venditis post litem motam, iō non tenetur, q̄a percepit, & vendidit ex necessitate §. m. gl. quæ rō non placet, q̄a et res steriles vendidit possessor post litem motam ex necessitate, & tñ tenet ad vsuras. vt §. eo. l. si qd possessor. §. j. Dic ergo, q̄ rō est, q̄a super p̄ceptis post litem motam, non fuit lis cont. licet em̄ illa veniant officio iudicis, tñ non d̄r lis cont. nisi sup his que p̄cedunt contest. Sed litis contest. est illa, quæ facit vsuras venire illarum pecuniarū super qb. facta est. iste est verus intellectus per neminem tactus. Secunda lect. Mar. h. d. malæ fidei possessor vere tenetur ad vsuras fructuum venditorum quicunq̄. sed mala fides ficta q̄ per contest. inducitur non facit quem teneri de vsuris fructuum. h. d. & idem in effectu dicit Bar. §. m. hoc non est fidei uis inter tps ante litem contest. vel post, sed inter malam fidē veram, vel fidam. quod non v̄ de mente Iurisc. iō non congruit literę, dico tñ, quod est verum in se, hoc addito, q̄ malafides ficta non facit quem teneri de vsuris fructuum, supple p̄ceptorum, & venditorum post litem motam, per rōnem quam §. dixi. Sed p̄ceptorum & venditorum ante sic, quia super illis est lis cont. vt d. §. cum antequam. & §. petitam. ubi est expressum. & in hoc de ficit Mar. & Bar. Nec ob. l. si possessor. §. j. §. eo. ubi de ūditis post litem motam p̄stantur vsuræ, q̄a ibi loquit de uenditione rerum, quæ ante lit. contest. extabant, unde super illis facta erat contestatio, sed non de fructib. perceptis, & uenientieb. post li. cont. qui tpe contestationis non erant in rerum natura, vñ non p̄t dici sup illis contest. nec et̄ super pretijs eorum. Tertia lec. est, q̄ totus loquatur in malæ fidei possessore, quæ lect. est omnino falsa. nam ille tenetur indistincte ad vsuras tam ante litem motam q̄ post. Vltimo §. distingue, cum queritur, an possessor teneatur ad vsuras fructuum, aut illi fructus extant, quia nō sunt venditi, nec consumpti, & tunc non tenetur ad vsuras, sed illos tñ tenet restituere, vt l. eum qui tacitam. in prin. j. de his qui. ut indig. quæ est no. quæ hic alle. per Bar. & declarat istam materiam. Aut sunt consumpti, & non venditi, & tunc idem, quia non tenetur ad vsuras, sed æstimationem tñ, ut l. sed si de fructu. de vsu. & habi. & sol. matr. l. diuortio. §. ob donationes. & uide quod ibi not. per Bar. & per Cy. C. de pig. act. l. j. Aut sunt uenditi, & queritur, an teneatur ad vsuras pretiorum, & tunc, aut loquimur in singularibus iudicijs, quæ sunt stricti iuris, & non tenetur, vt j. de vsu. l. ne que et̄. Aut in vniuersalib. & bonæ fidei, & tñ erat malæ fidei possessor verè, & tenetur indistincte, ut l. item veniunt. §. petitam. & §. pen. Aut erat bonæ fidei, & tunc, aut loquimur de perceptis, & venditis post litem motam, & non tenetur per rōnem quam dixi. Aut de perceptis ante, & tunc §. m. Azo. tenetur. Tu dic, aut queritur, an teneatur a tempore motæ litis, & nō tenetur, vt l. item veniunt. §. cum antequam. fallit hoc in eo, a quo bona auferuntur. quia tacitam fidem accommodauit, talis em̄ nullo modo tenetur ad vsuras de æquitate, quia satis punitur in hoc, quia auferitur sibi hereditas, ut d. l. eum qui. de his quib. ut ind. per quam si bene considerabis, patebit verus intellectus huius §. Paulus.

Si possessor. Possessor hereditatis omne lucrum tenet restituere, et ex inhonesta causa questum. Item res hereditarie sicut heredi p̄nt ūdi pro soluendo are alieno ira & pro alijs imp̄ctis necessarijs h̄ditatis. h. d. cum l. se. Paulus.

Si quis partes. Qui emit hereditatē a fisco, hanc actionem utilem habet, sicut me, cui restituta est hereditas. h. d. Si et̄ tenetur hac actione, nisi in certis casib. ut in ea. l. §. si quis sciens. §. quod si quis. & ibi no. & ideo vt et̄, q̄ hanc actionem non habeat, licet gl. hic dubitet, Sed de hoc dic, ut no. per Cy. C. eo. l. cogi. in 3. q. nam & alias est differentia, quia qui emit a fisco potest coueniri a creditorib. hereditarijs, secus si a priuato. ut C. de hære. uel act. uend. l. j. bene tamen habet vtiles contra debitores, ut eo. tit. l. emptor. Pau. de Cast.

§. Hæres. Etiam res pignoratæ per defunctū possunt hac actione peti. h. d. de quo dic, ut in gl. Paulus de Castro.

§. Cum p̄dia. Malæ fidei possessor tenetur, quatenus res hereditaria sui negligentia facta sunt deteriores. h. d. Et no. ibi extra consuetudinem & c. q̄ in eo ipso dicuntur fieri deteriores q̄ cultæ sunt, afr q̄ testor̄ cōsueuit. qd̄ no. qd̄ verū puto, nisi maior esset utilitas, & manifesta.

Euicta. Possessor tenetur restituere omne lucrum occasio ne rei hereditariæ perceptum, licet petitor nō fuit set illud percepturus, h. d. cum l. seq.

1 Sententia lata pro uno, an propter alterius petitionem uel litis pendentiam impediatur executio.

2 Malitijs obuiandum esse.

Cum idem. Ista est bona l. & not. Si possessor h̄ditatis puenit a duob. in solidum, primo uicenti restituere tenet cautione indemnitate recepta. h. d. no. Bal. Et not. † q̄ executio sn̄a lata p̄ uno, non impedit p̄ petitionem alterius uel litis pendentiam: qd̄ est verum in actione reali, uel mista: ut hic, & l. is a quo. j. de rei ū. Sed si unus obtinisset sn̄am in personali, & peteret eam mitti executioni in bonis, quæ alius petebat, uel dicebat sua: tunc differtur executio quousq̄. de iure alterius sit cognitum, vt l. a diuo Pio. §. si super reb. de re iud uide ibi Bar. q̄ ponit rōnem. Item hoc est uerum, qn̄ p̄ duos agit de re p̄ tertium possessa. Nam tunc, licet tradat primo uicenti, non fit p̄iudicium alteri petitori, quia tñ est sibi, q̄ vnus possideat, q̄ tum q̄ alter, ut patebit ex his q̄ statim dicam. Si uero agat de re cuius possessio uacat, puto, q̄a Titius obtinuit licen. recipiendi possessionem h̄ditatis uacantis ex l. edicto. C. de edict. diui Adri. vel pone, q̄ titius, & ego petebamus nos mitti in possessionem h̄ditatis uacantis ex edicto diui Adri. q̄a quilibet nostrū dicebat se h̄dem in solidum, & negabat alterum esse, Titius puenit primo ad sn̄am, certè nō fiet executio nec mittetur in possessionem, quousq̄. de iure meo sit cognitum facit ad hoc optimè l. ita §. quoties. & quod no. j. ad Trib. & l. Titia. sol. mat. Aliās em̄ fieret mihi p̄iudicium, quia magis interest mea, q̄ possessio uacat, q̄ sit apprehensa per Titium. Sed executio nunquam d̄t fieri cum p̄iudicio alterius petitoris, vt patet hic in fi. & d. §. si super reb. ita eleganter no. Inn. in c. ueniens. ex de testi. per cuius uerba limitant l. ista & l. is a quo. de rei ven. Item no. non fieri executionem pro primo uicente, nisi caueat possessori de indemnitate, quæ cautio secundum gloss. fit ad cōmodum ipsius possessoris, quia si contingat ipsum patilitem, de facto, recuperabit expen. & omne damnum a primo uicente, si nō defendit eum. Item quia si ueniet ad defensionem, probabit se iuste uicisse, & sic faciet ipsum possessorem non patilitem. Ex qua glo. colligitur, q̄ facta executione pro primo, secundus non debet contra possessorem amplius audiri de iure, quia non possidet, nec dolo desijt possidere. Sed contrarium uidetur in uere litera, cum dicat posse adhuc iudicari pro secundo petitore, & sic adhuc de iure agit. p̄terea, si non posset agere, sequeretur, q̄ executio illa sibi p̄iudicaret, quia haberet inchoare nouam litem contra primum uicentem. Item esset aperire uiam fraudibus. nam te conuenirem petitione hereditatis, uel rei uendicatione. & tu uolens me a te repellere submitteres quendā aliu petitorum, a quo permitteres te uinci, & restituere sibi hereditatē, uel rem, & sic absoluereris a me, quia non possides, nec dolo desijsti possidere, quod esset iniquum: quia malitijs est obuiadū j. de rei ven. l. in fundo. Et ideo dicit hic Bar. q̄ adhuc potest secundus petitor consistere aduersus uictum, & p̄sequi litem inceptā, & primus uicēs d̄bit venire ad cām, & defendere uictū & sententia lata contra eum faciet p̄iudicium primo uicenti, ex quo patet, q̄ illa cautio non solum p̄statur in fauorē ipsius uicti, sed et̄ in fauorē alterius petitoris, ut nō h̄at inchoare nouam litem: sed p̄sequēdo eandē, res sit sibi salua aduersus primū uicentem, & hoc uult dicere ista litera in fin. §. m. verum intel. Pau. de Cast. Nouæ p̄lect. in ff. Vet. D 3 lectum

Pauli Cast. Noua prælect. in Dig. Vet.

lectum quod singulr not. Ex quo patet, qd si possessor restitueret non recepta cautione, imputaret sibi, tanq̄ dolo desinēti possidere, q̄a non facit, q̄d debuit in fauorem alterius petitoris: vt j. ad l. Falcidiam l. dolo. f. m. Bar. Item sequit̄ aliud, qd si p̄stitit cautionem, & nō venit ad defendendum, in iā lata p̄ sc̄o petitore faciet p̄iudicium primo vincētī: imputet. n. sibi, quia debuit defendere. & non defendit, vt l. sa. pe. de re iud. secus si cautionem non p̄stitisset: q̄a soli victo noceret sn̄a. ita dēt subit̄r intelligi. ista.

L E X L X I.

Pater quæ expendit in honorem filij, an animo donandi id facere uideatur. Et quid de impensis factis in doctoratu filij, an frater pro uirili petere possit. num. 2.

Filius à patre. Quod p̄r expēdit in honorem filij, ipse p̄r possidet, pertinētib̄ ad filium, nec tenet dicta bona restituere, nisi dictis expēsis deductis, & licet añ sententiam exceptionem non opposuerit: cum tñ sn̄a executioni mandabit̄ super bonis p̄ officium iudicis, p̄t idem iudicis offiñ ad hoc implorare, vt non fiat executio, nisi talib. expensis deductis. h. d. no. f. m. intel. f. m. Bar. Not. ergo, qd t̄ illa quæ p̄r expendit in honorem filij, non v̄r expendisse aīo donādi, si filius habebat bona, nec hoc alibi melius reperit̄. vñ p̄t deducere vt hic. & si nō deducit, hēt actionem neg. gest. vt s. de neg. gest. l. que vt. r. quod est verum, si filius erat emancipatus, alias non p̄t consistere obligatio, quod dic. ut in auth. vñ si pars. C. de inoff. test. Si verò bona non habebat filius: tunc aīo donandi expendisse v̄r. vt j. fam. erc. l. si filia. s. idem scribit. & hoc si iam factæ sunt expensæ p̄ patrem: sed si nondum factæ sunt, licet honorem acq̄suerit in uita p̄ris, possunt post mortem patris tales expensæ peti per filium tāquam præcipue. ut ea l. s. Neratius. & de mu. & ho. l. 3. s. fi. Ex hoc t̄ pater, quod si patet, fecit doctari filium, vtrum possit alter frater petere expensas per patrem factas? & dic. qd si filius habebat bona aduentitia repeti possunt pro parte fratris, quia nō v̄r donare, ut hic aliās secus. facit l. uxorem. s. pater naturalis. de leg. 3. & qd̄ plenē no. p. Bar. in l. j. s. nec castrensē. j. de coll. bo. & tene menti istam singularem l. Et possedit. & malē: q̄a nullum ius habebat. Item no. qd̄ possessor. hæreditatis sicut deducit expensæ in hæreditate: ut s. l. plenē. ita & factas in personam ueri hæredis. Item etiam in personam ipsius possessoris, quādo habebat iustam causam retinendi, & alia bona non habebat, & sine illis expensis uiuere non potuisset. vt s. eo. l. hæres furiosi. alias altero istorum deficiente secus.

Si pars hered. petatur. Rubrica.

L E X P R I M A.

- 1 Actionem in genere, specie, ac in individuo, an sit inuenire.
- 2 Actio directa, & utilis inter se qualiter differunt.
- 3 Differentia secundum plus, vel minus propriè differre non dici.



Ost actionem. Primo p̄tinuat se ad p̄cedentia. Secūdo ponit tractatum. secunda ibi, is qui. Not. t̄ ex glo. hic posita, qd est recipere actionem in genere, in specie, & in individuo, quod est q̄ Pet. qui dicit actionem in genere non reperiri: vt not. p. Cyn. C. de actio. & obli. l. j. contra quem facit l. seruus cōis M̄euij, & castrensē peculij. in fi. j. de stip. ser. Tu dic. qd immo reperitur in genere generalissimo, vt actio quæ est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur: vt Inst. de act. in prin. nam sub hoc oēs actiones p̄tinentur, quia ibi, tam realis, quàm personalis diffinitur, sed Cy. & Io. Fa. Insti. de act. s. j. cōtrā quod non comprehenduntur. Item reperit̄ in gñe subalterno, vt petitio h̄reditatis, rei ven. actio ex empto & c. q̄ habēt sub se spēs diuersas. s. directam, de qua loquitur tit. p̄cedens, & utilem, de qua loquunt̄ duo tit. te. Nam t̄ utilis, & directa differunt sp̄e, ut dicit hęc gl. idem j. de magistra. conuenien. l. fi. Sed Pe. dicit q̄rium, qd non specie, sed numero differunt: credo gl. melius dicere: q̄a diuersas habent quodammodo naturas: nam directè in hærent ossib. nec possunt separari: ut l. q̄ ergo casus. depo. secus in utili: ut no. in l. j. s. de illo. & l. ex affe. j. ad Treb. Item q̄libet species hēt sub se in diuidua. nam directarum alia est, q̄ competit mihi, alia q̄ competit tibi, quod patet: quia una extincta, nō extinguit̄ altera. ergo sunt diuersæ numero: ut no. gl. ord. s. de dolo. l. h̄rdib. in fi. gl. quā no. Licet autem differant numero, non differunt specie licet in plus cōpetat illa quæ datur mihi, quàm illa quæ datur tibi. Quia t̄ illa quæ differunt f. m. plus, & minus, non propriè differunt ip̄e, vt j. de fun. instr. l. fi. facit l. si quis cum totum. de exc. rei iud. Itē

no. ex gl. qd̄ prætor fuit locutus in ista mā, non tñ introducit hęc actionem, nec scimus ubi locutus fuerit. Tu dic. qd añ compilationem fforum factam per Vlp. & postea per Iustinianum prætores fecerant unam compilationem, in qua singulas materias et̄ ciuiles posuerant per ordinem, & primo, titulum de pe. h̄ere. postea, si pars h̄er. pet. ad quam compilationem, uel ordinem se refer hic Iurisc. & hoc patet in l. j. & quod ibi no. j. si cer. pet. vbi, vt refert. Vlp. prætor p̄posuit illum titulum in sua compilatione tāquam generalem, & postea subiunxit alios ti. speciales, & tamē omnes illæ actiones erant ciuiles sed prætor ipsas ordinauit. Pau.

Agens ex rei persona ius non metitur, sed sua.

§. Is qui. Hic incipit tractatum, & p̄cedit hoc ordine. primo, loquit̄ qñ tota h̄reditas de qua petit pars, possidetur p̄ unum, q̄ nullum ius hēt, & per petitorē nihil. Sc̄o qñ possidetur per duos, qui s̄fr̄ nullum ius hēt pro diuiso, uel in diuiso. Tertio, qñ possidet p̄ petitorē, & aduersarium pro indiuiso. Quarto quando possidetur per duos, quorum unus hēt ius in pater, & alter non, & quilibet pro indiuiso. tertius vero petit partem. Quinto, quando possidetur per tres. s. per petitorē, & eius coh̄redem, & tertium, qui nullum ius habet, & quilibet p̄ diuiso. Et quæritur qualiter petitor agere debeat. Secunda ibi. q̄nimo. Tertia ibi, proinde. Quarta ibi, si ego. Quinta ibi, item si cum me: usque ad s. interdum. Et h. d. qui se dicit h̄redem pro parte, dēt illam totam petere, licet aduersarius possideat totum. hoc primo. & si duo totam possideant, dēt a quolibet petere partem, quia quilibet detrahet de portione sua. hoc secundo. Sed si ipse: & aduersarius equaliter possidēt, & pro diuiso. licet illa pars quam ipse possidet pro diuiso ascendat vsq̄. ad quotam, in qua institutus est: tñ adhuc p̄t ab aduersario partem petere, & etiā aduersarius ab eo: si hæredem se contendit, & alter alterum negat h̄redem. Si verò se fateantur h̄redes iudicium fam. erc. p̄ponet. h. d. vsq̄. ad s. si ego. No. t̄ qd̄ agens non metitur ius ex persona sua. unde si non haberet ius rei: & similiter ipse non haberet excludere a reo: ut probatur hic, & in l. fi. de rei uen. ex quo sequitur, qd̄ reus bene metitur exceptionem suam ex persona actoris: licet ipse etiam si nō habeat facit l. militis. s. veteranus. de testa. mili. facit l. qui ex liberis. s. testamento. de secund. tab.

§. Si ex ego. Si unus h̄rdum cum extraneo pro indiuiso possidet, coh̄rs qui possidet q̄ solū exneum aget. h. d. Not. in fi. qd̄ in dubijs opinionib. debemus sequi illam q̄ utilior, per quam uitatur circuitus. Nam si ageret hic q̄ coh̄rdē: coh̄rs ageret q̄ extraneum pro illa parte: q̄ ab eo auocat̄, & sic esset quidam circuitus, qui est euitandus, ut j. de cond. inde. l. dño testō & si certū pet. l. cum fundum. s. seruum tuum imprudens.

§. Item si cum. Qui partem possidet pro diuiso, q̄ ad suam quotam nō ascendit, a coh̄redē, & extraneo pro diuiso possidentib. debet petere partem, uel fiet inter eos compensatio. h. d. Bar. Pau. de Cast.

- 1 Libellus incertus, & si interim admittatur, nisi tamen lite pendente certificetur super eo sententia non fertur.
- 2 Fratrum filij qualiter patruo succedant.

§. Interdum. Propter incertum numerum nascendorum admittitur petitio partis incertæ. h. d. Bar. Not. non admitti petitionem incertam, nisi ex iusta, & rationabili causa. s. cum non potest certificari. & in hoc stabitur iuramento actoris, ut l. j. s. fi. & l. si quis argentum. & ibi no. j. depo. licet t̄ autem interdum admittatur libellus incertus, tamen nisi pendente lite certificetur, non poterit sententia ferri: ut no. j. de rei uen. l. 3. s. fi. Item no. t̄ qd̄ filij fratrum succedunt fratri in capita, non in stirpes secundum hęc tempora, alias enim nō esset hic incertitudo, si deberent succedere in stirpes. hodie uerò si quidē succedunt cum patruis: tunc succedunt in stirpes: ut in authen. cessante. C. de legit. h̄ere. Si uero succedunt inter se, tunc fit diuersitas inter agnatos, & cognatos, quia dicit agnatos succedere in capita, & sic non corrigi iura antiqua: sed cognatos in stirpes: & sic corrigi hodie iste s. & fuit, una de opinionib. quæ raro reperuntur in gl. suis. Et ita cōsultuit Bar. dicens opinionem. Azo. esse ueram in filiis fratrum per s. illud. in Auth. de h̄redit. ab in. test. sed in ulterioribus collateralibus a filiis fratrum dicit opin. Azo. non ueram, ut illi semper succedant in capita, per aut. post fratres. C. de leg. h̄er. de quo plenē per ipsum j. de suis & legiti. l. post consanguineos. s. h̄reditas. & ita consultuit Paul.

§. Si ex pluribus. Qui speratur admitti ad partem facit partem. h. d. Bar. uel sic, non potest quis petere, nisi partem, in qua certum est eum ius habere, licet ex postfacto possit augeri casualiter. h. d. no. glo. quæ plenius examinat q. quam format in aliquo loco de qua etiam no. j. sol. ma. l. si marito. s. cum pater. & de leg. i. l. plane. s. si in cōiunctim. & dic. ut ibi. per Bar.

L E X

- 1 Fieri eodem tempore, quod successuè fit, quandoque dicitur.
- 2 Dubitandi, si quando subest materia, sapientis est dubitare.
- 3 A presumptione si receditur, & ab eius quoque effectu recedi intelligitur. nam quandiu presumptionis causa durat, tandiu & eius effectus.
- 4 Adire ex testamento quod per natiuitatem posthumi rumpi speratur, quam quod per querelam, cur magis quis impediatur.
- 5 Ius certum semper est, hominis factum incertum.
- 6 Posthumi præteritio testamenti solennitatem respicit, sed exhæredatio pietatis officium.

Antiqui. Posthumus nasciturus ex ventre impedit sequentes in gradu, eos verò qui eiusdem gradus sunt, statutum est admitti, ac si tres essent nascituri, auferetur alteri, vel concedetur amplius secundum quod casus euenerit. h. d. cum l. seq. Bart. no. in tex. ibi eodem tempore, quod eodem tempore dicitur fieri, quod successuè fit: quod facit ad depositiones testium, de quo vide per Cynum C. de testi. l. testium. in 5. q. Item nota, quod ubi materia dubitandi est, sapientis, & rationalis hominis est dubitare, & ita colligit glossa. nam sicut Aristoteles potentes dubitare facile soluunt. Tercio no. non esse inspiciendum, quod raro accidit, licet accidere possit, sed mediã viam eligendam, quoniam non potest aliter fieri, aliàs non esset eligenda media via: ut supra de neg. gest. l. Nescennius.

- 3 Item nota. in l. seq. quod cum receditur à presumptione iuris, receditur etiã ab effectu per ipsam inducto. Nam quatenus durat presumptionis causa, durat ipsa præsumptio, & eius effectus. facit ad id quod dixi supra tit. proximi. sed, & si lege. §. item si rem. in q. illa, cum venditor decessit sine hærede. & ibi adde istam l. Vltimo no.
- 4 glo. quæ incipit immo. quæ disputat quare magis impediatur quis adire ex testamento, quod speratur rumpi per natiuitatem posthumi, quod speratur rumpi per querelam. & dicit vnum verbum no. in fi. quia quod speratur rumpi per querelam, rescinditur factio hominis, sed quod per posthumum factio iuris sine factio hominis, quæ gl. semper alle. quam declara sic. Nam ius est semper certum. si enim posthumus nascetur, certum erit omnino testium rumpi, sed factum hominis est incertum, poterit. n. esse, quod filius erit indebitè exhæredatus. & tunc iudex non rescindet testium. vnde magis impedit prima dubitatio. quæ secunda, & maioris est effectus. quod etiam patet, quia per natiuitatem posthumi rumpitur testamentum in totum: ut infra de iniusto testa. l. si ego. sed per factum hominis interdum rumpitur pro parte. s. de inoff. testa. l. circa. Item nota præteritio posthumi respicit solennitatem. vnde rumpit testium tanquam non ritè factum. Sed exhæredatio filij respicit officium pietatis, vnde facit rumpi testium tanquam non ritè factum, non tanquam non ritè, ut no. supra de inoff. testa. l. 2. defectus autem solennitatis maior est arg. l. an inutilis. cum ibi no. de accep. Et no. hic in fi. glo. de testamento in quo est posthumus præteritus vtrum valeat. & ista ponit materiam veritatis. licet glo. in l. cum qui. de acqui. hæred. dicat contra. probatur per l. posthumi de in iu. testa.

L E X V.

- 1 Posthumus dum speratur, quatenus iam natus hæres effici possit.
- 2 Dubitatio non tam nocet, quam error.
- 3 Emancipatus quid distet à suo.
- 4 Hæreditatem ex testamento, quod rumpi speratur, non deferri.

Illud. Cum quis est certus de potestate adeundi, licet sit impeditur adire, sed efficitur hæres pro illa parte, pro qua debet esse, hoc dicit. vel sic posthumus, qui non est, licet esse credatur, non obstat iam nato, quin ab intestato efficiatur hæres ipso iure, nec etiã instituto, cum quo simili tempore fuit institutus. Nam siue ex certa parte, siue incerta, fuit iam natus institutus, etiam si erat extraneus postquam nullus est in vtero, efficitur hæres insolidum, quia non dubitat de viribus testamenti. h. d. Et nota: quia hæc l. loquitur pro qua parte iam natus efficitur hæres pendente natiuitate posthumi. sed l. antiqui. declarat quam partem petere potest. Potest autem esse, quod in totum sit hæres, ut hic, & tamen non possit petere nisi quartam ut ibi, quia per aditionem efficitur hæres a lege, quæ est certa de rei veritate. Sed si vult petere, habet hoc impetrare a iudice, qui cum non sit certus, non audiet eum, nisi pro quarta parte, ut ibi: & sic patet, quod non sunt contraria. Et pro declaratione istius materiæ, distinguere, si nam aut quærimus pro quota parte possit hæres effici iam natus, vel vtrum possit effici pendente natiuitate posthumi. de quo loquitur hæc l. Aut quæritur quotam petere possit, de quo loquitur l. antiqui. Primo casu, aut iam natus vult venire ab intestato, aut ex testamento. Primo casu, si quidem erat inferior a posthumo nullo modo potest, quia dubitat de iure suo, cum posthumus sibi præferatur, ut s. e. l. antiqui. in prin. nisi tribus concurrentibus. quod nullus sit in vtero, & quod ita sit cõis fama, & quod ita ipse credat, ut hic in fi. glo. secundæ. & de acqui. hæred. l. cum quidam §. quod dicitur, & §. non solum. aut est in eodem gradu. Tunc glo. vñ distinguere inter suum, quia efficitur hæres ipso iure, ut hic,

& emancipatus, quod nullo modo potest effici: ut l. ventre. de acq. hæred. quod non placet: quia ibi loquitur ex testamento, nos ab intestato. ideo dic, quod siue sit in potestate, siue emancipatus, potest hæres effici pro illa portione, quæ ipsum contingit re vera. vnde si nullus esset in vtero efficientur hæredes insolidum, si aliquis est pro virili. r. o. quia non dubitat de iure adeundi, cum in omnem casum sit hæres futurus, et emancipatus, & et posthumus natus ut l. ventre. in fi. de acq. hæred. licet sit incertum de portione, quæ ipsum debet contingere. sed hoc non nocet, ut hæc l. verum. quod si forte. Nec ob. de acqui. hæred. l. si ex asse: quia ibi adeundo errabat, & sic applicabat mentem suam ad falsum. Sed hic dubitabat, nec ad falsum mentem applicabat. vnde non tamen nocet dubitatio, quantum nocet error. quod nota. patet etiam, quia dubitans intendit sequi veritatem si ipsam sciret, sed erras intendit sequi falsitatem. Adde quod no. in l. de statu. de testa. infra de iur. & fac.

- 3 ignoran. in rubr. In hoc tamen differt emancipatus a suo: quia suus efficitur hæres ipso iure sine facto suo: Sed emancipatus habet petere bon. poss. unde liberi, secundum ista tempora. vel hodie adire per verba expressa in Auth. de hñdibus ab intestato. §. nullam, & sic requiritur factum suum: ut l. j. C. de iure delib. Prædicta uera, quoniam certum est in rerum natura, utrum posthumus sit in ventre, uel non, uel quot sunt. Si uerò esset incertum, ut cum est mulier infra illos dies, infra quos partus non est adhuc formatus, sed uocatur embrio, tunc non efficitur hæres etiam suus, aliàs: quia cum sit incertum in natura: nec l. item esset certa, ut d. l. cum quidam. §. suum hæredem. & ibi no. de acq. hæred. Secundo casu, quando uult uenire ex testamento, aut posthumus erat exhæredatus, & efficitur hæres insolidum, cum in omnem euentum solidum sit habiturus secundum ista tempora. hodie idem esset, quod in præterito, cum non possit exhæredari. Aut fuit institutus, & nullus erat in utero, & efficitur hæres insolidum, siue fuit iam natus institutus in certa parte, siue ex incerta: ut hæc l. secundo & tertio responso. Aut aliquis erat, & tunc si iam natus erat institutus in certa parte, ut in secundo responso huius l. erit hæres pro illa tantum. Aut in incerta, & erit hæres pro uirili, & posthumus per alia uirili, licet ignoret iam natus quota sit. si uerò sit posthumus præteritus, tunc si quidem erat in ventre: quicumque sit institutus etiam suus non potest hæres esse, quia si ex testamento quod speratur rumpi non defertur hæreditas. decedendo tamè, siue sit suus, siue emancipatus transmittit ab intestato portionem quam esset habiturus: ut l. si filius hæres. de liber. & posthumis. secundum unum intellectum siue ex testamento, ut d. l. ventre. & l. illud. §. fin. cum l. seq. de cõtrata. extraneus uero nihil transmittet. Sed si nullus est in ventre, differt suus ab emancipato: quia suus efficitur hæres insolidum. emancipatus pendente dubio non: licet decedendo transmittat, ut dicta l. ventre. Secundo casu principali, si quæritur quotam partem petere possit, dic, aut ab intestato, aut ex testamento. primo casu, si non erat eodem gradu cum posthumo nihil petere potest, si nihil sit in ventre, & sit de hoc communis fama, & ipse ita credat: quia licet efficiatur hæres per l. ut dictum est, tamen iudex qui non est de hoc certus non admittet. ita intelligitur l. antiqui. in prin. sed si erat in eodem gradu admittitur pro quarta, ut e. l. in fi. Si uero ex testamento, tunc aut posthumus erat exhæredatus, & admittitur insolidum. Aut institutus, & tunc aut iam natus erat institutus in certa parte, puta dimidia, posthumus in alia dimidia, & ad illam dimidiam petendam admittitur: quia in omnem euentum est illam habiturus, etiam si septem nascantur, cum non debeat habere, nisi unam dimidiam. Aut ex incerta, puta ex uirili cum posthumo, & tunc petet quartam, ita debet intelligi glo. in l. antiqui. quæ incipit circa princ. dum dicit l. illam habere locum ex testamento. Aut posthumus fuit præteritus, & tunc iam natus in nullo admittitur, licet nullus sit in ventre. & licet institutus sit filius in potestate. nam licet tunc efficiatur hæres ipso iure a l. quæ est de hoc certa: ut l. ventre. de acquiren. hæred. tamen iudex qui non est certus, non admittet, cum dubitetur de uiribus testamenti. ita intelligo istam materiam. Paulus.

L E X VI.

Sorori. Qui ex postfacto apparet hæres esse, a quolibet hæredede auocat pro rata, & sumptus pro rata sustinet. hoc dicit. Barto.

L E X VII.

Non possumus. Per hanc actionem consequitur quis partem pro diuiso. sed per iudicium familiæ eriscundæ consequitur partem pro diuiso. hoc dicit. Et no. l. per quam patet secundum Bart. quod si iudex in iudicio familiæ eriscundæ pronuntiaret talem esse hæredem pro dimidia, & talem pro alia dimidia, nihil ualet sententia, quia non agitur, ut adiudicetur, sed ut diuidatur, quod nota. sic econtra, in hac actione si adiudicaret partem pro diuiso, nihil ageret. No. glo. in fi. de qua & de his in l. 4. infra de rei uend.

Pauli Cast. Nouæ prælec. in ff. Vet. D 4 LEX

1 *Litis contestationum fieri dicatur, si reus actoris libello respondeat, dico narrata prout narrantur, & petita prout petuntur pro parte vera, & pro parte nequaquam.*

2 *Controversiam resistendo facere reus dicitur, ut actor agendo.*

Permittendum. Potest possessor hæreditatis partim defendere, & partim cedere hoc dicit. Et per hanc patet, quod si reus respondeat libello actoris, sic dico narrata prout narrantur, & petita prout petuntur pro parte esse vera, & pro parte non, sit litis contestatio, & adde l. qui solidum. in princ. & quod ibi no. per Bart. infra de leg. 2. Item nota hic in fi. quod reus dicitur facere controversiam resistendo, sicut actor agendo. supra de petitione hæredit. l. diuus. in princ. & l. ex sextante. in princ. de except. rei iudi. Paulus.

1 *Hæreditatis petitione nomine proprio conueniri non posse, qui alieno possidet nomine.*

2 *Hæreditatis petitio quatenus aduersus possessoris heredes detur.*

Cum multi. Quilibet hæredum putari hæredem possidet, etiam si tanquam procurator administrauerit, quia succedendo mutat tibi causam possidenti. hoc dicit. No. ergo, licet ille quod nomine alieno possidet hæreditatem, non possit hac actione conueniri nomine proprio, ut supra tit. j. l. nec ullam. §. si quis absentis. tamen si succedat illi, cuius nomine possidet, potest conueniri. sicut ille poterat. nam tunc possidet nomine proprio. conor. infra l. proxi. Item nota quod hæc actio non datur contra hæredes possessoris pro hæreditariis portionibus, sed quatenus possidet, quia non conuenitur tanquam hæres, sed tanquam possessor. Idem in realibus in l. de eod. in fi. infra ad exhiben. & no. de præto. stipu. l. 2. Sed in merè personalibus, dicitur, ut no. in l. pro hæreditariis. C. de hæred. acti. per Cynum & per Bar. in l. eadem. §. Cato. infra de verbo, oblig.

Cum hæredis. Ista est pulchra l. & hoc dicit. qui nomine alterius hæreditatem detinet non tenetur hac actione: licet ille cuius nomine detinet, non fuerit in rerum natura tempore quo detinere incepit, quia non videtur pro hærede, vel pro possessore possidere, nisi sibi successerit, & ex sua persona contendat. tenetur tamen actione negotiorum, gestorum verò hæredi, sed non hæredibus illius cuius nomine possidebit: quia non fuerunt negotia illius. hoc dicit.

1 *Bonorum possessori de iure prætorio, quod nam remedium datur.*

2 *Bonorum possessori particulares, quæ dantur actiones, ciuiles ne sint, an prætorie.*

3 *Fideicommissarius vniuersalis, vel hæres, si rerum hereditariarum possessionem semel apprehenderit, rursusque ab ea ceciderit, num hæreditatis petitionem habeat. Et ad quid hæc eadem actio competat.*

De bonorum possess. hæredit. petitione. Rub.

In duobus titulis præcedentibus locutus est iurisconsultus de directa, & ciuili petitione hæredit. hic in seq. titu. de utili, & prætorie, & dicitur bon. poss. quia bonorum possessori de iure prætorio datur utilis petitio hæreditatis prætorie. Item ille cui restituta est hæreditas ex Trebelliano per actiones utiles, tantum consequetur, quantum directus hæres per directam, & ciuilem. h. d. cū titu. seq. Et no. hic vnam glo. quæ est in hoc titulo infra in l. 2. quæ dicit, quod particulares actiones, quæ competunt bonorum possessori sunt ciuiles, non prætorie, quia inspicitur primæua earum natura, quæ glo. est noranda. Et vide per Dyn. Insti. de acti. §. sed ista. Itē no. aliā quæ est in tit. seq. in l. j. quæ dicit, quod postquam fideicommissarius vniuersalis, vel hæres apprehendit possessionem rerum hereditariarum, si cadat a possessione, non habet hæc actionem: secus si non apprehenderit. Et fuit opinio Azo in summa. & est ratio secundum Bart. quia post apprehensionem possessionis desinunt res esse hereditariæ, ut l. j. §. per seruum, & quod ibi no. de acquir. possess. sed hæc actio non datur, nisi pro reb. hæreditariis, quod dictum nullo modo placet. Nam etiam per additionem simplicem hæc actio competit, quia sufficit, quod semel fuerint hereditariæ. Item video, quod competit ad pretium, quod tamen nunquam fuit hereditarium ut l. quod si in diem §. fedis. §. de pet. hæred. & ideo dictum glo. non placet: sed dic, ut dixi in d. l. quod si in diē §. non solum. supra de pet. hæred. vbi hunc passum examinaui, & allegaui istam gl. Paulus de Castro vtriusque iuris Doctor egregius.

Finis hic Liber Quintus.

1 *Rei vindicatio quotuplex sit.*

2 *Quasi rei vindicatio in quot partes deducta sit. Et libellus in rei vend. quæ ratione formetur, & quid continere debeat.*

3 *Rei vendic. directa atque utilis cui datur, & an eadem. Et dominium in iure varia considerari.*

SI post acceptum. Ista est bona. lex, si post litem uiceperit ex eadem instantia condemnatur, ut ipsam restituat, & de dolo caueat sibi, et possessori cauetur, si pro rem illam se necessario obligauerit. Item condemnatur ad omnes fructus, & accessiones ex re tamen sua non quaesitas, sed ex re tamen petita. h. d. usque ad l. si a bonafidei. No. hic plura bona. primo quod usufructus non interrumpitur per litem conte. & est ratio, quia est uere fauorabilis. Quaedam uero praescriptio est merè odiosa, ut praescriptio est merè odiosa, ut praescri. 30. ann. & ista interrumpitur per solam citationem, licet non perpetuetur ad 40. ann. nisi per contestationem, ut C. de praescri. 30. ann. l. sicut. & l. cum nouissimi. in prin. & ibi no. & l. si. Praescriptio uero longi tempo. qua est partim fauorabilis, partim odiosa per lit. conte. interrumpitur, & perpetuat ad 40. annos. ut C. eo. l. mota lit. & d. l. sicut. quaedam est praescriptio sui natura currens, ut annalis, uel biennalis, & ista interrumpitur per libellum principi oblatum. ut C. quoniam libel. princ. da. l. j. non tamen perpetuatur: quia ex die interruptionis sufficit alius annus, uel biennium ad nouam praescri. ut no. s. de eo per quem fac. l. fin. in prin. Et dicit Inno. hodie istam l. non procederet de iu. cano. quia post lit. conte. non currit usufructus. ut no. per eum in c. pp. sterilitate. in vlt. gl. ext. de loc. Secundo quod licet actor perdidit dominium post lit. conte. si tamen culpa rei, ipsi reo sit acquisitum: fertur pro eo in finem ac si non perdidisset. secus si culpa actoris, uel sine culpa rei. nam tunc reus absolueretur. ut probatur j. de condi. fur. l. si uerba manifestus. s. tam diu. cum l. seq. & j. ad exhib. l. tigni. s. si. in fi. & no. per Pe. & Cyn. in l. j. C. de alie. iud. in g. q. ubi uide. Item per istum tex. uel reprobari. quod dicit Guil. de Cun. C. eo. l. mota lit. qui dicit, quod cum post lit. conte. completur usufructus: actor habet necesse petere restitutionem in integ. quod uel falsum per hanc l. nam immo reus condemnatur ex eadem instantia, Aduerte tamen diligenter ad duo, primo, quod aliter est nunc ferenda sententia, quam si non esset completa. nam tunc iudex deberet declarare actorem esse dominum, & possessorem per officium suum condemnare ad restitutionem possessionis, ut j. eo. l. officium. Sed ea completa non declarabit actorem dominum. sed condemnabit possessorem ad tradendum rem, & transferendum dominium. & sic fiet condemnatio sicut in personali, licet duret actio realis, quod est no. & probatur expresse j. si serui. uen. l. sicuti. s. si quaeratur. uer. plane & ibi per Bart. qui ibi ponit hanc l. in pract. & ita forte uoluit intelligere Guil. Item tamen aduerte, quia lis diceretur conte. post oblatum libellum quoniamcunque sequatur responsio: quia lit. conte. trahitur ad diem dati libelli. Unde si post datum libellum ante restitutionem rei sit usufructus completa: condemnabitur acti post restitutionem completa esset. arg. j. de ini. actuque priua. l. j. s. praeterea. & de exc. tu. l. si cum ipse. & no. per Pet. & Cy. in d. l. j. de alie. iud. in g. q. quod perpetuo tenementi. facit s. si quis cau. l. si eum. s. si. & j. quod ui aut clam. l. j. s. sed si quis. de dam. infec. l. si finita. s. eleganter. & quod no. j. de ac. & ob. l. constonib. Tertio no. quod tamen exceptio superueniens reo post lit. conte. sibi non prodest, quoniam dolo suo, uel culpa superuenit. alias prodesset, ut no. s. de in l. si quis postea quod & si quis cau. l. si aut. de quo per Bar. in l. qui. j. de exce. Quarto no. quod tamen non domino datur uenditio. alias si non haberet actionem, non ferretur pro eo sententia, ar. s. de neg. gest. l. si pupilli. s. uideam. & dicit gl. quod ista erat utilis rei uendi. nam directa non postquam perdidit

dominium directum. dicit tamen, quod erit eadem in substantia. licet diuersa qualitas. Ex qua no. quod non domino datur utilis, dixi s. eo. in rub. facit Insti. de re. di. s. si quis in aliena. & quod dixi s. l. idem Pomp. §. de arbore. Item no. ex eadem gl. quod licet lis sit conte. tamen super directa, tamen sit condemnatio in utili. quod est uerum, quoniam ambe competunt ad idem, ut ad rem. Quid autem si ad diuersa, ut quia directa ad rem, utilis ad restitutionem, dic. ut no. per Dy. j. de aqua plu. arc. l. quanquam §. Iul. & per Cy. in d. l. j. Item no. ex tex. ibi pignoraui. et fm uerum intel. quod tamen uitium litigiosi non impedit alienationem rei, quoniam possessor est dominus, facit quod no. per Inn. de const. cum M. Ferrariensis. in si. Vlt. no. in l. praeterea. ibi, non ex re sua. etiam a proprio sensu, quod tamen possessor non tenetur ad fructus perceptos post lit. conte. licet per industriam, uel occasione rei petita, per quod patet limitatio ad multa iura. Unde dico quod si post lit. contest. super bobus, uel asinis, possessor arauit cum ipsis terram suam & fructus percepit, non tenetur ipsos restituere, quia sunt quaesiti ex re propria possessoris, non ex illis bobus, licet ipsis mediantibus. & uide omnino quod no. per Pet. & Cy. & Guil. C. eo. l. j. Pau.

L E X XXI.

- 1 *Possessor licet post lit. conte. male efficiatur fidei, non tamen uere sed fictè, an condemnatur si non sua culpa rei restituenda facultatem non habeat.*
- 2 *Possidens ciuilitè, an in rei uend. condemnatur.*

SI a bonae. Bonafidei possessor desinens possidere post lit. conte. sine dolo & culpa tui non condemnatur ad ipsam rem, nec est ad cauendum de ipsa persequenda, sed condemnatur in tribus alijs. s. ut cedat actiones, si iam uiceperat tpe sententiae. Item ad fructus ex ea perceptos. Item ut caueat se restitutum si ad ipsum res peruenerit. Si uero desijt culpa possidere, condemnatur et ad rem cessis sibi actionibus. per dominum tamen possessorem. Si uero desijt possidere dolo, condemnatur ac si possideret, nec ceduntur sibi actiones. h. d. usque ad l. in rem. No. tamen ergo, quod licet post lit. conte. possessor efficiatur malafidei, tamen quia non uere, sed fictè: non condemnatur, si sine culpa sua non habet facultatem rei restituendae, secus si esset uere malafidei, quia tenetur de interitu, ergo de fuga qualitercunque contingente, ut s. de peti. hare. l. illud, & de vi & vi ar. l. j. §. restituimè. Sed quare utrum debeat distingui, an seruus fuisse penes actorem, uel non, ut distinguitur. s. e. l. item si uerberatum. in si. credo, quod non, sed quia ibi non erat spes recuperandi rem, ideo ibi deuenitur ad restitutionem, hic secus. Item tamen no. quod possidens ciuilitè non condemnatur in rei uend. quod est uerum, quoniam non habet facultatem rei restituendae, ut quia res erat mobilis: secus si erat immobilis, quia tunc potest restituere ciuilem quam habet, introducendo actorem in possessionem rei. nam tunc ipse desijt, & actor incipit ciuilitè possidere, ita debet intelligi, in l. Pomp. §. si is qui precario. de acq. pos. & s. in rub. & per Gui. C. ubi in re actio. l. 2. Pau.

L E X XXIII.

- 1 *Dominium de iure ciuili qualiter quaeratur.*
- 2 *Res sacrae num uendicari possint.*
- 3 *Rei uenditionis uerbum simpliciter prolatum quid notet.*
- 4 *Verbum in iudicio ab actore prolatum, secundum eius actoris propositum, ac mentem intelligendum.*

IN rem actio. Rei uenditio competit ratione dominij quaesiti de iure gen. uel ciuili, illa uero qua non sunt in alicuius dominio per hanc actio. non petuntur h. d. usque ad §. si quis rei. Qualiter tamen acquiratur dominium de iu. ciu. dicit gl. per usufructum. Intellige, quod quaeritur directum per praescriptionem. non utile, ut plenè no. in auth. nisi tricennale. C. de bon. mat. & l. j. in si. de aqua plu. ar. Item quaeritur per arrogationem, ut s. de ado. l. nec. n. & Insti. de acq. pos. in prin. Item per hereditatis aditionem, ut l. cum heredes. in prin. de acq. pos. Item per omnes factus a iu. ci. introductos, de quibus dic. ut l. ex hoc iure. s. de iust. & iure. Item tamen quod dicit res sacras non uendicari, est uerum per priuatam personam, per ecclesiam uero uel oconomum uendicatur, ut C. de sac. san. ec. lancimus, quod est uerum adiecta causa de iur. can. ratione iuris, quod in eis habet ecclesia, ut s. e. l. j. §. per hanc. facit c. examinata. de iud. & sic coniunge duas solu. gl. quod ponunt ipsam ueritatè. Item tamen no. gl. in prin. l. qua uult, quod uerbum uenditio. simpliciter prolatum intelligatur de directa, per quod uel datum, quod si quis intendat rei uendi. simpliciter uideatur intendasse directam, non utile, & ideo si non probaret dominium directum, sed utile, puta per praescrip. uel rem emphy. non debet pro ipso ferri sententia, quoniam est uerum, quia tamen in iudicio uerbum prolatum ab actore intel. fm eius intentionem, uel fm quod potest ei esse utilius, ut s. de iud. l. si quis intentione. & ibi no. Item quia omne ius suum uel in iudicium deduxisse. ut eo. ti. l. solemus, & ita tenet Dy. Insti. de act. §. alie. & l. & an eandem. §. actiones. de excep. rei iud. & Bar. C. de usur. l. j. Paulus.

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

- 1 *Accessionis rei quando quis dominus esse desinat. Et qualiter succurratur mihi ad recuperandum rem meam.*
- 2 *Pictura tabulae aut contra, quando cedere dicatur.*

§. Si quis rei. Vsq; ad finem l. tractatur ista materia. Videlicet, cum res mea accedit tuæ. vtrū desinat esse dominus, & possim eam vendicare. Et no. ad euidentiā, quia loquitur de quadruplici accessione. Primo qñ res mea tanq; pars accedit tuæ tanq; toti particulari, vel indiuidua. i. sicut est statua, vel scyphus, & in hoc distinguitur, an accedat per ferrurationem, q̄ fit per eandem materiam, an per applumbaturam, q̄ fit per diuersam, vt primo casu desinat esse dñs, nec possum eam vendicare etiam postquam fuerit separata, succurratur tamen mihi ope excep. si possideo, vt consequar æstimationem, vel per actionem in factum. si non possideo. & hoc qñ bonafide per te sit adiuncta, alias non desino esse dñs s̄m gl. Secundo casu non desino esse dñs, nec tamen possum vendicare, dum est coniuncta, si bonafide coniunxisti, sed agam actione ad exhibendum, vt dissoluas, & ea dissoluta uendicabo, sed si malafide: possum et ante dissolutionem uendicare vtili rei uendicatione s̄m gloss. & hoc vsq; ad §. at his corporib. Secundo loquitur, qñ res mea accedit tuæ tanq; toti vniuersali, ut ouis mea gregi tuo, quæ cum non mutet speciem, non desinit esse mea, & semper uendicare possum, & hoc usque ad §. tignum. Tertio cum accedit tuæ tanq; toti integrali, ut tignum meum domui tuæ, quo casu non desino esse dñs. veruntamen siue bonafide, siue mala adiunxisti, nō possum uendicare, nec ad exhibendum, agere ut separetur, & hoc pp publicam vtilitatem. l. ne vrbs difformetur ruinis, sed dantur mihi alia remedia, & hoc usq; ad §. fin. Quarto qñ accedit tuæ, q̄ non potest dici totum, sed est talis sine qua res mea stare non potest, puta, cum de cæmentis meis ædificatur domus in solo tuo, sine quo solo non potest domus consistere, non tñ dicitur totū, sed pars domus, & in hoc dñm est idem, quod s̄. proximè. Potest etiā poni exemplum, de litera mea facta in charta tua, sine qua litera mea stare non potest, uel de pictura mea facta in tabula tua, iste §. in uers. sed & id. Item no. q̄ de plurib. quaritur, primo, an desinat esse dominus rei meæ, uel non. Secundo casu qñ desino qualiter mihi succurratur. Tertio eo casu quo nō desino, an agā rei uend. durante coniunctione, uel non. Quarto si non agam, qualiter mihi succurratur. Quinto, an separatione facta possim uendicare. Item no. q̄ in hoc §. j. est una gl. magistra, quæ plenè loquitur, licet habeat duas alias contrarias, quarū una est in uersiculo in omnibus. super uerbo trahit, quæ incipit rōne maioris partis, alia est in uers. Item quæcunq; quæ incipit, ut ferrum ferro. Sed ista melius & uerius loquitur. Item diuide istam primam partem in duas, primo dicit, an desinat esse dñs rei meæ. Secundo si desino, qualiter mihi succurratur, secunda ibi, in omnib. & usque ad illum §. h. d. pars cedit toti, & liquidum arido. si ei vnatur s̄m Bar. Istud dictum limitatur duob. mod. Primo, quia uerū est, si accedit per ferrurationem, secus si per applumbationē, ut probatur j. in uers. item quæcunq; & hoc tenet hic glo. super uerbo totius. Secundo procedit, qñ bonafide per dñm totius sit adiunctum, secus si malafide, quia tunc non desinerem esse dñs, & possem statim uendicare uili uendicatione s̄m gl. Insti. de re. diu. §. si quis in aliena. sed gl. in §. item quæcunq; q̄ incipit ut ferrum ferro, tenet, q̄ idem sit, si malafide, ut desinat esse dñs, sed hæc uerior. Ex qua no. q̄ directo dño datur interdum utilis uendicatio. j. de nox. l. actio. §. si is. & dixi s̄. in rub. & hoc contigit pp coniunctionem rei meæ cum re alterius, quæ licet nō extinguat dñium, si malafide facta est, extinguit tñ directam actionem, sed pp malam fidem datur utilis, qd̄ est mirabile, nec bene lege probatur, unde fortè non esset malū dicere, q̄ extinguat dñium, licet detur utilis, quia inconuenientius est directo dño dari utilem, q̄ non dño, quia hoc frequenter accidit, ut s̄. e. l. si post acceptum, in gl. & dixi in rubr. Vlt. no. glo. hic positam quæ est no. & signa eam. Vlti. fgl. format unum p̄rium ad id quod dicitur de pictura, q̄ cedat tabulæ. de l. qua ratione. §. literæ. de acq. rer. dom. breuiter dic, q̄ interdum pictura fit ad ornatū tabulæ, & ipsius tabulæ gratia, ut in cameris dñorum, ubi pinguntur postes de uili materia ad ipsorum ornatum, & tunc pictura cedit tabulæ, ar. j. de auro & ar. leg. l. & si non sint. §. perueniamus, & hic in gl. super uerbo, præualentiam, aut econtra, tabula adiicitur gratia picturæ, & tunc aut est uilis pictura, & idem dici potest, ut hic, in uerbo pretium, a contrario sensu. Aut est pretiosa, & tunc econtra, tabula cedit picturæ, ut in contrario, & quæ sit ratio differentie inter picturam, & scripturam. dic, ut ibi notatur.

§. In omnibus. Igitur. Hic incipit dicere qualiter prouidetur illi q̄ desijt esse dñs. & primo qñ totam rem possidet, quo casu prouidetur ope excep. secūdo qñ non possidet, & tunc per uiam actionis, secunda ibi, itē quæcunq; h. d. Qui uendicat totum repellitur exceptione, nisi restituat pretium partis, quæ semel fuit aliena, & pp accessionem facta est sua. h. d. & est hic una gl. mag. quæ parum ualeat. dicit. n.

per multa uerba, q̄ si res mea accedat tuæ, non tanquam pars tota, puta media statua mea, mediæ statuæ tuæ, licet tua sit priorior, uel maioris valoris: non accedit sibi mea. sed efficitur statua cōis. cuius contrarium dicit secunda gl. super uerbo, præualentia, quæ incipit partis, & alia s̄. §. prox. & ille ueriores per l. quicquid. §. si. j. de acq. re. do. ubi est casus. Pau. de Cast.

§. Item quæcunq; Ea q̄ uni corpori vnuntur compositione durate uendicari non pnt, nec ea soluta si per ferrurationem fuerunt unita, secus si per applumbationē, primo tñ dño super curitur per actionem in factum, sed in unione quæ ex separate corporibus consistit, quilibet suæ partis dñs remanet. h. d. usq; ad §. tignum. s̄m Bar. & hic sunt et duæ gl. p̄ria, una est sub uerbo factum. quæ dicit, q̄ qñ fit adiunctio per ferrurationem malafide, primus dñs partis non desinit esse dñs. Debet ergo intelligi hic, qñ bonafide, & idē dicit gl. mag. s̄. in §. si quis rei, in fi. sed alia gl. quæ incipit ut ferrum ferro. dicit contrarium quod dic, ut dixi. in §. si qs rei. Adiuncta. s̄ per applumbationem, & bonafide. nam si per ferrurationem, desineret esse dñs, nunquam uendicaret etiam separatione facta, ut j. subiicit. Item si malafide, possem uendicare et separatione facta s̄m gl. cuius p̄rium hic dicitur. In uers. ideoque no. q̄ qñcunq; non est mihi prouisum per sp̄m actionis q̄ aliquem, & non est æquum ex facto alieno me damnificari, uel in dño remanere, datur mihi actio in factum, ut hic, & l. si me & Titium. j. si certum pet. & dixi in §. de arbore. Paulus.

- 1 *Faber qui nomine alterius bonafide in alieno solo inædificat, num de tigno iniuncto actione teneatur. Et quid de eo qui alterius nomine siluam succidit.*
- 2 *Opus ubicunque est licitum facere, eodem quoque fabros artisque magistros licitum est adducere.*

§. Tignum. Tignum alienum alijs ædibus iniunctum non potest uendicari. ut separetur, nec per actionem ad exhibendum, sed agendum est actione de tigno iniuncto. h. d. Bar. Et no. hic unam gl. magistrum in ista materia, sed tigno iniuncto, & sp̄aliter eam no. in uno dum dicit, q̄ faber nō tenetur actione de tigno iniuncto, quia fecit ex mādato alterius bonafide, unde per hanc gl. si quis faceret ædificari in re aliena, uel siluam alienam faceret cædi, non posset dñs agere q̄ fabros, uel magros cedentes bonafide: q̄ ille actus, non est de gñe prohibitorum, alias secus, puta, si qs mandaret alicui, q̄ aliquē uerbe raret, q̄ cum uerberatio sit de gñe prohibitorum, uterq; tenetur, iuxta ea q̄ hñr in l. non solum. §. si mandato. j. de iniur. Vnde per hanc gl. refert Bal. se defendisse quosdā magistros lignaminum, qui siluam alienam ceciderant alterius mandato, & et Bar. ipsam no. Et adde tu, q̄ ubi cunq; licitū est alicui aliquod opus facere, ibi licitū est magistros. & fabros necessarios adducere, & sicut ipse non pōt prohiberi, ita nec fabri, ut j. cōia ru. præd. refectionis. §. si. & de relig. & sump. fu. l. ossa. §. fin. Item quoties actus est impunitus respectu principalis, est impunitus respectu fabricum, & aliorū qui mandato suo faciunt, est gl. singularis j. de vi & vi ar. l. cum fundum, licet gl. C. de adulte. l. Gracchus. alter dicit, sed prima uerior secundum Iac. But. Agi. l. ut separentur.

- 1 *Præscriptionem aduersus iuris impedimento impeditum non currere. Et quid si facti impedimento.*
- 2 *Possessor bonafidei num deterioris conditionis, quam malafidei esse possit.*
- 3 *Res mea tuæ uariè accedere potest: ac tunc num eam uendicare possim, & quibus casibus.*

§. Item si quis. Domo vnita dominus cæmentorum non potest ipsa uendicare, sed ea dissoluta sic, etiam tpe præscriptionis completo. h. d. Bart. quia non desinit esse dñs cæmentorum, alias non posset uendicare etiam post dissolutionem, ut s̄. ead. l. §. item quæcunq;. Item tñ no. q̄ non ualenti agere propter impedimentum iuris non currit præscriptio. concor. l. j. in fin. C. de annali excep. secus si propter impedimentū facti, quia tunc currit. sed datur restitutio. ut j. de ser. ru. præ. l. & Attilicinius, & plene no. per Cy. de bo. mat. l. j. & de præci. impe. offer. l. quoties. Item tñ no. gl. q̄ est dare casum, in quo bonafidei possessor erit deterioris condōnis, q̄ malafidei, contra l. si a non domino. §. si dolo. de peti. hère. sed dic quod illud nō operatur bona, uel mala fides, sed negligentia, uel non negligentia aduersarij. Vlt. f̄tam ex tex. q̄ ex glossis collige tres casus, cum res met accedit tuæ. nam interdum perdo dominium, nec unquam uendicare possum, ut cum accedit per ferrurationem bonafide, quo casu succurratur per actionem in factum. ut in §. itē quæcunq;. Interdum uero desino esse dominus, & semper possum uendicare, ut cū res mea accedit toti tuo uniuersali, ut in §. at in his. & tunc habeo directam, uel cum per ferrurationem, uel applumbationem factam malafide, & tunc habeo utilem, quia maior est coniunctio, ut no. glo. mag. in §. si quis rei, in fin. Interdum non desino esse dominus, nō tamen possum uendicare, ut cum

cum accedit p applumbationem factā bona fide, quo casu rema-
neo dñs, non tñ vendico, nisi facta separatione, ut in §. item q̄cū-
que. Vel cum tignum meum iniungitur domui tuæ, uel cum cæ-
mentis meis facit domum in solo tuo, quo casu non distinguit,
an bona, uel malafide feceris, nam utroque casu remaneo domi-
nus. Item neutro casu possum uendicare coniunctione durante,
nec ad exhibendum agere, ut fiat separatio, sed alijs remedijs mi-
hi succurritur, ut hic, & §. s. prox. Differt ergo iste casus ab applū-
batione in duob. primo, q̄a ibi distinguitur bona fide, uel mala
hic non. Item quia ibi agitur ad exhibendum: vt fiat separō, hic
non, & per ista remanet tibi ista materia declarata. Paulus.

L E X XXV.

1 Probare iudicio petitorio, quā possessorio grauius est. Et possidenti num pro-
bandi onus incumbat.

IS qui destinauit. Consultius est agere possesso-
rio, q̄ petitorio. h. d. ista l. decla-
ratur in l. si. & Instit. de interd. l. & naturaliter. s. nihil com-
mune, de acq. pos. Item ¶ no. hic, q̄ grauius est probare i iu-
dicio petitorio, quā possessorio, facit quod no. in l. cum res. C.
de prob. Item not. quod possidenti non incumbit onus probā-
di, facit infra de probat. l. circa eum & de lib. cau. l. liberis. §. fina.
quod est verum in rebus corporalibus: sed in incorporalib. dic,
vt j. si serui. vend. l. sicuti. §. si quærat. in glof. & C. de serui. &
aqua. l. 2. in 4. q. p. Cy. & per Dy. in l. si prius. de oper. no. nunc. &
per Inno. de verb. sig. c. abbate sane. Paulus.

L E X XXVI.

1 Lex qui se obtulit an locum habeat in uenditore, qui ad emptoris defensionem
uenerit.

2 Pœnitere ante liti contest. & a confessione circa preparatoria facta recedere
num liceat.

3 Possessor liti offerre se non uidetur, nisi possidere se dicat expressim.

IS qui se obtulit. Qui se offert liti sine cā cū si pos-
sederat usq̄ post lit. et. Item & an lit. et. si actor erat ab a-
lio petiturus, als. n. licitū est an lit. cont. pœnitere, & hæc ve-
ra, si actor ignorabat, als. nullo mō cōdēnā q̄ nō decipit actor,
1 sed seipm decipit. h. d. vsq̄ ad l. sin autē. §. possidere. Et no. tex. tibi
sine cā. p. quē patet, q̄ hæc l. non procederet in uenditore, q̄ ve-
nit ad defensionē emptoris, q̄a non facit sine cā, ut l. sed & si. l. §.
2 item si rē. de pe. har. & l. venditor. de iud. §. m. Bal. Item ¶ no. q̄ lici-
tū est pœnitere an lit. cont. & a confessione facta circa p̄pa-
ratoria recedere, si nulla captio est actoris. Est autē captio, q̄n ab
alio fuisset petiturus, ad hoc j. de interro. ac. l. de æta. §. si. & ple-
ne no. p. Bar. in l. nō fatetur. j. de p̄se. ubi declarat hæc l. Itē no. gl.
3 primā q̄ dicit, q̄ si non fuit q̄sītū a reo vtrum possideret, & po-
stea lite p̄testata appareret ipm non possidere, non dēt p̄dēnari,
q̄a nō v̄ se offerre, nisi exp̄sē dicat se possidere, q̄ gl. not. sed alia
glo. j. de excep. rei iu. l. si a te. §. j. plus dicit, q̄ licet reus absoluat,
tñ actor declarat dñs, & sic p. vtroq̄ fert sn̄a, & illa ē notabilior.

3 Possessio ex parte rei causa est condemnationis faciendæ, & ex actoris parte
actionis dandæ.

§. Possidere. Ad hoc q̄ reus possit in hac actione con-
demnari, requiritur q̄ possideat tpe sn̄a.
nec sufficit tpe litis cōt. possedisse, si tpe sn̄a sine dolo, & culpa
1 sua possidere desiderit. h. d. Ex quo patet ¶ q̄ possessio ex parte rei
est cā condemnationis si dē, non actionis dandæ: & iō tps con-
demnationis inspicitur, ut ar. §. de pe. h. e. l. si a dño. §. quo tpe. Do-
minium vero ex parte actoris est cā actionis dandæ: vt §. si pars
har. pe. l. j. post prin. & iō tps liti contestationis inspicitur, an sit
dñs, vel non, vt ar. j. de sol. in pupillo, & quod ibi no. vnde si tūc
non esset dñs, licet postea dominium superueniret ex causā de
præsenti non daretur pro eo sententia, vt supra de iudic. l. non
potest videri. Item si post litem cont. desinat esse dominus, dixi
§. eo. l. si post acceptum, & vide quod no. per Cy. in l. j. C. de ali.
iud. in 6. & 7. quæst. In glo. quæ oppo. de l. j. §. si rem j. de pos. cō-
iunge duas solutiones, & sic non obstabit. Paul. de Cast.

L E X XXVIII.

1 Principali extincto non semper extinguitur accessorium.

2 Interpellatio extraiudicialis in realibus, num quem in mora constituat.

L. Sin autem.

§. Si homo. Casus superueniens excusat a culpa præce-
den. h. d. Bar. istud summariū non placet,
1 primo, q̄a hic nō d̄, q̄ p̄cesserit culpa, sed dolus. Secundo quia si
esset uerum, sequerēt, q̄ nec actio l. Aquiliæ competeret p. cul-

pa præceden. possq̄ casus excusat ab illa, cuius §. rium hic d̄, & iō
dicas sic, & notabilius. Extincto principali extinguitur accesso-
rium, quod ueniebat officio iud. mercenario. secus in eo quod
ueniebat iure actionis. h. d. no. & sic est hic casus de eo. quod not.

1 §. eo. non solum in ultima gl. Et no. ¶ quia debet intelligi in pos-
sessore bona fide, nam si fuisset semper malafidei non extingue-
retur principale, vñ nec accessorium, ut §. de pe. har. l. illud. Item
dēt intelligi cum extinguitur an lit. contest. nam si post, adhuc
durat iudicis officium mercenarium super accessorijs corrobora-
tum p. lit. cont. ut §. e. l. utiq̄. §. m. gl. uel fortē ibi loquitur de ac-
cessorijs separatis a principali, ut fructus, & partus, nam isti extāt
licet res desinat, hic uero de accessorio cohærente rei, ut est de-
terioratio ipsius rei, quæ cum ipsa re extinguitur, & hoc forte vo-
luit dicere l̄ra, quia post interitum rei non est reperire interesse
deteriorationis. Vñ nō durat officium iud. mercenarium, quod
non datur nisi ad illud, quod extrat tempore quo imploratur, q̄a
inspicitur tps præsens, secus in fructib. & partibus, q̄ tūc reperiū-
tur, ut l. §. r̄ia, sic potest subtiliter intelligi. §. iste Et §. m. hoc uerbū
petitus, stat propriē. §. p. lit. cōt. ut l. amplius. non peti. rem ra. ha-
be. sed §. m. intellectum primum gl. stat improprie. §. extra iudiciū
2 §. m. quem intellectum habes notare, q̄ ¶ in realib. interpellatio
extraiudicialis non constituit quem in mora, quo ad periculum
interitus, secus in p̄sonali. ut no. j. de verb. ob. l. qui Romæ §. qui
cohæredes, in parua glossella, q̄ dicit. i. extra iudicium, & j. si cer.
pet. l. quod te. Idem quo ad fructus, uel quo ad interrumpendū
præscriptionem in realibus, quia non sufficit extraiudicialis in-
terpellatio, ut no. j. eo. l. & ex diuerso. in glo. mag. & j. §. prox. in
si. gl. & j. pro emp. l. pen. nam magis constringitur quis per obli-
gationem personalem, quā per realem, ut patet ex ijs quæ dixi
§. eo. l. Item si uerberatum. §. si. Item secundum prædicta, dū text.
dicit, dolo possessoris, dēt intelligi, quo ad ipsam rem, ut q̄a immo-
derate seruum uerberauit, ut ar. §. de ijs qui sunt sui vel alie. iuris
l. j. nam quo ad ipsum dominium, non poterat dolum commit-
tere, ex quo erat bonæ fidei, ut dixi, & no. j. eo. l. si homo.

1 Hæreditatis petitionem in rem actionem dici.
2 Possessor in hæreditatis petitione possidere dolo desinens qua actione teneatur.
Et quid in rei vendi.

§. Sed & is. Qui dolo desit possidere et an lit. et. tenet,
1 ac si possideret, in actione reali, sicut in peti-
tione h̄ditatis, q̄ si r̄ est actio in rem. h. d. Et ¶ no. petitionem h̄-
ditatis dici actionem in rem. si mile §. de pe. har. l. sine bonæ fidei.
§. j. sed et d̄ in personam, vñ d̄ mista, ut C. de peti. hære. l. h̄dita-
tis. Item ¶ no. §. m. Bar. q̄ ille q̄ dolo desit possidere in pe. har. tene-
tur directa, cum teneatur ex uerbis Senatuscon. sed in rei uendi-
2 catione tenetur utili, quia tenetur ex mente, non ex uerbis. Item
no. gl. magistram & signa quæ ponit diuersitates inter rei uendi-
cationem, & petitionem hæreditatis.

§. Si per filium. Si filius vel seruus p. quē quētus hac
1 actione possidet tpe sn̄a absit, q̄dē-
nat ut quētus, nō tñ sit realis excurio, sed dat sibi tps ad facien-
dum eū redire, vel ad cauēdū de restituēdo possessionē cū recu-
perauerit. h. d. Contra hoc oppo. q̄ dēat absolui, nec sit cogēdus
ad rē p̄sequendā, ut §. eo. l. si a bonæ fidei. Sol. ibi quētus rē, q̄ erat
in fuga possidebat tñ ciuilit̄, hic aut per seruum, uel filium absē-
tes possidebat ciuilit̄, & naturaliter, & ideo magis astringitur,
quod no. quia quilibet interrogatus dixisset §. rium. Paulus.

1 Protestatio animum protestantis declarat, & eandem quandoque actionem.
quandoque exceptionem parit.
2 Expensæ quæ in seruis locum habent quo ad repetitionem, aut restitutionem,
eadem locum habent in omnibus alijs expensis, quæ ita rei cohærent, ut effi-
ciantur una, & eadem substantia cum re ipsa.

§. In repetita. Expensas necessarias p. doli exceptionē
recuperat possessor. h. d. primo, exp̄sas
vero utiles si r̄ recuperat, nisi petitor sit paratus pati, & abradāt,
si p̄nt abradi. h. d. sc̄do. Si vero tolli uel abradi non possint, tunc
cū pabrationē nō p̄nt recuperari, nec et alr recuperari p̄nt, nisi
in duob. casib. §. cū petitor erat rē uēditurus maiori p̄tio pp illas
expensas: vel cum præcessit denūciatio sc̄a p. possessorē. h. d. vsq̄
ad l. cæterum. Et no. quia primū dcm̄ intellr de quolibet posses-
sore & malafidei, qui p̄t recuperare necessarias exp̄sas, ut C. e.
l. domū, dixerūt tñ gl. q̄ nō, p. exceptionē doli, sed possm̄ iudi. ut
l. planē. & l. fin. de pe. har. Tu dic, q̄ et p. exceptionē, & illæ l. si r̄
intelligunt, ut ibi dixi. Itē no. q̄ §. m. dcm̄ nō p̄t intelligi de malafidei
posessore, q̄ nullo mō recuperat utiles, sed donare v̄, vt In-
sti. de re. diui. §. ex diuerso. Sed p̄t intelligi duplr. §. in eo q̄ sp̄ fuit
bonæ fidei, & tunc dēt suppleri p. l. in fundo. j. eo. Nā et in tribus
casib. illius l. p̄t recuperare utiles, licet petitor sit paratus pati
ut tollant Itē p̄t intelligi in eo, qui a principio est bonæ fidei, &
ex postfco est malæ, & tunc nō indiget supplementatione, quia nō p̄t
recu-

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

recuperare, si petit, quoniam est paratus pati, aliàs. sicut j. e. l. Jul. secundum quam l. debet hoc intelligi. Sumptus. s. necessarios. Donata quæ donatio non ualet, cõpetebat tñ viro retentio secundum ista tempora. Venalem. s. per dñm, quia dñs vendere uolebat. Sed inquãtum facimus istud s̄m dictum loqui in eo, qui semper fuit bonæ fidei, & suppleri p glo. opp. per gl. nam s̄m hoc, idem erit in area, quod in seruo. Nã sicut expensæ factæ in area recuperant, si dñs erat uenditurus per dictam l. in fundo, ita & in seruo, ut j. eo. l. nisi, sed certe statim. in §. si. vñ notare dñiam inter areã, & seruum, unde non uidetur posse stare in bo. si. possessore. Timore istius dicit gl. q̄ primo etiam tunc quod aliud in seruo, quam in area, nam in area non solum recuperat, cum dominus est uenditurus. sed cum est diues, qui potest sine difficultate soluere, ut d. l. in fundo. Sed in seruo secus, quia non recuperat, licet dominus sit diues, sed ita demum si erat uenditurus, & ita intelligit §. fin. hoc est vñ tenere Bar. in l. in fundo. Sed non placet. Nam iste tex. non loquitur in diuite, sed in pauere, qui si cogere expensas soluere cum non posset, careret seruo, ut colit ex uerbo carere, præterea maior est æquitas pro possessore, ut possit recuperare expensas serui exñte domino diuite, q̄ expensas areæ, quia in expensis areæ consulitur sibi per abrasionem, sed in expensis serui nō. Et sic dupliciter affligeretur, quia non recuperaret, nec abraderet. Et iō dico, q̄ si dñs est diues, multo fortius debet cõsuli possessori, ut recuperet expensas serui, q̄ expensas areæ de quibus nō est dubiũ, ut l. in fundo. est casus de hoc rectè intelligendo j. de pig. ac. l. si seruos. Si uero dominus est pauper, nec est uenditurus, nec fuisset aũs facturus, nec sibi est denuntiatum, tunc non cogere expensas soluere, nec consulere possessori per abrasionem cum non possent abradi, & sic perdet, secus in expensis areæ, in quibus consulitur per abrasionem, & iste est uerus intellectus istius §. si. Vltimo no. in l. aut si ante, s̄m intellectum glo. q̄ protestatio sicut declarat aũm protestantis, ut le. qui in aliena. §. Celsus, de acq. hæ. ita & actus sequens. Item protestatio parit interdum exceptionem, quæ aliàs non oriretur, parit et interdum actionem, ut cum quis reciperet a reo rem petitam protestando, & nō intendit dimittere sumptus litis. nam uigore protestationis potest per actionem in factum illos sumptus petere, quæ actio oritur ex protestatione, quæ si facta non fuisset, non possent peti, nisi p officium iudicis, qd̄ expirat re restituta, ut C. de po. l. 4. ita eleganter notatur per Pet. & Cy. C. de exhiben. l. exhibitionis. Item adde q̄ illa quæ dixi in expensis serui, habet locum etiam & in omnibus aliis expensis, quæ ita rei cohæreant, quod efficiantur una, & eadẽ substantia cum re. ut in satis & plantatis, in quibus separatio locum non habet, ut j. eo. l. si fundi possessor.

L E X XXXII.

Cæterum. Malæ fidei possessor tenet restituere oēs fructus, & operas serui licet perceptos, uel perceptas ex artificio, quod didicit ipsius possessoris sumptibus. h. primo percipiendas uero non. h. secundo. Item si sunt percepti aũ 25. ann. serui compensentur cū expensis in seruo factis. h. d. cum l. seq. s̄m intellectum gl. Et aduerte, quia l. seq. est satis obscura, tñ pōt duob. modis legi multum no. primo sic, s̄m gl. q̄ licet malæ fidei possessor serui restituere teneatur omnes fructus, & operas eius. ut in hac l. Item licet non possit recuperare r̄r sumptus factos in seruo, quia donasse vñ, ut Insti. de redi. §. ex diuerso, tamen duobus concurrentibus. s. q̄ illi fructus, & operæ sint quæ sitæ ex artificio, quod didicit possessoris sumptibus. Item q̄ sint percepti ante 25. annum, compensantur sumptus cū operis, uel fructibus, & sic non p̄det sumptus, nec restituet illas operas, secus si essent percepti post 25. annum, quia sumptus perderet & fructus restitueret, & potest esse ratio diuersa ab illa quæ ponit gl. quia tales fructus percepti ante 25. annum præsumuntur pauci, & parum ualere, & ideo æquum est, q̄ compensentur cū sumptibus. quorum occasione prouenerūt. Ex quo sequeretur q̄ si plus ualere, uel essent, q̄ sumptus, illud plus restitueretur domino. Item si illi essent fructus. damnũ esset possessoris, & sic est hic casus, q̄ malæ fidei possessor non cõdemnatur ad fructus percipiendos, nec perdit expensas quas fecit, & s̄m hoc non proprie stat tex. post xx. Sed debet exponi. i. usque ad uicesimum, nã etiam si ante 25. annum ageret ad seruum, fieret dicta compensatio, unde sine ministerio poneretur post. Secundo modo pōt intelligi. ut stet proprie & loquitur in bonæ fidei possessore, qui regulariter compensat fructus cum sumptibus usque ad concurrentem q̄titatem, ut j. eo. l. sumptus. hoc est uerum in fructibus aliarum rerum, q̄ hominis. Fructus autem hois perceptos aũ 25. annum non tenetur compensare, quia præsumuntur pauci, ut hic, sed debet eos lucrari, cum bonæ fidei possessori quarantur ex opera serui. & ex re sua, ut l. qui bonafide, de acq. rer. dom. & C. eo. l. j. nec compensat, ut dixi. nisi illis duobus concurrentibus. q̄ aũ 25. annum sint percepti, & quod ex artificio, qd̄ didicit sumptu possessoris. vñ & fructus lucrati. & sumptus recuperat in ca-

fibus. l. nisi & l. px. post 25. ann. uero, licet sit casus in quo possit sumptus recuperare, tñ dēt compensare cum fructibus. ex tunc perceptis. ut hic, & j. eo. l. sumptus, ita subtiliter potest intelligi. l. ista. & secundum ambas lect. non est alibi. Paulus.

L E X XXXIII.

- 1 *Rei uendicatione qui agit fortiori iuri inuitur, q̄ qui hereditatis petitione.*
- 2 *Rem meam si tu possideas cuius usus fructus ad tertium pertineat, & contra te ad eandem agam, tu ad rem restituendam teneris una cum fructibus, & si alius sit usus fructus, quoniam aduersus me non potes de iure tertij allegare.*
- 3 *Vsufructuaris nec dum, præstita de rectè utendo cautione, an fructus suos faciat.*
- 4 *Fructus in iure uarij sunt.*
- 5 *Titulum qui habeat nec ne quo ad fructus suos faciend. quid referat. Et qui suos fructus facit, anteneatur illos restituere, nu. seq. Et bonafides quo tempore requiritur. nu. 7.*

FRuctus non. Malæ fidei possessor tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi honestè poterunt, si sui culpa, uel dolo percepti non sunt, et si res petita pempta sit. Item licet a principio habuerit, cãm possidendi, & fructus percipiendi, deficiente cã ex tunc tenet ad fructus, & eõ si a principio cãm non habuerit, supueniente cã liberat. h. d. cū l. seq. & prin. se. Et no. q̄ primũ dcm. l. q̄ teneat de percipiendis hēt locũ s̄m gl. q̄ malæ fidei possessor non hēt titulũ, aũs a percipiendis excusat, ut C. eo. l. si fundum. Vbi dñ, ipm de perceptis teneri. nō de percipiendis, sed Pe. & Moderni Docto. hoc nō tenet, quia titulus nō excusat eũ a culpa, ex quo est malæ fidei, nō. n. dēt negligere. nec obit. l. si fundũ. quia licet dicat de perceptis, nō negat de percipiendis, est tñ casus in quo de percipiendis non tenet. ut s. eo. l. cæterum. Item s̄m gl. dēt intelligi hoc primum dictum, q̄ tenetur de percipiendis ab ipso petitor, ut j. eo. l. si autem. §. si. p̄ quo vñ casus in l. apud Jul. §. j. de l. j. Sed in q̄rium facit, q̄ intelligat de percipiendis ab ipso possessore. s. de pe. hæ. l. sed & si l. s. q̄ autem ait in secundo respon. & eo. ti. C. de rei ven. l. domum. dic s̄m Docto. q̄ in petitione h̄ditatis tenet de percipiendis ab ipso possessore tñ, sed in rei uendicatione tenetur de percipiendis ab utroque, & in electione actoris est petere percipiendos a se, uel a possessore, quia fortiori iure inuitur qui agit rei uendicatione, cū dicat se dominum, q̄ qui pe. hæ. qui se dominum non dicit, ut patet in l. & non tantum. s. de pe. hæ. Item no. glo. si. huius l. fructus, q̄ tenet, q̄ si tu possides rem meam, cuius usus fructus pertinet ad Titium, & ego agam contra te, teneris mihi restituere rem cum fructibus quia non potes allegare contra me de iure illius Titij, nam quo ad te liberã rem habeo l. loci corpus. s. competit, si serui. uend. similis gl. est j. si ager uecti. l. 2. quod est uerum s̄m lac. Butr. & Bar. de fructibus iam perceptis per te. Nam illi sunt mei ex quo nomine usufructuarii non sunt percepti, ut l. si fur. j. de usufr. Sed de percipiendis non teneris, quia non potuerunt honestè peti per me, cum pertineat ad alium, ut in prin. l. & vide omnino quod no. in l. indebiti. §. sed si nummi. j. de condi. indeb. ubi subtiliter declarat hanc gl. & per Guil. de Cug. C. eo. l. solennibus. Vltimo de materia mag. gl. quæ est in l. & ex diuerso. dic, ut hic per Bar. & C. eo. l. certum. per Pet. & Cy. qui multum plene, & perfectè loquuntur. dic tñ q̄ ista gl. multipr̄ diuidit, & quodlibet dictum indiget suppletionem s̄m dicta eorum, & primo glo. format contrarium de luxori. de usufr. leg. de hoc an usufructuaris faciat fructus suos aũ cautionem, dic ut in d. l. vx. per Bar. & p̄ Cyn. in l. usufr. C. de usufr. & ponit Io. de Sado. in l. hac edictali. §. ijs illud adiungimus. de secun. nu. Itẽ ulterius prosequendo in gl. distingue s̄m Doct. q̄ fructuũ alij sunt ciuiles, qui ueniunt ex industria psonæ, & non ex re, ut sunt p̄siones domorũ, & usuræ. Alii dñr naturales, & isti sunt duplices, naturales, & industriales, ut i gl. p̄ quo l. si nauis. j. e. & l. utra pecunię. de ver. si. Itẽ ut dicit gl. alij sunt pcepti & c. Item percepti a bonæ fidei possessore, & c. ista gl. communiter reprobat, quia l. si usufructuaris messem, quã gl. alle. hēt duos intellectus, & iste nō est uerus, & ideo dic s̄m Doct. q̄ bonæ fidei possessor facit fructus suos a solo separatos, siue nomine suo fuerint separati, siue nomine alterius, ut l. si seruus communis. §. locauit. j. de fur. usufructuaris autem ita demum si nomine suo sint pcepti & a solo separati. Nec distinguitur utrum in horreo positi, & c. ut l. si fur decerpserit. j. de usufr. qualiter at dicant percipiendi, utrum a possessore, uel dño, dic ut s. dixi. Item ponit diuisionem, q̄ qdã hnt titulũ, quod no. tu adde, q̄ alij sũt in malafide sp̄, qdã in bonafide semp, qdã vno tpe in bonafide, alio in mala, ut j. subiiciet de oibus. Quid autem refert utrũ q̄ habeat titulũ, uel nō. j. subiiciet, & uide quod dixi in l. sed & si l. §. si aũ litem. s. de pe. hæ. gl. vltimus dicit, q̄ nullus possessor est bonæ fidei. facit fructus naturales suos. Sed Bald. oppo. de l. bonæ fidei. in prin. de acq. rer. do. nec so. gl. est uera. & iō dic, q̄ aut possessor habet titulũ, & bonam fidem, & lucratur, ut in contra.

aut

aut non habet titulum, vel inualidum, & nō lucratur: ita intelligunt Doc. l. fructus. & de vsufr. industriales uero bonæ fidei faciunt suos, de quo dic, ut in gl. Sed q̄ritur si illos, quos facit suos, teneat restituere, si extant, non est dubium: sed q̄n sunt consumpti, de hoc sunt opi. quia gl. hic dicit, q̄ facit suos p̄ cultura, & cura. simili gl. est Insti. de offi. iud. in prin. licet sit gl. Tria Insti. de rer. diuis. §. si quis a non dño. Cy. in d. l. certū. dicit, q̄ aut loquimur in pet. hær. & in hoc casu, quia pretiū succedit loco rei, ut l. si rem. §. de peti. hær. tenetur, quatenus est factus locupletior. Sed in rei uen. non subest illa rō, & ideo ipsos lucratur. Bar. tñ hoc nō tenet, dicens q̄ quoties quis ex re mea, uel mihi debita aliquid lucratur, quo ad illud tenetur condictione sine cā, ut l. si & me, & Titium si cer. pet. pro quo alle. l. indebiti, de cond. inde. Sed ego teneo gl. hic in rei uend. q̄ consumptos ēt in quib. est factus locupletior, lucratur, & h. d. l. 3. post lit. j. si. regun. cui non uideo rñsionem, p̄ quo l. sumptus. j. e. que nihil aliud uult, facit §. si quis a non dño alle. Item dum gl. quærit, in quo tpe requiritur bonæ fides, quæritur nunquid post malam fidem superuenientem, quis faciat fructus suos? dic, q̄ aut mutatur persona, & tūc pp̄ malam fidem superuenientem in persona mutata non facit fructus suos, ut l. q̄ si tum. in prin. de acq. rer. do. Aut non mutatur persona, & tūc aut est uera malæ fides, & possessor non facit suos, ut l. bonæ fidei. in prin. d. l. j. de acq. rer. do. Aut ficta, & facit suos, ut l. qui scit. §. si. j. de vsur. Sed Doct. quærent, an quis malæ fidei possessor pp̄ titulū excusetur? dic, ut s. dixi, & ita limita gl. istam. Paul. de Cast.

L E X XXXVI.

- 1 *Rei uendicatione agens, qui petere, & iudex qualiter pronuntiare debeat. Et quid de libello in quo dominus non petit se dominum declarari, sed aduersarium condemnari: num iudex poterit cum eo, nil obstante dominum declarare. nu. 2. & 3.*
- 4 *Sententia super re, pro actore lata, an ad fructus, quoq; prorogetur. Et quid in absolutoria pro reo, an super re lata in fructibus pariat exceptionem.*
- 3 *Fructus si actionis iure petantur nempe rei uen. aut cond. sine causa, num tūc actio, qua petuntur cumulari possit cum actione, qua res petitur. Et ibidem regula de duabus act. an cumulari queant.*

ET ex diuerso.

§. Vbi autem. Sententia super principali ēt erronea facit ius ēt in fructibus. h. d.

- 1 Et est no. §. Nota tria. Primo in uerbo declarauit, q̄ in rei uend. petit, quis se declarari dñm, & iudex eodem mō debet pronuntiare. Idem in qualibet alia actione reali, ut l. sicuti. §. sed si quærat, si serui uen. uel mista, ut l. licet minimā, de pet. hær. p̄cedit tñ fili bellus fm Bar. in quo quis narrat se dñm, & petit reum p̄demnari ad restōnem rei, licet non petat se dñm declarari, ar. s. eo. l. j. §. si. ubi dicit, q̄ petitur res. Nam hoc ipso v̄ se dicerē dñm, & si iudex condemnaret ad restōnem rei: uideretur ipsum dñm declarare, ut C. de ord. iud. l. j. Item no. q̄ eodem errore, quo determinatur principale, v̄ determinatum accessorium in fauorē actoris, sic & in fauorem rei: nam si agit quis, & succumbit indebitē: incidit in penam, ac si debitē succubisset, ut l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obl. fm unū intel. quod dic, ut ibi per Bar. & l. l. j. de cōd. inde. Sed circa primum no. q̄ro, quid si peto rem meā, q̄ possidet Titius, tñ non peto me dñm declarari, vtrum iudex in snia possit me declarare dñm? v̄, q̄ non, quia non est petitum, ut l. ut fundus. j. cōi diuid. Et quod no. per Inno. in c. ex conque. de resti. spo. Tria sunt uerum, quia licet non petierim expressē: uideor petisse tacitē, de quo est casus cum gl. Inno. in c. cū ecclesia futrina. de cau. pos. & proprietaria. ubi illi clerici petebant electionem factā eis contemptis cassari rōne iuris, & quasi possessionis quā dicebant se h̄re in interueniendo electioni, nec petebāt pronuntiare se esse in quasi possessione. Sed adducebant illud p̄ modum causæ ad primam petitionē, & tñ Papa non solum cassauit electionē, sed ēt pronuntiauit eos fore in quasi possessione, q̄ non erat principr̄ petitum. Ex quo dico, q̄ si dñs directus petijt rem emphyteuticam, quia incidit in p̄missum. non solum iudex p̄t declarare, rem ad ipsum pertinere, sed ēt rem incidisse in cōmissum: licet non esset principr̄ petitū, sed per modū causæ adductū, & ita pridie in quadam q̄one de facto pronuntiaui. Tertiō no. q̄ snia lata super re pro actore, facit ius in fructibus. q̄ intelligit gl. ēt in alia instantia. Vnde si ageretur noua rei uendi. p̄ fructibus. sufficeret ad fundandā intentionē actoris snia lata super re, & eō, absolutoria lata pro reo in re parit excep. rei iudi. in fructibus. ut l. fundi. j. de exce. Ex quo sequitur, q̄ si fructus petantur iure actionis, puta, rei uendi. vel condōne sine causa, non potest illa actio cumulari eodem libello cum rei uendi. intentata pro re, quia hæc est regula, q̄ q̄n duæ actiones sic se h̄nt, q̄ snia lata in una, facit ius in alia, uel exceptionem parit, cumulari nō p̄nt, ut d. l. fundi, & l. fundum, de except. ut plenē not. in l. edita. C. de eden. Secus si peteretur offi. iud. fm Bar. hic, & est rō vltra eum,

quia q̄n petuntur iure actionis, v̄ actor petere, q̄ procedatur sibi per utrunque, & sic, q̄ admittatur ad probandum fructus ad se pertinere, anteq̄ probet super re, vel eodem tpe, quod esse non debet, quia causa rei præcedit causam fructuum. non. n. possunt fructus pertinere, nisi res pertineat, ergo de illo primo est cogno scendum. Sed cum intentat offi. iud. uidetur petere, q̄ primo finiat causa rei, & postea per officium cogatur ad fructus, & sic nihil inordinatē petit, cætera dic, ut hic per Bar. Pau. de Cast.

§. Petitor. Qui soluit litis æstimationem cum posset restituere rem, de euictione non tenetur. Item res, quæ non possunt sine interitu diuidi, possunt peti pro parte pro indiuiso. h. d. Circa primum dictum quæritur, an saltem de euictione teneatur? glo. dicit hic, quod sic. de hoc dic, ut l. litis æstimatio. infra pro empto. Paul.

L E X XXXVII.

Qui petito. In hac actione debet reus interrogari, vtrū possideat, ne iudicium sit frustratoriu. Itē post lit. conte. tenetur possessor de culpa. h. d. usque ad fi. No. q̄ positioni criminosa est respondendum, de quo per Bar. in l. Marcellus. rer. amo. Pau. de Cast.

L E X XXXVIII.

Iulianus. Possessor qui a principio fuit bonæ fidei, & ex postfacto est malæ fidei, expensas utiles in faciendo de nouo non recuperat, sed si fieri potest, sine dispendio rei, permittitur sibi tollere. h. d. Si tamen dominus non permitteret tolli, debet expensas restituere, ut s. eo. l. siue autem. §. in repetita. si autem possessor fuisset semper bonæ fidei, locum habet l. j. proxima. Si uero semper malæ fidei, uideretur donare, ut Insti. de rer. diui. §. ex diuerso. quod dic, ut in glo.

L E X XXXIX.

- 1 *Aduocatus qui in sua causa suo duntaxat patrocinio est usus, num ab aduersario expensas, quasi alieno consilio usus petere queat.*
- 2 *Debitum frustra petit, qui quod debet, non obseruat.*
- 3 *Sententia sub conditione, an ferri queat, & an iudex possit actorem reo excipienti in expensis condemnare.*

IN fundo alieno. Ista est no. lex possessor bonæ fidei expensas utiles ope exceptionis recuperat, si petitor erat eadem facturus, uel erat uenditurus, & p̄pter illas maius pretium percepturus. Sed extra istos casus si petitor erat pauper, ut expensas non possit soluere, nisi uendat lares proprios, & possessiones parentum, non cogitur expensas reddere, sed possessori permittitur auferre cū triplici tñ modificatione, s. ne tñ ex hoc res efficiatur deterior. Itē nisi dñs uelit tñ dare, quantum esset cōsecutus ex eo, q̄ tollit. Item nisi ex hoc, q̄ tollit, nullum commodum habiturus est. nam his casibus tollere nō permittit. h. d. sunt ergo duo casus, hic expressi, in quibus recuperantur ope exceptionis. s. cum dñs erat facturus, & iste limitat in tex. nam tūc recuperant, quatenus res est effecta melior, & quatenus expendit possessor. Nam si expenderet r. s. & non efficeret melior, nisi in x. sola x. repetunt, nō plus: & eō, si expenderet x. & efficeret melior in xv. sola x. repetet q̄a non plus expendit. Ex quo no. q̄ utilitatem, q̄ sum p̄ te consecutus, non potes a me repetere, si sine damno, vel expensa consecutus sum: esset enim illud merē inuidiosum, facit l. 2. §. idē va rus. de aqua plu. arcen. quod facit ad q. j. de aduocato, vel p̄curatore, qui ducit cām suā in propria p̄sona, nec indiguit alio aduocato, vel p̄curatore, q̄ si obtineat, non possit recuperare expensas, quas fecisset in alio procuratore, vel aduocato, si ipse p̄curator, vel aduocatus nō fuisset: nā cū nihil expenderit, nihil petere p̄t. Scd̄ casus est, q̄n dñs erat uenditurus: vel est maius p̄tium cōsecutus, & idem p̄ omnia, q̄ in primo ut hic in fil. Tertius casus colligit a Tria sensu in uerbo pauperē. Nā si erat diues, v̄ nō erat paup, q̄ necesse esset sibi uendere lares paternos, teneat expensas restituere fm gl. & Bar. An autē esset uenditurus, vel aliàs facturus, vel diues aut paup, iudex hoc cōsiderabit variē ex p̄sonis & causis. Sed certē est & quartus casus, in quo p̄nt recuperari. s. cū fuit actori denuntiātū anteq̄ fierent. ut s. eo. l. aut si añ. p̄ quā supplet hæc l. fm Bar. Itē q̄d hic d̄r de abrasione, h̄t locū in his, q̄ p̄nt abradi, aliàs secus, ut s. eo. l. sinaūt. §. si. quo casu ēt si dñs sit diues nō recuperant, sed perdunt fm gl. ibi, & Bar. hic. q̄d nō placet ut ibi dixi. Ultimo de mā huius l. uide p̄ gl. Insti. de rerum diui. §. ex diuerso. & p̄ Doc. C. e. l. domum. & no. q̄ gl. mag. primo ponit practicam qualiter iudex procedet in faciendo refundi expensas in casibus in quibus refundi debent. Secundo ponit duplicē diuisionem expensarum. Tertio ponit distinctionem qualiter recuperant. scd̄a ibi, & q̄a de impensis. tertia ibi, de impensis ergo. In prima parte dicit gl. q̄ iudex interloquendo admonebit actorem, si uult habere sniam, similis admonitio fit ex parte rei, ut not. j. de action. emp. l. j. in prin. & C. loca. l. quod actorū. Si uero non uult soluere, dicit gl. q̄ cōdemnabit reum ad restōnem rei restitutus sibi

sibi expensis, & benedicit, facit in simili l. si constante. s. quoties. sol. mat. ex qua gl. no. duo. Primo, q̄ licet actor non adimpleat illud ad quod tenetur, tamen fertur sententia pro eo, q̄ est uerū, quando per illud ad quod tenetur, non erat actio suspensa, uel enfa, sicut hic: licet enim teneatur ad expensas, tamen rei uendi. habet, quia illa exceptio non contingit de directo rei uendi. secus si contingeret, & sic eam suspenderet, ut in emptore, qui petit re uenditam antequam soluat pretium, non enim debet pro eo ferri sententia, nisi pretium soluatur, cum actio ex empto sit suspensa, antequam soluatur pretium, ut j. de act. emp. l. iul. §. offerri, & sic malè ageret ante conditionis euentum, maximè cū sit in eius potestate adimplere, ut j. de ædil. edic. l. bouem. §. sub cōditione. Nec obst. quod no. Inn. de plus pe. c. j. quia loquitur in alio casu, cum agebatur ante diē, ad hoc facit, quod dici solet. frustra petit debitum, qui quod debet nō obseruat, ut no. de mutu. pe. c. j. in gl. & de elect. significasti. Secundo † no. sententiam ferri posse sub condi. intrinseca, de quo not. C. de sententijs, & inter. l. cum iud. & l. cum eorum: nam hoc est uerum. q̄ iudex potest actorem condemnare ad soluendum impensas uigore exceptionis propositæ per reum quod etiā uidetur sentire Bart. quod est falsum: nā cum proponitur aliqua exceptio concernens aliam rem, quā petitam ad excludendum actorem, non potest reus ex illa confesse qui, nisi exclusionem actoris, non autē potest uigore illius actori condemnari, ut in c. cum dilectus. circa fi. de ord. cog. ubi est casus contra hanc gl. & no. eo. ti. c. si. secus si concerneret rem petitam, ut puta, si ago rei uendi. contra te: tu excipis, q̄ tu es dñs rei: nam si non probo, tu uero assumis in te onus probandi, & probas rem ad te pertinere: ferretur pro te sententia declaratoria. sicut si principaliter egisses, ut no. j. de prob. l. circa. in gl. ord. licet de hoc sit disceptatio magna inter Inn. & Host. in c. ex conquest. de resti. spol. teneas ergo præcedentem opi. Et prædicta uera q̄ ex empto impensa opponitur ante sententiam. Sed certè etiam post sententiam in executione potest implorari iudicis officium, ut l. si. §. de pet. hær. secundum Bar. ut hic, & ibi. Paulus.

L E X XL.

Redemptores. Quod quis de suo cemento locādo suas operas ædificat in alieno, efficitur illius, in cuius solo ædificatur. Item si res, quam mulier nulliter intercedendo obligauit, uendatur per creditorem: non perdit mulier dominium. h. d. cum l. seq.

L E X XLII.

- 1 *Dominium sine traditione, quandoque transferri.*
- 2 *Dominium & si auocari speretur, dominus tamen antequam auocetur, uendi care potest.*

Siquis. Qui emit sub pacto adiectionis in diem, ante cōditionis euentum est dominus, & uendicare potest, sed post euentum conditionis ipso iure definit esse dominus, & reuertitur dominium ad uenditorem etiam sine noua retraditione. h. d. no. † casum in quo transfertur dominium, sine traditione. Alios casus ponit gl. j. eo. l. si ager, & adde quod dixi s. etiam in rub. Item † no. q̄ licet dominium speretur auocari, tamen dominus potest uendicare, antequā auocetur, uel per datur, facit l. non ideo minus. j. eo. nam speratur debere perpetuo durare, quousq; contrariū appareat, facit l. sufficit. j. de condi. ind. & l. iuris peritos, in prin. de excu. tut. Paul. de Cast.

§. Si seruus. Res aliena mihi uendita de uoluntate domini expressa, uel tacita, per illum qui habebat liberam administrationem, efficitur mea. h. d. Et not. gl. quæ dicit, q̄ habens liberam administrationem in genere uendit tacita uoluntate domini. Ex quo sequitur, q̄ illa, quæ comprehenduntur, sub uerbis generalibus dicuntur tacite comprehendendi, per quod uidetur, q̄ substitutiones speciales, ut vulgaris, & pupillaris, quæ comprehenduntur in compendiosa, quæ uerbis generalibus fit, dicantur comprehendendi tacite, quod est uerū quantum ad uerba specifica, sed quantum ad mentem dicuntur expressè, & ideo pupillaris comprehensa in compendiosa excludit matrem, de quo dic, ut l. centurio. & l. Lucius. de vulg. & pupil.

L E X XLIII.

- 1 *Hæres ex lite conte. aduersus defunctum, an condemnari possit, & quatenus.*

Si in rem. Si possessor lit. conte. decesserit, quo ad rem principaliter petitam non transit instantia in hæredem, nec condemnari debet, nisi ad ipsum peruenerit possessio. sed quo ad illa, quæ defunctus si post lit. contestata. desisset possidere, ueniebat absoluendus. ut s. l. si autem. s. posside. ita, & hæres eius, si non peruenerit ad eum possessio. si autem peruenerit, tunc ex eadem instantia uenerit condemnatus, postquam lis erat contest. contra. defunctum, ut j. eod. l. si in rem. Sed si non fuisset conte. tunc esset necessarium nouum iudicium, quia non conuenitur, ut hæres, sed ut quilibet possessor. Vnde citationes, & alij actus facti citra contestationem, nihil ualent, quo ad hæredem, ad hoc j. eo. l. si possessor, & l. de eo. §. si. j. ad exhiben. Item no. quia † si lit. conte. contra defunctum non

condemnatur hæres, nisi peruenerit ad eum possessio. Sequitur, q̄ si sunt tres hæredes, & ad unum ipsorum tota res peruenerit, ipse solus est condemnandus, & alij non. Ex quo sequitur aliud, q̄ licet condemnatur tanquam hæres propter contestationem factam contra defunctum, non tamen condemnatur pro hæreditaria portione, sed in solidum, ex quo habet facultatem in solidum restituendi. Nec est hoc inconueniens in actionibus realibus, uel in rē scriptis, nā & alias hoc uidemus in mere personalibus. ut j. cōmo. l. 3. §. si hēs. & de vi, & vi ar. l. si plures. vñ ergo hic casus pro opi. lo. quam ponit in l. 2. §. si. de præto. stipu. licet ista l. ibi non alleg. in gl. Tertio no. in eo, quod dicit, si quid ex persona defuncti dolo. & etiam potest intelligi duob. mod. Primo cū defunctus dolo desijt possidere post lit. conte. nam tunc cōdemnatur hæres, licet non peruenerit ad eū possessio. & dic condemnari ex eadem instantia uigore utilis actionis in rem, quæ competebar † defunctum. Si uero ante lit. conte. desijt dolo possidere. tunc illa utilis actio non trāsiret ad hñdem, sed daretur noua actio in factum, ut s. e. l. cum autem, & ideo nouum iudiciū oportet inchoare, & ita debet intelligi gl. maior. in fi. Secundo pōt intelligi, q̄ aliquid dolo cōmisit circa accessoria rei, ut quia dolo fructus percepit s̄m gl. quod non placet, quia tunc ēt si sine dolo uel culpa percepisset, condemnaret hæres ad ipsos, si ad eū peruenerit. Ideo pone clarius, cum defunctus post lit. conte. rē deteriorauit, quæ deterioratio uenit officio iud. ut s. eo. l. non solum. unde licet ad hñdem non peruenerit possessio, & sic nō possit ferri sn̄a contra eum super principali, ferretur super isto accessorio, quia per conte. litem, sicut erat perpetuum iudi. officium mercenarium † ipsum defunctum, licet res periret, ita, & † hæredem, ut ex eadem instantia possit condemnari, ut s. e. l. utique. Si uero lis non esset contestata, necesse esset mouere contra hæredem actionem legis Aquiliæ, quia iudicis officium non daretur contra eum, ex quo non peruenerit possessio rei principalis, ita intelligas istam subtilem, l. cum gl. sua. Paulus.

L X X XLIII.

Quæ religiosus. Si res mea facto meo uel uoluntate mea iuncta sit loco religioso, efficitur religiosa, & perdo dominiū, nec reuertitur amplius ad me, licet separetur: competit tamen mihi actio in factū contra possidentem, secus si coniuncta sit sine mea uoluntate, quia tñc nō desino esse dominus, & quandoque separetur uēdicare possum. h. d. No. ad illud quod dicunt ius patronatus non esse spirituale, sed spirituali annexum, tamen idem censetur de eo, quod de spirituali. ut in c. quanto. de iud. hæc tamen l. uidetur probare, quod debeat dici spirituale.

L E X XLV.

Fructus pendentes. Per hanc l. probatur, q̄ proposita rei uendicatione uideatur proposita etiam ad fructus pendentes, licet expresse non sint petiti, adde l. si. quæ in fraudē credi. Pau. de Cast.

L E X XLVI.

- 1 *Bonæ fidei possessor an dolum committere possit, & respectu cuius.*
- 2 *Dolus ante litem contestatam commissus, quo remedio in iudicium ueniat. Et an eo casu possessor iudicis officio cauere compellatur. nu. 3. Iudicis officium etiam contra confessum ante litem contest. implorari, ut de soluendo præceptum fiat.*

Si homo. Ista est subtilis l. & gl. non intellexit eam, legitur duobus modis in gloss. & tertio modo extra gl. Et ista uarietas processit propter uerbum conuentionem, & uerbum dolo, quæ sunt in litera, in quibus aliqui faciebant magnam uim. Secundum primam lect. h. d. possessor quia principio fuit bonæ fidei, & ex post facto malæ fidei tenetur de dolo commissio post citationem, & ante li. cont. sed si semper fuit malæ fidei, tenetur de dolo & culpa, & idem post litem contestatam. h. d. secundum aliquos. Volunt ergo isti, q̄ ante citationem non teneatur, etiam de dolo propter bonam fidem, quā semel habuit, licet superuenerit mala fides. sed post citationem ante contestationem teneatur de solo dolo. Et hoc colligebant ipsi, ex uerbo conuentionem, qua constituitur quis in mora, quo ad quid, licet in plus constituatur per contestationem. Hæc lectura non placet gl. in quantum dicit, ipsum non teneri de dolo commissio ante citationem. nam immo tenetur, ut s. eo. l. si post acceptum, ubi cauet de dolo præterito, sed in omnibus alijs placet gl. Scdm gl. h. d. si possessor fuit semel bonæ fidei, licet factus malæ fidei uere, nō teneatur, nisi de solo dolo añ contestationē litis. Sed post lit. contest. uel si semper fuit malæ fidei, tenetur de dolo. & culpa. h. d. s̄m gl. Quod autem necessario debeat sic intelligi in eo, q̄ semel fuit bonæ fidei, & factus est malæ fidei, patet in lra dū loquit de bonæ fidei possessore, & postea dicit teneri de dolo ergo necesse est, q̄ superuenerit mala fides, aliās nō posset dolum committere, & hoc operat bonæ fides præcedens, ut de solo dolo teneat, ar. s. l. l. aliās inci. l. si in aliena. sed hæc lect. non est uera, nam

nam

nam si post malam fidem fictam, q̄ sit per litem contestatam tene-
ret de dolo, & culpa, ut in fi. l. ergo iortius post malam fidē uerā
q̄ plus operat, q̄ ficta, ut patet ex l. qui scit s. fi. de vsur. & de acq.
re. do. l. bonafide. s. per q̄rium, p̄ quas pater, q̄ post malam fidē
uerā tenetur, & no. s. e. l. & ex diuerso p̄ Doct. Item quia post ma-
lam fidem uerā indistincte tenetur possessor de iteritu, sed post
fictam non, sed cum distinctione, ut s. eo. l. item si uerberatum.
§ fi. & l. illud, de pe. hær. dēt ergo intelligi hoc, in eo, q̄ semper du-
rauit bonafidei. nec debuit moueri glo. ex illo uerbo dolo. nam
1 t̄t̄ bonafidei possessor potest dolum committere respectu rei,
licet non respectu domini, secundum Iaco. But. & dixi s. e. l. non
solum. Vnde legitur tertio modo secundum Doc. Bonafidei pos-
sessor non tenetur, nisi de dolo ante lit. cont. commissio, post lit.
vero contest. tenetur de dolo, & culpa, & idem si fuit malafidei,
de quibus cauere dēt cum rem ex conuentione. i. per q̄cordiam
restituit. h. d. secundum verum intellectum. Et no. glo. pen. quā
2 tenet, q̄ dolus commissus ante lit. cont. ueniat officio iudicis ta-
men debeat nominatim implorari in libello, quod intellige, ut
dēt actor omne interesse specificare, illa uero quæ post lit. cōt.
eueniunt, non sunt in libello specificanda, licet generalr possit
officium iudicis implorari ad illa, quæ post lit. contestatam eue-
niunt. immo si non fuerit imploratum in libello potest quando
cunque lite pendente implorari, secus in his quæ ante litem con-
testatam eueniunt, ita intelst l. edil. §. item sciendum, de edil. edic.
3 quæro t̄ pro intellectu tex. & gl. si dolus fuit commissus, antequā
sit deuentum ad iudicium, utrum possessor cogatur cauere præ-
cise per officium iudicis mercenarium? Respondeo, aut non fuit
ex post deuentum ad iudicium, ut quia possessor requisitus a me
extra iudicium, q̄ rem meam restitueret, confitetur ipsam esse
meam. & vult ipsam restituere, tamen non vult cauere, & tunc
non potest iudicis officium implorari, cum illud deseruiat actio-
ni, q̄ nec est proposita, nec sperat proponi, & sic non cogetur præ-
cise, sed cautatiue, sic, quia non teneor rem recipere, nisi caueat.
Et est effectus huius, q̄ a modo periret piculo suo, nam per illam
oblationem nō constituit me in mora & hoc est uerum, cum de
dāno adhuc nō cōstat, q̄ tunc admittit cautio, ut j. de statulibe.
l. statuliber rōnē. Si aut constaret, non cogeret me recipere rem,
nisi solueret ēt interesse, ut s. eo. l. non solum, & hic in glo. pe. ple-
ne per Per. & Cy. C. ad exhiben. l. exhibitionis, ubi omnino uide,
& ita potest intelligi opinio illorum, qui dicebant an conuentio-
nem non cauere, supple nisi postea conuentio sequat. Si uero se-
cuta sit conuentio, tunc aut interuenit, etiam contestatio, & nō
est dubium, q̄ cogitur etiam præcise per officium iudi. quod per
lit. conte. est corroboratum, ut s. eo. l. utique. Aut interuenit lo-
la conuentio. i. citatio, & tunc aut interuenit aliquod aliud q̄ p̄
contesta. & pro suā h̄r, ut confessio, quia possessor post citatio-
nes, & an contestationem cōfitei rem pertinere ad actorem, &
vult restituere, non t̄ cauere & tunc per offm̄ iudicis mercena-
rium pōt cogi. Casus est hic q̄m intelst gl. Aut talis q̄fessio non
interuenit, & tūc, licet citatio sit secuta postq̄ non est scā conte-
statio, nō pōt ad hoc iudicis offm̄ mercenariū implorari. Casus
est no. in c. significāte, de appella. Ex quib. patet singularis litatio
ad l. utique. s. eo. l. nam quod ibi d̄r, ut per lit. cont. corroboretur
offm̄ iudicis, locum hēt post confessionem. vnde si possessor co-
ram iudice confitetur rem ad me pertinere, & ante litem cōtest.
res pereat sine dolo, & culpa sua, possum implorare iudicis offi-
cium iudicis, ut faciat præceptum, q̄ restituat mihi fructus, &
4 partus. Ad hoc facit l. si debitori. s. de iudi. per t̄ q̄ probatur, q̄ q̄
confessum ēt ante lit. contest. imploratur iudicis officium mer-
cenarium, ut faciat præceptum de soluendo, q̄ officium d̄r tunc
deseruire actioni nondum proposita, sed proponenda, quæ pro-
posita habetur propter confessionem, tene menti, quia sunt no.
& in his consistit subtilitas huius l. prædicta, facit l. si domus. §. q̄
confitetur. j. de leg. j. Paulus.

L E X XLVII.

- 1 Transactio quandoque largè sumitur, & tunc quid importet.
- 2 Litis estimationem qui soluit rem ab alio possessam, quomodo ac quo remedio recuperet.

Eius rei quæ. In soluentem litis æstōnem transit
dñium rei p̄sentis, uel postea q̄ sita.
h. d. cum l. seq. Bar. quas declara, ut plenè per eū in l. j. j.
proxi. & tene istas l. mēti, q̄ sunt notabiles. Et no. ēt gl.
1 secundā huius l. primæ, q̄ dicit, q̄ uerbū transactio. largè sumitur
interdum pro omni actu per quem receditur a lite, licet res nō
sit dubia, ppriè uero q̄n res est dubia. Itē no. paruā glossellā in l.
hec si res, sup uerbo ex uoluntate, & qd̄ no. Bar. p̄ eam j. de vsuc.
2 l. cum solus. Vltimo j̄ quæro quō possit rem recuperare ab alio
iste, qui soluit litis æstōnem, utrum habeat aliquam actionem, re-
spondeo, aut ipse desijt possidere culpa, & tunc habet utilē actio-
nem sine cessione, ut no. j. e. l. proxi. Si culpa, & dolo, & tunc se-

cus, nec ēt dñs tenetur cedere. ut j. e. l. is qui. cum l. seq. licet de-
beat cauere, q̄ non impediatur eum, quo minus recuperet, ut hic,
q̄ intellige de recuperatione facti, postq̄ actionem nō hēt, quod
est notandum. Item adde, q̄ si dño istam cautionem non præsti-
tisset, cum adhuc remanserit dominus rei, possit rem petere a
quolibet possessore, non obstante, q̄ receperit æstōnem p̄ iurim
in litem, ut s. de pet. hær. l. nec ullam. §. item si quis dolo, & de so-
lu. l. Stichum. §. dolo. quæ leges faciunt multum q̄ istas, licet per
nullum signentur q̄riæ. Sed solue ut dixi.

L E X XLIX.

Sumptus In. Bonafidei possessor doli exceptione recu-
perat expensas, nisi computent cū fructi-
bus. h. d. Bar. Et p̄ istam l. bñ intellectam patet, q̄ bonafidei pos-
sessor lucrati fructus industriales p̄sumptos, nā si sp̄ale est in casu
isto, ut non lucretur: ergo in q̄rium est ius cōe, ut l. j. ad munic.

L E X XLIX.

Solum. Superficies cedit solo, sine quo esse non potest. &
quod superest ex re mea, meum est. h. d. not. q̄ pars
accedit parti principali, vide s. eo. l. in rem in fi.

L E X L.

- 1 Hæres antequam rerum heredit. possessio. apprehenderit pro rebus ipsis agere potest. Et quid de pralato electo, ac confirmato. necdum tamē possessionem, aut administrationem adeptus, an pro ecclesiæ suæ iuribus agere queat.
- 2 Dominium sine traditione quib. casib. transeat.

Si ager. Solus titulus inter uiuos non sufficit ad transfe-
rendū dñium, sed requirit tradō, secus in tit. hē-
reditario. h. d. Et no. q̄ h̄s anteq̄ apprehendat possessionē
1 rerū hæreditariū pōt agere pro ipsis reb. q̄ p̄ solā aditio-
nem acquisiuit ius in eis, facit in arg. q̄ platus postq̄ est electus,
& q̄firmatus, licet nondum receperit possessionem, uel admini-
strationem ecclesiæ, possit agere pro iurib. ecclesiæ suæ, quia p̄
solam q̄firmationem acquisiuit ius, ut in c. transmissam, de elec.
& ita determinat Inno. de cau. pos. & proprie cum super. qd̄ dic,
2 ut plene no. per eum. Item no. gl. magnam, q̄ enumerat casus, in
quib. trāsferitur dñium, sine traditione, & adde, q̄ possessio nūq̄,
sine apprehensione acquiri ēt in casib. istius gl. ut no. glo. j. pro-
fo. l. cum duob. §. idem rūdit. Pōt t̄n̄ introduci per consuetudinē
ut possessio acquirat sine reali apprehensione, interueniente t̄n̄
aliquo actu corporali, ut per traditionem modicæ terræ in sinu,
q̄ actus, licet de se non operetur traditionem possessionis, quia
non est ad hoc destinatus, sicut traditio clauium: ut l. clauib. de
q̄hen. emp. t̄n̄ existente consuetudine hoc operatur, ut in c. 2. de
consue. & ibi uide per Inno. Pau. de Cast.

L E X LI.

Si in rem. Si iudicium reale, post lit. contest. transferatur
in hæredē, uenit dolo, & culpa ipsius hæredis.
Item si possessor, ante lit. contesta. dolo desijt possidere, non pōt
hæres eius conueniri utili rei uendicatione, qua poterat ipse do-
lus, sed tenetur actione in factum, quatenus est locupletior h.
d. Adde quod dixi. s. eu. l. si in rem. Pro expeditione gl. si in rem.
opp. de l. & non tantum. §. si pro emptore. s. de pe. hær. quia ea,
quæ sumunt fundamentum ab hærede, non dicuntur hæredita-
ria, q̄rium tamen hic d̄r gl. dicit, q̄ illa fuit ratio dubitandi: & iō
dic, q̄ in his in quibus finis trahit ad se principium, finis non de-
nominatur a principio, ideo non dicuntur hæreditaria, q̄ finiun-
tur in persona hæredis, ut in contrario, sed ubi finis trahitur ad
principium, sicut est in iudicijs, quia tempus sententiæ trahit ad
tempus litis contest. ut l. fructus non solum. s. eo. actus denomi-
natur a persona defuncti, & ita non obst.

L E X LIII.

Si fundi possessor. In his, quæ continentur meo
fundo una elementatione,
separatio nō permittitur. h. d. Bar. dic̄ per omnia idem, q̄ in
exp̄sa facta in seruo, ut dixi s. eo. l. sin autem. §. fi. Ad hoc, ut
habeat dubium ista l. pone casum, q̄ dominus non erat als, hoc
facturus, nec uenditurus, nec diues, vnde per actionem doli nō
poterat possessor recuperare istas expensas, q̄ erant utiles. Sed
videbatur, q̄ deberet p̄mitti, sibi auferre, ut s. eo. l. in fundo. §. fin-
ge pauperem. Sed illud est uerum in his, quæ non cōtinent una
elementatione, ut in domo, quæ licet sit in fundo ædificata, nōn
tamen elementationem recipit a fundo, secus in plantatis, & se-
minatis,

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

minatis, quæ cum a terra elemententur, quasi unum, & idē cum terra efficiuntur.

L E X LIIII.

Inter officium. Sententia lata ꝑ clientulum in reali, non facit præiudicium aduocato, ad quem in ueritate res pertinebat. h. d. Quod est verum ēt si aduocatus hoc sciebat secundum gl. & est ratio, quia cum non haberet ius ab ipso clientulo, eius scientia, uel patientia, sibi non nocet, & quia non poterat eum prohibere, aliās secus. ut l. sæpe. de re iud. per quam declaratur hæc l. cum gl.

L E X LV.

- 1 Peculium, & si adeo diminutum sit, ut nisi res una in eo permanferit, non tamen sub peculij nomine uendicari posse.
- 2 Aptitudinem quam actum, quandoque magis spectari.

Si possessor. Si ad unum ex hrdibus possessoris in solidum res peruenit, in solidum condēnatur. Item uniuersitas iuris uendicari non pōt. h. d. cum l. seq. No. gl. in l. uendicatio. quæ dicit, q̄ licet in peculio nō remanserit, nisi una res, tamen nō potest uendicari sub nomine peculij, quia licet non contineat iura in actu, continet, tñ aptitudinem, uel habitum. No. ꝑ ergo aptitudinem magis inspiciendam, q̄ actum. facit ad q. de ecclesia parochiali, in qua defecerunt oēs parochiani, si nullus est, cui possint administrari ecclesiastica sacra, utrum desinat esse parochialis, q̄ est utile, q̄a si desinit, nisi faciat se pronuntiarī rector intra annum, p̄dit eam, als secus, ista gl. facit q̄ non desinat, q̄a magis est inspicienda aptitudo, q̄ actus, uel casus emergens, de hoc dic, ut in c. licet canon. de elec. lib. vj.

L E X LVII.

Is a quo. Si duo uendicat eandem rem ab eodem possessore primo ueniēti traditur præstita cautione. h. d. Bar. & est no. in l. quam declara per ea, quæ dixi s. de pe. hæ. l. pe. & per Inn. de testi. c. ueniens.

L E X LVIII.

A quo seruus. Si super eadem re duplex est iudicium. scilicet petitorium, & noxale, si primus uincitur in petitorio, res traditur præstita cautione. Si primus in noxali, tradetur simplr. h. d. Bar. & est l. no. ꝑ eum, & est gl. ꝑceden. l. Nam illa loquit, q̄n uterq. intentat iudicium reale, hic aut unus reale, alter personale respectu eiusdem rei, interdum uero uterq. personale, & loquitur l. si quis multis. ꝑ. de nox. Item ista l. ꝑcordat in duobus cum ꝑceden. primo quia hic, & ibi, res primo uincēti traditur, secūdo q̄a utrobq. durat iudicium inter uictum, & ꝑm petiorem, licet res sit tradita primo. Sed differt in trib. quia ibi ꝑstatur cautio de defendendo uictum aduersus ꝑm petiorem, hic tantum de restituendo, quod secundo petitori fuerit solutū. Secundo quia snia lata pro secundo petitore in casu leg. ꝑceden. mittitur executioni ꝑ primum uictorem, si præstitit cautionem iuxta ea, quæ dixi in l. pen. de pet. hæ. Sed hic tñ ꝑ uictum. Tertio quia in hac l. primo uicenti in noxali res traditur simpliciter. nulla præstita cautione. secus in l. ꝑceden.

L E X LIX.

- 1 Possessor malafidei, qui possidendi causam habet, an quas facit utiles expēsas donare uideatur.
- 2 Genitiuus in oratione in iure, an dominium necessario importet.

Habitator in. Qui habitat in domo aliena dñi voluntate, quod ibi ædificat, nō facit dñi. & iō separatim poterit uendicare. h. d. Bart. añ uero quam separetur, non uendicat, sed agit, ut liceat separe, ut l. sed addes. ꝑ. si inquilinus. ꝑ. loca. simile s. eod. l. in rem. ꝑ. item quæcunque. Et adde, quod no. ꝑ Pet. & Cy. C. eo. l. 2. qui dicunt ꝑ istam l. q̄ ꝑ malafidei possessor, q̄ hēt cām possidēdi, non vñ donare expen. vtilis, sed hic non loquit de possessore, sed conductore. Item non pōt dici malafidei, ex quo hēt iustam cām possidēdi. de quo per Bar. s. eo. l. in fundo. Nota ꝑ tex. in uerbo ad eorum ædificiorum, q̄ genitiuus non significat dominium, nam istæ fenestræ, & ostia dicuntur esse ædificiorum quousq. sūt coniuncta, & tñ sunt in dñio primi dñi. ergo non in dominio dñi ut sic dicam ædificiorum, uel dñi ipsorum. de quo dic, ut no. in rubr. de nou. oper. nunt. facit quod no. gl. in l. 2. s. de orig. iuris. & de hæred. insti. l. talem. ꝑ. si. & de rel. & sump. fune. l. 2.

L E X LX.

Quod infans. Actus infantis, vel furiosi impunitus est. h. d. Pau. de Ca.

L E X LXI.

Mutius. Quod adijcitur rei cām restōnis ipsi rei cedit, sed q̄a de nouo adijcitur. ꝑtinet ad dñium materiæ. h. d. Bar. Et no. hic, q̄ carina dñi principalior pars nauis. & iō q̄cqd si-

bi accedit, tanquam fundamento sibi cedit, sicut superficies, quæ accedit solo. No. aliud est facere, aliud reficere. ut l. j. s. pen. de iti. actuque priua.

L E X LXII.

- 1 Pensiones ac uectura usuraq; num sint fructus naturales.
- 2 Pensiones ac uecturas accessiones fauorabiles dici.
- 3 Possessor malafidei re ad usum destinatum utens, an de interitu teneatur.
- 4 Pecunia ad fenerandum apta nata non dicitur, unde fit, ut illicitum usura lucrum dicatur.

Si nauis. Ista est pulchra lex. & no. malafidei possessor teneatur ad accessiones ciuiles ēt nō perceptas, sed quæ percipi honestè potuerunt, ut sunt uecturæ nauium, & pensiones domorum, sed ad usuras non perceptas non tenetur. Item fructus percipiendi dñr, non q̄ a possessore, sed qui a petitore percipi potuerunt. h. d. tota l. Et no. ꝑ pensiones. & uecturæ, & ēt uiræ non dñr fructus naturales, sed ciuiles, quia nō proueniūt ex re, sed ex industria & ꝑctu hominis ꝑ rem. Oēs aut alii qui proueniunt ex re, dñr naturales, ut hic probatur. Sed ipsorum quidam sunt industriales, ut in quib. multa uertitur industria hominis. Quidam remanent simplici noīe naturalium, & sic probat hic distinctio Bar. quæ ponit. s. e. l. ex diuerso, q̄ ꝑctior est, quam distinct. gl. Item ꝑ no. ꝑ uecturæ, & pensiones dñr accessiones fauorabiles, & honestæ. & ideo ueniunt, si non fuerunt perceptæ, sed percipi potuerunt. usuræ autem dñr inhonestæ, & ideo non ueniunt, si non sunt perceptæ, & ista est melior rō inter usuras, & uecturas, q̄ illa, quam ponit litera, ut probat. s. eo. l. fructus non solum. & patebit in sequentibus. Tertio ꝑ no. ꝑ malafidei possessor non tenetur de interitu, q̄n uti re ad usum destinatum, & ideo tenetur ad fructus percipiēdos, ꝑm lram, sed hæc ratio nō est bona. nam in casu, quo malafidei possessor tenetur omnino de interitu, ut in casu l. illud. s. de pe. hæ. negare nō possumus, quin teneatur de fructibus percipiendis. tene ergo ꝑceden. rationem. Sed gl. quærit q̄uo potest esse, q̄ sit malafidei. poss. & non teneat de interitu ēt cāliē in d. l. illud. respondet duobus modis. Primo q̄a illud uerum, q̄n sūt temper malafidei, secus si a prin. bonafidei, & ex postfacto malafidei. q̄ non placet, ut dixi s. eo. item si uerberatum. s. si. uel alr dicit glo. loquitur de illo, qui erat uerè bonafidei, uel fictè malafidei ꝑ malam fidem illius, cui successit, quæ sibi nocet. ut ꝑ. ti. j. l. eum qui. s. in hac actione. & d̄ diuersis, & temp. præscrip. l. cum hæres. Sed non placet. nam uerum est, q̄ nocet sibi, quo ad præscriptionem, & sic, ut impediatur lucrū, nō autem quo ad pœnam, ut faciat eum teneri de fructibus percipiendis. cuius ꝑrium hic d̄, argu. de reg. iur. l. qui in alterius. Dic ergo, q̄ loquitur de illo, qui erat malafidei fictè per contestationem, qui non semp tenetur de casu, sed de percipiendis fructibus. ut hic, & s. e. l. item si uerberatum. s. si. & ibi dixi. Item no. quæto tex. coniuncta gl. q̄ ꝑ pecunia non est apta nata ad fenerandū & ideo usuræ dicuntur illicitum lucrum. Ultimo no. fin. qualiter intelligatur fructus percipiendi. & l. adde l. apud Iulia. s. j. de leg. j. & quod dixi s. eo. l. fructus.

L E X LXIII.

- 1 Beneficium quod abs te habeo, aduersus te intentare possum.
- 2 Actiones reales cedi posse. Et utilem actionem, quæ sine cessione competit, ꝑ ꝑriam esse, & directè præferri, contraque uerum dominum dari.

Si culpa. Ista est notabilis lex. & refert Bar. & Iac. But. ēt reperijt, & posuit omnia, quæ ponit Dy. in c. ꝑ possessore. de reg. iur. Bar. eam examinat in l. j. & l. litis est. ꝑ pro empto. & l. in depositi. de re iud. h. d. Ei qui culpa desijt possidere, & ꝑ hoc soluit æstōnem litis, & debet dominus cedere actiones suas ꝑ possessorem. Item & sine cessione habet utilē, quam potest intentare etiam ꝑ dominum, qui nō auditur, si uellet restituere æstōnem, quam percepit, & retinere in rem. h. d. no. Et sic no. ꝑ beneficium, quod habeo abs te, possum intētare ꝑ te. In contrarium facit l. amicissimos. s. Lucius. de exce. tu. circa quod dic, ut in prædictis locis per Doc. Cedat. no. ꝑ actiones reales ceduntur. Item nota, q̄ illa utilis actio, quæ competit sine cessione est prætoria, & præfertur directæ, & datur contra uerum dominum. Pau. de Cast.

L E X LXIII.

- 1 Beneficium qui sine titulo possedit, an ad omnes teneatur fructus, an uero ad uitam necessarios restituere non astringatur.

Cum in rem. Possessor malafidei restituere dēt oēm commoditatem rei, ēt q̄ in solo usu ꝑstit. h. d. Et tene ꝑm, & tertium intellm gl. ꝑm quē intellm est hic casus de eo, quod quærit gl. in c. cum super. de cau. ꝑof. & ꝑ ꝑrie, uidelicet, utrum ꝑ ille, q̄ possedit beneficium sine titulo debeat restituere omnes fructus, uel an saltem ad illos, qui fuerunt necessarii ad uitam suam non teneatur, nam certè, licet illi, q̄ sunt necessarii ad uitam consistant in solo usu, nihilominus tenet, ut hic. & ita determinat gl. ibi, licet non ita clarè. Paulus.

L E X

- 1 *Vsuras, cum quis pro alio soluit, perinde ab eo repetit, ac sortem.*
- 2 *Fructuum compensatio cum expensis necessarijs ad quas dominus compelli poterat, actionis iure fieri possit.*
- 3 *Res sub conditione legata si interim per heredem uendatur, dominium eius in emptorem transferri. Et eundem fructus lucri facere. Et in ultimis uoluntatibus conditionem non retrahit.*

EMPTOR Qui rem uendicat, det restituere possessori illud, quod conuersum est in utilitatem ipsius actoris, & et usuras, debent tñ fructus cum usuris compensari. h. d. & intellige gloss. de usuris futuris a tpe quo possessor soluit pecunã. secus in usuris præteritis, quas possessor soluit, quia cum illis non debet compensare fructus, sicut nec cum sorte soluta. Ex qua gl. no. duo. Primo q̄ cū q̄s soluit usuras p̄ alio, p̄t eas repetere tanquam sortē. facit c. peruenit. de fideiussor. unde non prohibetur repetere et de iure canonico. Secundo no. q̄ ista compensatio fructuū nō fit cum expensis necessarijs, ad quas dñs poterat compelli iure actionis, ut sunt debita. sed cū illis ad quas compelli non poterat sic. ut s. eo. sumptus. quod est nota. sic, & in alio est dñia iuxta ea, q̄ dixi in l. plane. de pe. hær. Itē no. eandem gl. in fi. q̄ si res legata sub conditione uendat, interim p̄ hærē transferat dñiū, & emptor lucratur oēs fructus p̄ceptos quousq̄ condō existat, quia illa condō non trahitur retro in p̄iudicium possessoris, quod singl. no. Adde q̄ no. in l. sed non legato. §. j. de leg. 2. & in l. j. ad Sylla. ubi hær. q̄ in ultimis uoluntatibus conditio retrahitur in legatis, secus in hæredis institutione. ut l. hæres quandoque. de acq. hæréd.

- 1 *Verba enuntiativa per modum cause enuntiat, num dispositionem inducāt.*

§. Ancillam quæ Res data filie in peculium, p̄fēctitium post mortem patris, non est sua præcipua, sed hæreditaria, nisi peculium sit sibi legatū, vel nisi contemplatione ipsius peculi fuerit ex hæredatus. quo casu tacite legatum vñ. h. d. no. Cum primo dicto concor. l. certum. C. fa. erc. Ex ultimo dicto no. ad quod sp̄ allegatur q̄t̄ verba enuntiativa prolata per modum causæ inducunt dispōnem. Quod est verum s̄m gl. ope exceptionis, non actionis: contrarium no. in l. si locer. §. Lucius. so. ma. ubi gl. tenet. q̄ et iure actionis, de quo p̄ Inn. in c. si. de suc. ab inte. & plene per Bar. in l. ex hac scriptura. de dona. dicit tamen Bart. q̄ licet habeat actionem, & exceptionem, tamen ex hoc tacito legato non transfertur dominium, ut hic, & l. seruū filij. in prin. alijs §. si. & melius. & ibi per Iaco. de Are. de leg. j. Paulus.

Non ideo. Potest quis rem uendicare, licet dominium eius ab eo speretur abire. h. d. facit l. si quis hac l. supra eo.

A tutore. Pecunia in domo vendita reperta, nō tanquam thesaurus, pertinet ad illum, ad quem prius pertinebat. h. d. Paulus.

- 1 *Iudex in fructibus quatenus condemnare debeat.*
- 2 *Principali determinato, an iudicis officium expiret.*
- 3 *Actiones personales omnes in quibus quis ad rei restitutionem, uel traditionem condemnatus est, nisi iudicis iussu restituantur, arbitrarias dici.*
- 4 *Actiones & si quedam sint in quibus, quis ad tradendum, uel faciendum, præcisè condemnari non debeat, si tamen condemnetur præcisè tradere, uel facere tenetur. unde fit iudicis sententia necessarium, quod alijs non erat.*
- 5 *Sententia diffinitiva ab interlocutoria qualiter dignoscatur. remissuè. Et an iudex delegatus sententiam suam exequatur.*

Qui restituere. In reali fit executio iudicis officio, p̄ qd̄ manu militari res aufertur possessori, si eam hēt. sed si dolo desit possidere condemnatur, quatenus in litem iuratur. Si verò culpa ad veram litem rei. æstōnem, uel interesse, & idem in personalibus, in quibus est condemnatus ad restōnem uel traditionem rei. h. d. no. Et no. primo ibi, & fructuum omnisque cãæ cōdemnatio fit. Et et̄ p̄iuncta glossella, quæ intelligit de fructib. p̄ceptis post sn̄iam, ut iudex possit in illis cōdēnare ex suo offō. Ex qua no. duo. Primo limitationē ad l. fructus. & l. Iul. scribit. §. j. s̄. eo. in quib. dñ. q̄t̄ iudex non det condemnare nisi ad fructus p̄ceptos usq̄, ad tps sn̄iæ, nam illud est uerum, qñ cōdemnat super principali, quo casu cōdēnatio fit iudicis officio mercenario deseruiendi actioni propositæ, quod non extenditur ad tēpus post sententiam. Sed cum sententia exequitur, tunc imploratur officium iudicis, s̄nobile, per quod poterit quis condemnari ad fructus post sententiã p̄ceptos, quod singulariter no. facit l. si. de

re iudic. Secundo not. limitationem ad l. r. C. de pos. & l. terminato. C. de fru. & lit. expen. in quibus dicit, q̄ terminato principali extinguitur officium iudicis, nam illud est uerū, quo ad illa quæ euenerunt ante sententiã secus in his, quæ euenerunt post sententiã, ad quæ p̄t nouum iudicis officium implorari, quod nunquam exeat mentem tuam. Item no. fin. l. p̄ quem dicit Bar. in l. in actionibus. j. de in litem iur. q̄ t̄ oēs actiones personales in quibus, q̄s est condemnatus ad rei traditionem, uel restitutionem, nisi de iussu iudicis restituantur, dñr arbitraria, ut possit in eis iurari in litem. & hoc p̄ istam qualitatem extrinsecam, quia iudicis offō non restituitur, uelut p̄ alias extrinsecas qualitates, dñr actio arbitraria. ut inst. de act. s̄. præterea. Item no. et̄ ex isto text. q̄t̄ licet sint aliquæ actiones in quibus non debeat condemnari præcisè ad tradendū. uel faciendū, ut est in actione ex empto, si tamen cōdēnetur, cogitur præcisè tradere, uel facere. Et sic sententia iudicis facit necessarium, quod aī non erat. & idem possit dici in omnibus obsonibus facti, in quibus præstando in teref se liberatur, ut l. si quis ab alio. de re iudi. nam si cōdemnatur ad factum, cogitur ad illud præcisè, quod singulariter not. Vltimo t̄ no. gl. si. quæ multum clarè docet, qualiter cognoscatur sententia diffinitiva ab interlocutoria. Et adde omnino gl. in c. si. de appel. in cle. Item no. ex eadem gl. circa si. quæ tenet, q̄ iudex delegatus non potest suam sententiam executioni mandare, & loquor de delegato ab inferiore a principe, sed dicit gl. q̄ dēt eam remittere ad ordinarium delegantem. contrarium tenet gloss. in c. si contra clericum. de foro compet. & ibi per Inn. & Ioā. And. Bar. autem tenet istam gl. in l. a diuo pio. in princ. de re iud. & ibi plene per eum.

Is qui. Ei qui dolo desit possidere, licet soluerit æstōnē, nō tenetur dñs actionem cedere, nec sibi competit utilis sine cessione. Item potest dominus remittere q̄ eum iuramentum in litem, & ueram æstimationem rei petere, uel interesse. h. d. vñ. ad l. si a Titio. uide quod no. per Bar. in l. j. pro empto. & per Dy. in c. pro possessore. de reg. iur.

- 1 *Ius uel dominium uenditori superueniens, an uenditionem confirmet.*
- 2 *Publiciana quandoque aduersus dominum datur.*

Si a titio. Ista lex est nota. & audiui a domino Bald. q̄ homo, allegabat tēper istam l. cum l. si a Titio. de exce. rei uen. & de exce. doli. l. apud Celsum. §. si a Titio. ad unum p̄positum, & singulare. h. d. cum quis uendit rem duobus, & tradit vni primo, tempore, quo non erat dominus alteri secundo, tempore, quo factus erat dominus, præfertur primus secundo, licet dominium non fuerit in primum translatum, sed in secundum, præfertur et̄ ipsi uendenti agenti, uel excipienti. h. d. no. Materiã huius l. examinat gl. j. ti. j. l. si quidē. in prin. Et t̄ no. primo q̄ ius, uel dominium superueniens uenditori confirmat uenditionem quod est uerum, ut ipsam de nouo implere teneatur, ut l. si quis alienam. j. de act. empt. Item quantum ad hoc, ut emptor et̄ antequam sit conditio impleta, perinde admittatur, ac si implata esset, tam contra ipsum uenditorem, q̄ t̄ eum, qui habuit ab eo, ut hic ut j. de exc. rei ven. l. si a Titio. & j. de exce. do. l. apud Celsum. §. si a Titio. non aut̄ quantum ad hoc, ut superueniente dominio uenditori statim emptor efficiebatur dominus, sine alia traditione, ut hic dicit gl. & patet hic in fi. l. ibi, aduersus exceptionem dominij, quod est uerum, nisi efficiebatur dominus ex causa, quæ licita sit. ut j. si certum petatur. l. proinde. Item hæc uera, quando fuit talis contractus, ex quo debeatur euctio, sicut est uenditio. secus si non debeatur, quia tunc non confirmatur ex superueniente dominio. ut l. si seruo. j. qui. & a quibus. Cetera circa istum passum dic, ut plene no. Bar. in l. cum vir prædium. j. de usucap. & adde l. si a Titio. j. de pig. cum gl. sua, quam omnino uide. Item t̄ no. casum in quo publiciana datur q̄ dominum. nam iste primus emptor, habebat publicianam, quam intentat cōtra uendentem factum postea dominum: uel q̄ secundum emptorem in quem fuit translatum dominium, & præfertur eis, ut hic patet. Tertio no. q̄ isto casu, quando publiciana præfertur directo dominio requiritur, quod pretium sit solutum, alias secus, ut j. ti. j. l. pretio. In tex. traditus sit. subaudi, & postea cecidisti a possessione, quæ reuerfa est ad Sempronium dominum, cui successit ille Titius, qui tibi uendit, & eam alteri uendit, & tradit. unde uidebatur tibi præferendus, quia emit a uero domino, tu uero a non domino. Sed certe postquam factus est dominus, tenetur adimplere uenditionem, & ideo sicut admittetur cōtra ipsum uendentem, ut impleat, sic & contra ipsum, qui secundo emit ab eodem.

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

L E X LXXIII.

In speciali. In hac actione non cogitur quis respondere pro quota parte sit dominus, sed pro quota parte possidet. h. d. tex. cum gl.

L E X LXXIII.

Superficiario. Superficiarius habet utilē in rem prætoriam ad petendum superficiem. de hoc j. ti. si ager vectig. vel emphy. peta.

L E X LXXV.

Quæ de tota. Quod interest de toto, quod ad totum, idem de parte, quo ad partem. Ad hoc allegatur prin. Paul. de Cast.

1 Sententiam incertam admitti, sicut & libellum incertum, ubicunque res a principio, vel lite pendente aduersarij facto certificari nequit, aut ex ipsius rei natura.

§. Incertæ. Propter iustam cām ignorantia admittitur petitio partis incertæ. h. d. Et uide quod notat Inn. extra de sepul. c. certificari. & adde q̄ ubi cunq. non pōt res certificari, nec a principio, nec lite pendente pp̄ sc̄m aduersarij, vel pp̄ ipsius rei naturam, sicut admittitur libellus incertus, ita ēt sn̄a. ita potest intelligi. l. j. in fin. s. si pars hæred. pet. Si uero pendens iudicio pōt certificari, iudex debet curare, q̄ certificet. vt Inst. de act. §. curare. & nisi certificetur, non feret sententiam pro actore. ut s. eo. l. item Pomponi. scribit sibi frumentum. §. si & no. s. eo. l. 3. §. si. per gl. ita intellige gl. hic.

L E X LXVII.

Quædam. Cum quis conducit rem ab illo, qui donauit, v̄ ipsū possessionem transferre. idem si donatarius tempore donationis possidebat. h. d. Et uide quod no. p̄ Pet. & Cy. in l. cum falsā. C. de iur. & fac. igno. & de acq. poss. l. minus instructus. & no. gl. si. quæ dicit, q̄ cum quis reperitur in possessione rei & c. Pau. de Cast.

L E X LXXVII.

2 Uuæ atque Oliuæ, num fructus sint industriales. Et quid de pomis, si ex ipsis uinum fiat.

Si eius fundi. Legitur duobus modis. Primo in bonæfidei possessore. & s̄m primā lect. h. d. Bonæfidei possessor tenetur de fructib. p̄ceptis, q̄ efficiunt sibi statim, q̄ sunt a solo separati, licet non sint i horreo reconditi. Et iō tenet tunc dare. i. accipiētis facere. h. d. Et s̄m istam lect. facias uim in uerbo dare, quod est in l̄ra nam q̄rebat, an bonæfidei possessor teneatur fructus a solo separatos nōdum tñ reconditos dare dño rei. i. ipsius facere. Iul. ait, q̄ nō. q̄a non erat factus dñs. iō non poterat dñum transferre. nō tñ negabat quin essent restituendi dño. Sed Pau. j. quia fructus percepti efficiuntur bonæfidei possessoris. sed percepti dñr eo ipso, q̄ sunt a solo separati. & hoc intendit. Et dic, q̄ tenetur offō iudic. s̄m gl. Item no. s̄m hāc lectu. q̄ t̄ uua, & oliuæ sunt fructus industriales, ās per perceptionem non efficerent bonæfidei possessoris, cuius q̄rium hic uult. Sed de uuis non est dubiū, quia magna vertitur industria. de oliuis aut magis erat dubitandum, q̄a uidebantur naturales, sicut poma. Pōt dici, q̄ maior vertitur industria, q̄ in pomis, uel dic melius, q̄ oliuatter destinatur ad fructus industriales. soleum, q̄ sine industria non fit. & iō non consideratur p̄ se, sed habito respectu ad oleum. secus in pomis, q̄ ad aliū fructum non destinantur. Vñ forte secus esset in locis in quibus de pomis fit uinum. nam tunc poma censerentur fructus industriales, quia d̄r p̄siderari finis rei. ar. ad hoc le. qui res. §. mihi Romæ. de sol. & §. j. eo. l. Secundo modo legitur in malæfidei possessore. & h. d. malæfidei possessor tenetur de fructibus, ēt non perceptis si percipi potuerunt, quia pro perceptis h̄r in eius odium. Sed uere fructus dicuntur percepti, cum sunt a solo separati. h. d. coetera dic, ut no. in l. & ex diuerso. s. eo. ti.

L E X LXXVIII.

3 Posses. malæfidei de fruct. qui post rei interitum percipi potuissent, quousque teneatur.
4 Serui qui aliquandiu infirmus, apud possessorem fuerit, quatenus opera in petitionem ueniant. Et principali extincto extingui quo ad accessoria, iudicis officium qualiter intelligi debeat.

Si hominem. Si res petita, post litem contestatam perit sine dolo, & culpa bonæfidei possessoris non tenetur de fructibus, nisi usque ad tempus quo uixit. Item & pro illo tempore tenetur, quatenus perceptum fuit inspecto statu rei. h. d. & loquitur in bonæfidei possessore. nam j̄ malæfidei tenetur ēt de fructibus, qui post interitū

percipi potuerunt vsq. ad sn̄am si uixisset. s. eo. l. fructus. Itē loq̄t, q̄n post interitum non remanet actio ad pretium, ut quia penes dñm esset eo modo peritura. Si uero remaneret, ut quia eo. modo peritura non esset, quo casu per contestationem quo ad interitum v̄ in mora constitui, ut s. eo. l. Item si uerberatum. §. si. tūc adhuc teneret de fructib. vsq. ad sn̄am, ut s. eo. l. Iul. scribit. si hominem. §. j. v̄ intelligere gl. & sic ista l. limitat d. l. fructus. & l. Iul. quæ dñt possessorem teneri de fructib. rei peremptæ post lit. cōr. usque ad sententiam, nam procedunt quando post interitū remanet actio ad æstōnem, ut quia possessor erat malæfidei, uel bonæfidei, & per contestationem constitutus fuit in mora, ut dictum est ās post interitum non tenetur de fructibus, ut hic. quod tene menti. Item t̄ collige aliam limitationem, dum dicit, q̄ si seruus fuit infirmus non ueniunt opera, nisi quatenus potuit operari. ex hoc limitantur iura, quæ dicunt post lit. contest. possessorem teneri de fructibus perceptis, & percipiendis. nam uerum est de his qui percipi potuerunt, & propter sui culpa non sunt p̄cepti. secus si propter debilem statum ipsius rei, ut hic. quod singulariter tene menti. vltimo not. ex his, quæ primo dixi limitationē ad l. vtrique. s. eo. nam quod ibi d̄r, q̄ extincto principali durat officium iudicis quo ad accessoria post litem contest. est uerum de accessorijs perceptis, secus de non perceptis, ut hic ita intellige gl. pen. hic positam.

L E X LXXIX.

In rem. Ista est no. lex. h. d. rei uēdicatio non datur q̄ illum qui negat se possidere, sed si mēdatio conuincat in actorem possessio transfertur. h. d. notab. istam l. examinat gl. no. in auth. de triē. & sem. §. illud. & ibi omnino uide, & per Gui. de Cu. C. de pe. h̄r l. si. per Bar. hic. Op. de gl. quæ est in l. si duo. in uti pos. & l. naturaliter. s. nihil. de acqu. poss. & no. in l. si de vi. de iudi. distigue, aut quis possidet per alium, & tunc animo non amittit possessio, nec desinit possidere, ut l. peregre. de acq. poss. Aut per se, & tunc aut facit actum q̄rium possessioni, & v̄ delinere possidere, ut in glo. q̄ria. Aut non facit actum contrarium, & tunc non, ista est ueritas, licet hic Bar. aliter sentiat. In glo. 2. uerior opinio est, quod officium iudicis in illo casu implorabitur. Nec ob. c. significante. de app. ubi ante lit. contest. nō potest idem officium implorari, quia illud uerum, circa ea, quæ ante litem contest. & præparationes causæ, ut uidemus in citatione vt l. si. C. de exhib. re. Item in deferenda iurisdictione ante litem cōtestatam, ut c. j. de electione.

De Publiciana in rem actione. Rubrica.

¶ Dictum est s. de actione in rem directa, hic de utili. Item supra de ciuili, hic de prætoria. Paulus.

L E X P R I M A.

- 1 Publiciana quæ pro re ipsa datur, quot requirat.
- 2 Publiciana quæ agit, & si dicat aduersarium suum dominum non fuisse, non ad id probandum astringi.
- 3 Publiciana proposita si ab aduersario dominum probetur, cadet causam proponens, & proposito dominio, quod propositum esse intelligatur.
- 4 Publicianam rei que uendicationem simul num quis proponere possit.



It prætor. Iste titulus diuiditur, in quatuor partes. Nam primo loq̄t de publiciana, in qua sunt necessaria quatuor quæ ponuntur in principio huius l. vsq. ad le. si ego. §. j. Ibi secunda, in qua loquitur de publiciana q̄ datur p̄ iure incorporali constituto in re, in qua nō sunt oīa ista necessaria, ut ibi patebit. Et hoc vsq. ad §. partus. in ea. l. in qua loquit de publiciana q̄ p̄petit pro accessionib. ipsius rei, in qua s̄r non sunt oīa ista necessaria, & hoc usq. ad l. cū sponus. ibi, in qua diuersæ q̄. determinantur. usq. ad fin. ti. Itē ista prima diuidit, quia primo ponunt p̄toris uerba. Secundo ponunt expōnes ipsorum secunda incipit ibi, merito. No. ex isto prin. quatuor, quæ requiruntur in publiciana, q̄ dāt pro ipsa re, quæ postea iuriscō. exponit ordine retrogrado, incipiēdo ab vltimo, vsq. ad primum, nā primo requirit, q̄ fuerit facta tradō rei. & hoc exponit vltimo in l. eū qui. §. si. cū l. seq. Sc̄do, q̄ ex cā. i. habili ad transferēdū dñū, si tradēs eēt dñs, & hoc exponit penultimo in l. sunt & aliæ. §. j. cum ll. seq. Tertio q̄ sit sc̄a a non dño, & hoc exponitur in hac l. in §. sed cur. s̄m vñū intellm. Quarto & ultimo, q̄ res nōdum sit usucapra. & hoc exponitur vltimo in isto §. merito. Et no. hic gl. super uerbo a nō domino. Primo in eo, quod j̄ dicit, q̄ ille qui intentat publicianam, licet dicat actorē suum non fuisse dñm, non tñ habet necesse hoc probare, quia dicit negatiuē, nō affirmatiuē. quod facit

cit

L. Sunt & alia. De Publiciana in rem act. 34

cit contra doct. Inn. in c. super his. de accu. & Bart. in l. hoc iure. de verb. obl. qui dicunt, qd qñ actor fundat intentionem suam in negatiua debet ipsam probare. Sed dic, qd loquuntur qñ per negatiuam actor intendit coarguere reū, puta, qd non soluit, quod debebat. secus si nō coarguit. vt in hac gl. cogita tñ in hoc passu.

3 Secundo tñ no. ex eadem gl. qd si proposita publiciana probaretur dñium, succumberet actor, quia hoc est dñium ei quod intentat. & hoc siue probaretur ex parte rei, vt hac gl. siue ex parte actoris, & sic proponens simplr dñium bene vñ proponere directū, & vtile, vt dixi s. tit. j. l. in rem. in prin. Tertio no. ex eadem gl. qd non potest quis proponere simul, & semel publicianam, & rei vendi. quia sunt contrariae. Sed hodie ex consuetudine proponi possunt alternatiuē, dicendo rem ad se pertinere iure domini, vel quasi, & procedit libellus in c. abbate sane. de sent. & re iud. lib. 6. & ibi per gl. plene de materia istius gl. & totius titu. & per Dy. & alios. Insti. de act. §. alia. Paul.

Versi. Merito. Pro vsucapto, vel praescripto non dat publiciana, quia cōpetit ciuili actio. h. d. & hic exponitur id quod prator vlt. dicit requiri, qd res nō sit vsucapta. & no. quia gl. dicit, qd re vsucapta vel praescripta nō tolum publiciana non est necessaria, sed etiam nullo modo potest intentari, quia non competit. & adde quo dixi supra de petitione hære. l. & non tantum. §. quod si pro emptore.

- 1 *Dominium sine traditione multis modis ac casibus transferri.*
- 2 *Mentionem eius fieri dici non quod expresse dicitur, sed & quod a contrario sensu colligitur.*
- 3 *Dominium mortis causa donationis sine traditione transferri, ut in legatis.*

§. Sed cur. Legitur trib. mod. Primo vt exponat illud qd colligitur in verbo, a nō dño, a contrario sensu: nam cum dicatur in edicto pratoris, qd traditione facta a dño res vsucapitur, & competit publiciana, post vsuca. verō completam non competit, quia acquisitum est dñium, datur intelligi a dño sensu, qd traditione facta a dño etiam sine vsuca. transfertur dñium. si ergo de vsuca. dicit expresse, qd per ipsam dñium transfertur, de traditione vero facta a dño dicit tacite. Sed certe dicit iuriscon. in quantum loquitur de dño, non est necesse, qd de traditione fiat mentio, nam multi sunt casus, in quibus dñs transfert dñium sine traditione, vt legando, vel mortis causa donando, in quib. casib. non dñs transfert vsucapiendi condictionē secuta tñ traditione. i. s. m. h. d. vsque ad l. & sunt alia s. m. primū intellectum qui tangitur in glo. j. & in gl. in l. mortis. in princ. Et ex ista lect. no. duo. Primo in verbo, mentionem s. m. expositionem

- 1 *Statuta Italia quib. cauetur, ut si sit inter consanguineos controuersia, de ea compromittatur, iuridica & ualida esse.*

SI vsufructus.

Sed si inter. Si controuersia sit inter duos fru-
ctuarios qualiter utantur, p. posi-
to hinc inde iudicio quasi cõi diuidido. iudex reducet eos ad cõ-
cordiam cogendo eos inter se cauere. h. d. Pone casum in usufru.
legato duob. alternis annis, & est p. t. tio inter eos quis incipiat,
ut j. qb. mod. usuf. amit. l. 2. §. si. in tex. & gl. uel in fundo legato
duob. simul, vnus uult seminare, alter nõ. Vel vnus uult seminare
bladum, alter fabas. Iudex ex officio suo reducet eos ad concor-
diam, uel iubendo, q. quilibet utatur parte fundi ad sensum suũ,
& caueant ad inuicem nõ impedire, uel alter uno anno, alter al-
tero. & uide Inn. de pb. c. in pntia. & quod no. §. q. 3. c. si primates.
1 & xc. dif. c. j. p. gl. No. † tex. cum gl. hic q. sunt in ar. q. statuta Ita-
liæ quibus cauetur, q. si sit cõtrouersia inter consanguineos, vel
afines deant p. promittere, ualeat, & sint iuridica. Pau. de Castro.

§. De illo. Iste est no. §. & subtilis, & alle. p. practicos. h. d.
Ius vsufr. retinetur, licet fructuarius re actua-
liter non utat, sine culpa rei, vel casu, aut natura. Et ideo q. serui
vsufr. habet in seruo fugitiuo, quicquid ille stipulat ex re sua, &
si per neminẽ possideatur, tunc et quasi possessionem vsufr. re-
tinet, nec perditur l. tmo tpe nõ utendo. Si uero per alium sit ap-
prehensa possessio, tunc statim vsufr. quasi pos. perditur, & et ip-
sum ius incipit tpe perdi, nisi dictus seruus fructuario fuerit sti-
pularius, quia tunc p. scriptio interrumpitur. h. d. vsq. ad fi. & est li-
1 tera subtilis. Not. † q. quasi possessio vsufr. solo aõo retinetur ab
vsufructuario, sicut uera posses. a proprietario, & hoc uult dicere
tex. ibi, nam qua ratione retinetur & c. fm uerum intel. Ex quo se-
quitur, q. sicut in proprietate est reperire possessionem civilem,
quæ retinetur aõo, & naturalem quæ retinetur corpore, ita & in
vsuf. uel alijs iurib. incorporalib. reperitur, quasi possessio ciui-
lis, quæ animo retinetur, & quasi possessio naturalis quæ retinetur
per actum utendi. Sed est tertia possessio penes vsufructuariũ. l.
naturalis ipsius rei, quia vsuf. rem naturaliter possidet. Ita in-
telligi, qd h. contra, qui. ex cau. ma. l. ait prætor. §. item. & j. vn-
de vi. l. 3. §. unde vi. l. tñ nõ. q. prædicta possessio ciuili perpetuo
retinetur animo: licet quis re non utatur actu, quod est uerum,
qn per ipsum non stat, nec est in negligentia, ut in casib. hic posi-
tis. Si autem negligeret, tunc per obliuionem quæ præsumitur
ex cursu x. an. perderetur, ut l. si fur. §. j. de usuc. & no. C. de acq.
pos. l. licet in glo. ita intellige glo. paruam hic, quæ incipit, vsq. ad
ad decennium. Aduerte tñ, quia licet ipse retineat possessionẽ,
non propterea v. uti frui, nec uidetur seruus fugitiuus operari,
& ideo non facit q. gl. de famulo infirmo, ut debeat habere sala-
rium pro illo tpe quasi uideatur operari. Nam hoc non dñ hic,
q. operari uideatur, licet ius, & quasi possessio retineatur, unde
ad illam q. dic, ut no. in l. si vno. §. item cum quidam. j. loca. & l.
2 cum hæres. §. j. de stat. lib. Tertio no. † q. quousq. vsufructuarius,
quasi possessionem civilem vsufr. retinet, ius eius non perditur
tpe, idem in proprietate in qua non incipit currere p. scriptio,
quousq. dñs retinet civilem posses. ut not. C. de ser. fug. l. j. in fin.
magnæ gl. Sed aduerte ad gl. quæ est hic, quæ incipit si dicas: nam
circa fin. uidetur, q. incipiat currere p. scriptio statim, q. uti nõ
potest, licet per alium non apprehensa sit possessio, & licet fue-
rit impeditus uti p. infirmitatem, uel fugam, uerum tñ cessante
impedimento sit restituendus per l. Attilicinus. j. de serui. rusti.
præd. Tu dic subtilius, q. ibi loquitur in seruitutib. realib. in qui-
bus nõ cadit quasi possessio ciuili: quia debentur, quæ aõum nõ
habet, & ideo statim, q. quis impeditur uti, incipiunt perdi aõo.
Sed quia sine sui culpa perduntur, datur restõ, ut ibi. Sed nos lo-
quimur in seruitutib. personalib. in quib. reperitur quasi posses-
sio ciuili, quia debetur personæ, quæ aõum habet: quæ quidem
possessio retinetur per impeditũ uti, quia aõum sp. habet, & ideo
nunq. incipit p. scriptio rei uerè quousq. sit apprehensa per aliũ
possessio, quod tene m. Ad hæc facit qd no. j. de usuc. l. iusto.
§. non mutat. Item no. de isto uerbo amitti, qd exponitur in actu
amittendi: cum. n. sit uerbum p. sentis tps non significat rem
3 p. teritam, sicut lupus exit syluam, & nondum exiuit. Alle. ad q. † si
statutum prohibeat portari uictualia inimicis sub poena pedis,
& aliquis sit repertus in itinere cum uictualibus, an debeat pun-
niri. Et dic, q. aut statutum loquitur per uerba p. sentis tempo-
ris, ut si quis portet uictualia & c. & debet puniri: quia uerum est
ipsum portare, idem si per uerba futuri, ut si quis portabit, quia
futurum formatur a p. senti, & eius significationem retinet: se-
cus si loqueretur per uerba p. teriti temporis, ut si quis porta-
uerit: nam hoc perfectam re significat, ut j. de ma. test. l. Stichus.
4 de acq. pos. not. C. de ser. fug. l. 3. Vlt. not. q. † licet sit apprehensa
per aliũ possessio serui, & sic p. scriptio sit incæpta contra vsu-
fructuarium: tamẽ interrumpitur per stipulationem serui factã
nomine fructuarij, quod est mirabile, & quæ sit ratio dic, ut in
gl. & facit ad q. uasallorum, qui a domino recesserunt. q. per aliũ
possidentur, ut si aliquem actum faciunt nomine domini: reti-
neant ius superioritatis. & not. prædicta.

L E X X I I I I.

- 1 *Possessionem civilem, quam proprietarius habet plus operari, quam natura-
lem, quam usufructuarius habet. Et quid per quamlibet earum acquiratur.*

1 Rem meliorem fieri si que ad oblectationem voluptatemque comparata sunt, in redditum ac proventum reducuntur. Et que testator aut proprietarius facere destinaverat, velle videtur ut fructuarius faciat.

§. Fructuarius. Usufructuarius non potest rem deteriorem facere, sed meliorem sic, dum tamen pristinam faciem loci non mutet augendo, vel minuendo, vel vnum in aliud transmutando, nisi quatenus proprietarius verisimiliter erat facturus. h. d. tex. cum gl. vsque ad §. sed si ædium. Et incipit iuriscultus hic ostendere, qualiter usufructuarius debeat uti frui, & primo de usufructuario fundi in hoc §. secundo. de usufructuario ædium in dicto §. sed si ædium. vsque ad l. sed & si quid §. mancipiorum. Tertio de usufructuario seruorum in d. §. mancipiorum. Quarto de usufructuario vestimentorum in ea. l. §. sed si vestimentorum. vsque ad §. proprietat. Et no. ¶ hic in versu. sed si fortè. quòd primo videtur res fieri melior cū illa que sunt ordinata ad delectationem, & amenitatem reducuntur ad redditum. Item no. glo. quæ incipit, & ita mutat. q̄ qñ testator, vel proprietarius pposuerat aliquid facere in fundo, videtur velle, q̄ et usufructuarius faciat, q̄ no. In cōtrarium facit l. j. §. si defunctus. j. de rebus eo. sed ibi iuberat alia rō in persona hæredis, qui erat minor, q̄ persona testatoris, qui erat maior. Paulus.

1 Fundus ut arando excolitur, ita & domus dum inhabitatur.

2 Proprietarius quæ locare non consuevit, sed in suæ personæ usum retinere, non potest usufructuarius locare nec vendere. Et an emphyteuta quam in fundo ædificauit emphy. domum destruere possit.

§. Sed si ædium. Qui habet usumfructum domus, facere potest ea, quæ permanent, non illa per quæ qualitas eius mutetur auendo, vel minuendo, vel aliter transmutando, nec illa quæ ad usum personæ proprietarij destinata erant ad publicos vsus locando, vel rem ad aliū usum, q̄ destinata sit, locando, vel vtendo. Item illa, quæ ibi posuit vel in re ædificauit tollere non pōt, postq̄ tñ erunt refixa potest vendicare h. d. vsque ad §. mancipiorum. in l. sed & si quid. Et no. ¶ hic in verbo excolere, q̄ sicut fundus excolit arado, ita domus inhabitando: quia per inhabitationem conseruatur inesse. Item ¶ no. q̄ illa, quæ proprietarius locare non consuevit, sed ad usum suæ personæ tantū retinere, non potest usufructuarius locare: secus si ad usum suæ personæ tantum non retinebat. Nam poterit locare, & vendere, licet proprietarius non consueuerit: vt l. Item si fundi. §. fina. quæ v̄ contra. facit l. sed & si quid. §. sed si vestimentorum. Item no. in l. sed si quid. in princ. argu. quod emphyteuta non potest destruere domum, quam ædificauit in fundo emphyteutico, de quo in Specu. de loca. §. nunc aliqua. versu. cētesimo quinquagesimo nono. Bal. Paulus de Castro.

Verfic. Mancipiorum. Habens usumfructum in seruis debet eis vti secundum conditionem, & statum eorum, & non ad aliud ministerium, q̄ consueuerit exercere, & eodē modo vestire debet eos, & nutrire. Item habens usumfructum vestimentorum, quæ destinata erant ad usum proprietarij, non potest ipsa locare, secus si destinata erant ad ludos, vel apparatus. h. d. vsque ad §. proprietatis. querelam, id est fabulam. Pau. Cast.

§. Proprietatis. Proprietarius non pōt prohibere usufructuariū quominus vtatur fundo, & instrumentis eius siue sint affixa, siue non: sed seruitutem nouam imponere non potest, nec debitam remittere: sed bene pōt nouam acquirere. Usufructuarius vero acquirere non potest. Sed iam constitutam retinere sic, quæ si per eius negligentiam perdatur proprietario tenetur, hoc dicit vsque ad §. fina. Et no. gl. super verbo, cōtineri, quæ dicit, q̄ in legato proprietatis non veniunt instrumenta: secus si in legato vsufr. Et reddit rationem, nec est alibi melior gl. in hac materia. Addit Cy. aliam rationem: quia legatum proprietatis magnam continet vtilitatē cum sit perpetuum: secus in vsufr. qui est temporalis, pro quo vide l. j. C. de his qui se dese. & quod no. per Bern. in c. j. de parochiis. & in meo alphabeto super verbo, necessitas.

Verfic. Sed nec seruitutem. Proprietarius nō pōt etiam usufructuario cōsentire seruitutē imponere, nisi talis per quam conditio vsufr. non fiat deterior, locum vero religiosum facere potest eo consentiente: & interim eo non consentiente, si pietas, uel necessitas hoc suggererit. hoc dicit. cū l. seq. & princ. seq. & intellige tex prout iacet: licet glo. destruat. Dicit enim, quòd si usufructuarius consensit: perdit usumfructum. Sed hoc est iniquum, cum usufructus sit separatus, & possit per se consistere secundam Cyn. Tu dic, q̄ dictum glo. est contra mentem literæ: nam secundum hoc non esset differentia inter primum casum, quando consensit, ut seruitus imponatur, & secundum, quando consentit, ut fiat locus religiosus. Nam utrobique perderet ius suum, & tamen tex. intendit differentiam facere, ut patet in l. locum. in versu. quibus autem, quæ est aduersariua, & ibi dum dicit: fauore religionis. dic ergo, q̄ consentiendo, ut seruitus ita ponatur, non perdit usumfructum: nec ualet consensus, nec con-

stitutio seruitutis. Nec obst. l. apud Celsum. §. quæsitum. de dol. exc. quia ibi in plus consensit, scilicet, ut tota res uenderetur. Itē non obst. ratio glo. quia potest totum usumfructum amittere: ergo & pati seruitutem imponi. Nam non sequitur, quia non intendit per hunc consensum amittere usumfructum, sed alterare. Simile in domino proprietatis, qui potest totam rem alienare, & tamen non potest auferre sibi potestatem disponendi de ipsa: ut §. de pact. l. nemo. & C. de cōdit. ob causam. l. ea lege cum ibi no. Item facit contra gl. quia actus agentium uoluntarij non cōserantur ultra intentionē agentis: ut ar. l. si. C. ne ux. pro mari. & l. j. §. simul. de itinere actuque priua. & l. uoluntariē. C. de excu. tuto. bene facit l. obligationum substantia de actio. & oblig. modo hic usufructuarius consentiendo seruitutem imponere, non habet uoluntatem amittendi usumfructum. Paul. de Castr.

§. Ex eo. Proprietarius habet plenissimam correctionem serui, usufructuarius non ita plenam, ut ipsum cicatricibus deformet h. d. Et est hic arg. quòd dominus possit punire subditos, quos alteri dedit in feudum. Bal.

§. Proprietarius. Proprietarius potest alienare proprietatem sine cōsensu fructuarij: nec extinguitur usufr. ipso iure, si tamē alienatio necessaria est, in qua debeat uenire proprietas, & usumfructus, & nisi usufructuarius ad requisitionē proprietarij soluat æstimationem usumfructus, denegatur sibi ipsius perlecutio. hoc dicit tex. cum glo. Pro quorum intellectu uide omnino l. si hominem. cum gl. l. uia. j. de solu. & semper alleg. iste §. & tene hic secūdā positionem calus. Pau. de Cast.

L E X XXIII.

1 Testator relicto filio hærede, si reliquit uxore dominā ac usufructuariā omniū bonorum, licet de consuetudine uxor alimenta habere duntaxat debeat, si tamen clausulam idem testator in relicto adijciat, quæ alimentis nudis conuenire nequeat, quatenus sit huiusmodi relictum ampliandum.

2 Verba que proprie intelligi nequeant, ad significationem minus propriam porrigenda esse. Et quæ ad diminuendum adiecta sunt, augmentum quandoque operari.

Proculus. Legando usumfructum uidetur, quis conditio apposita non possunt aliter operari. hoc dicit. not. Vel sic uerbum usumfructus, quando non potest intelligi de formali, intelligitur de cautali, qui est coniunctus proprietati, & ipsam proprietatem continet. hoc dicit. Et per hanc l. pridie de facto respondi, cū iudex in sentētia adiudicasset cuidā communitati usum quorūdam paucorū, & apposuisset aliqua uerba, quæ non poterant conuenire nudo usui, uidebatur adiudicasse proprietatem: facit l. donationes in concubinam. §. species. j. de dona. Item ¶ facit, si testator relicto filio hærede relinquit uxorem suam dominā, & usufructuariā omnium bonorū, licet de consuetudine non debeat habere, nisi alimenta postquā extat filius: ut no. in l. 2. & authen. ibi posita. C. si secundo. nup. mulier. si ibi apponat aliqua uerba, quæ non possint conuenire nudis alimentis, puta, q̄ faciat aliquas elemosinas, uel exequias testatoris, quas facere non posset, si sola alimenta haberet, quia tunc debeat habere integrum usumfructum, quia hæc uidetur fuisse uoluntas testatoris, & ita de facto respondi. Item ¶ no. q̄ uerba quæ non possunt intelligi proprie, impropriantur, facit l. item sed si possessori. §. item si iurauero. j. de iureiur. ad Treb. & l. Scæuola. & quod no. de uulg. & pupil. l. uerbis ciuilibus. Cy. & Ray. Item no. q̄ uerba posita ad diminutionem operantur interdum augmentum. Bal. Insulam. i. proprietatē insulæ. Pau. de Cast.

§. Si arbor. Dominus debet remouere impedimentum, quod est in sua proprietate, ut fructuarius liberè possit uti, h. d. Pau. de Cast.

L E X XXIII.

1 Ususfructus non idem, quod fructus. Et in quo utrunque consistat. Et quid distent inter se legatum ususfructus, & simplicis fructus. Et quod legatario utriusque remedium aduersus turbantem competat.

2 Verba directā ab obliquis in legato apposita quid distent.

Siquisita. Qui legat fructus annuos uidetur legare usumfructum. h. d. Et nota ad euidentiā, q̄ ¶ aliud est usumfructus, aliud fructus. Nam usumfructus est ius incorporale: ut §. e. l. j. Fructus autem sunt quid corporale, uidebat ergo, q̄ aliud esset legare fructus, aliud usumfructū, contrarium hic dicitur, quia fructus ex iure usumfructus resultat, unde legādo usumfructum tātum, uidetur legare causam, quod est no. Et est utilitas, q̄ legatarius percipiet fructus de manu sua. Sed si uideretur legatum tantum corpus, fructus haberet percipere de manu hæredis, ut j. de usufru. legato. l. fundi Trebatia. & de annu. l. g. l. Caius. Item habebit confessoriam contra omnem impediē-

impedientem. Sed si corpus tatum esset legatum, solam actionem ex testamento haberet contra solum heredem. Et no. glo. hic posita, quæ benè declarat hanc l. & similes melius, q̄ aliqua q̄ posita sit in iure, de quo per Bart. in d. l. fundi Trebatiani & de publica l. cotem. §. qui maximos. Nota ¶ et ex hac gl. differentiã inter verba directa, per quæ habet percipere de manu sua, & uerba obliqua, per quæ habet percipere de manu hæredis. Nec obstat C. cõia deleg. l. i. & 2. ubi æquiparantur legata, quæ fiunt per verba directa, & fideicommissa, quæ fiunt per obliqua. Nam ibi, nõ repugnat natura subiecti, hic sic: vt s. eo. l. 3. §. dare. Ray. Aduerte, quia sentit, q̄ si testator mandat per heredem suum mihi dari vsum fructum, nõn acquiratur mihi ius, nisi traditione facta, cuius contrarium ibi dixi. Nec ob. hæc glo. quia non intendit contrarium dicere, sed ostendere qualiter cognoscatur legatum vsum fructus a legato fructuum. Nam tunc benè inspicitur, an sunt verba obliqua, vel directa. Si vero constat, q̄ voluit legare vsum fructum, non est illud inspiciendum, tene menti. Paulus.

L E X XXV.

1 Vsum fructum serui legare, aliud quàm operam. Et quis ex utroque legato sub nascitur effectus.

2 Filius hodie si quid patris contemplatione querat, cui ac quatenus querat.

SI serui vbi. Hic incipit tractare vnam materiam de seruo fructuario vtrũ acquirat vsum fructuario, vel proprietario, & qualiter: durat vsque ad l. si pend. Et breuiter d. vsque ad l. Sed & si quis. §. interdum. q̄ ex tribus causis querit vsum fructuario. l. ex opera sua, & ex re ipsi vsum fructuarij. Item cum aliquid sibi relinquatur iure institutionis, legati, vel donationis, vel causa conditionis implenda contemplatione vsum fructuarij, sed si contemplatione dñi simpliciter, extra causas prædictas querit domino. Item non solum actionem, sed exceptionem querere potest fructuario. Item cogi potest operari. Item cum contemplatione fructuarij aliquid sibi datur, nõ refert positus fuerit ad obligationem, vel ad solutionem. h. d. Et ¶ no. ad euidenciam, q̄ aliud est legare vsum fructum serui, aliud operam. Primo casu querit legatario ex istis causis: secundo ex opera tatum. Item primo casu per vsum fructum proprietatis nõ extinguitur vsum fructus, sed legatũ operarum sic: vt j. de vsum fr. leg. l. 1. in fi. quæ non est alibi secundum Ray. Et no. s. eo. l. locum. §. proprietarius, circa fi. glo. In l. sed & si quid. ver. nec distinguimus. Iste tex. facit. in arg. contra illos, qui ¶ dicunt, q̄ hodie si filius contemplatione patris instituatur, vel aliquid acquirat, q̄ non acquiratur patri, nisi quo ad vsum fructum. Sed istud est falsum: quia quicquid acquirat contemplatione patris, patri queritur pleno iure, per l. sed si plures. §. in arrogato. de vul. iura vero illud dicentia intelliguntur in aliis aduentitiis. Paulus de Cast.

1 Euentum spectari, & exitu acta probari.

2 Pecuniam venditori, vel in sacculo offerri emptori, quandoque satis esse Et numerationem nonnunquam ad contractus tempus retrahi.

§. Interdum. Dominium rei emptæ per seruum fructuarium, & sibi traditæ pretio nondum soluto, in pendentem est, quousque pretium solvatur. Nam si solvitur de pecunia domini, ipsius erit: sin de pecunia fructuarij, erit similiter eius. Sed si de pecunia vtriusque p rata pretij erit vtriusque. Nec refert, quando de pecunia fructuarij solvitur, an solvatur constante vsum fructu, vel eo finito, si vero nõ constat de cuius pecunia solutum sit, neutrius erit h. d. vsque ad §. si operas. Et no. ¶ hic euentum spectari, & quod vulgariter dicitur exitus acta probat. facit j. ad Syllan. l. si exheredatus. & de iure filii. l. 3. §. quando autem. & C. de iudi. l. rem non nouam. in fi. Item ¶ no. hic in fi. arg. q̄ sufficiat offerre pecuniam in sacculo. de quo dic, vt j. de condi. inde. l. cum seruus. per Bar. & ibi vide. Item nota in ver. quid ergo. q̄ numeratio trahitur retro ad tempus contractus: quod est verum, quando fiebat de necessitate præcedentis contractus, vt in illa, quæ fit de pretio rei venditæ, quod pretium erat debitum. Si vero numeratio non erat necessaria, vt cum quis stipulatur pecuniam, quam est mutuaturus: nõ enim cogitur mutare, si non vult, nisi se astrixisset: tunc contra contractus siue stipulatio trahitur retro ad tempus numerationis: ut l. quidam cum filium. in fi. de uer. obli. & isto casu posset procedere opin. Marcelli, & Martiani, q̄ licet fuerit stipulatus durante vsum fructu. & postea finito vsum fructu. numerabat etiã de pecunia fructuarij, acquiratur proprietario, & adde quod plenè no. j. de regu. iur. l. quæ legata. tene menti.

1 Actiones personales de subiecto in subiectum, non migrare sine cessione. Et quid in exceptione.

2 Tempus stipulationis partem esse.

§. Si operas. Annuæ stipulatio per seruum fructuarium interposita, pro rata temporis, quo durat vsum fructus, acquiratur vsum fructuario, pro alia vero proprietario h. d. Et ¶ no. hic primo, q̄ actiones personales non migrant de subiecto in subiectum idem est dicere, q̄ non transeunt in singu-

larem successorẽ sine cessione. facit j. vsum fructu. quem ad. caue. l. 3. §. fina. fallit j. de itin. actu que priua. l. 3. §. hoc interdictum. & qd̄ in aut clam l. si is qui in puteum. §. si postea. & j. de exce. rei uen. l. fina. Fran. Accur. & Cy. Tu dic de hoc, ut plenè no. per Dyn. & Bar. j. de aqua plu. arc. l. si tertius. §. si prius. exceptio uero benè transit in singularem successorem, ad quem transit res, cuius occasione competit: ut j. cõ diuidun. l. in hoc iudicium. & de iure iur. l. et. Et hoc est verum pro ea parte, quæ acquisita est uni, sed potest esse q̄ pro parte quaratur uni, pro parte alteri, & tunc nõ dicitur migrare, uel ambulare de persona in personam, sed eis acquiri, quatenus ratio iuris permittit, ut in stipulatione annua, quæ licet sit una, tamẽ pro parte temporis potest acquiri uni, & pro parte alteri, sicut pro parte summæ, quia ¶ tempus pars est stipulationis: ut l. j. de re. cred. Et ita intelligitur hic: non enim est intelligendum, q̄ pro illa parte, quæ semel acquisita fuit fructuario, transeat ad proprietarium. Sed q̄ usufructuario non uir fuisse quæ sita, nisi pro tempore quo durabit vsum fructus p alio proprietario: sicut si stipularetur xx. quia potest esse, q̄ pro x. quaratur uni, pro x. alij, licet sit una stipulatio, ut s. s. proxi. & hoc est quod vult dicere l. si seruus communis Maruij. §. si. de stipu. seru. quæ uidetur huic contrariari. Item aduerte, quoniã est una glo. quæ format tres oppo. & se inuoluit, non enim soluit per ordinem, sed antequam soluat unam, ponit aliam, & deinde redit ad primam, & post ad secundam, ego eam tibi declarabo.

§. Quæstionis. Si quid stipulatur seruus, quod nõ potest queri fructuario, querit proprietario, licet eius nomine non stipuletur, fallit cum stipulatur ex re fructuarij, uel ex opera sua ab ipso fructuario, quia licet nõ possit ipsi fructuario queri, non tamen queritur proprietario, nisi eius nomine stipuletur, nec ualet qd̄ agit. h. d. usq; ad §. si duos.

1 Casus si quando subest dubius, id est seruandum, quod communiter obseruari consuevit, si tamen ratione nitatur, alioquin exemplis nequaquam, sed legibus iudicandum.

2 Facere quid alterius nomine, vel eius iussu sine mandato paria esse.

§. Si duos. Quod seruus stipulatur ex re fructuarij, uel possessionis, sibi querit: residuum dño, nisi nominatim dño stipuletur, uel eius iussu, licet nõ nominatim, quia tunc totũ dño querit. h. d. tex. tenetur tamen dñs restituere fructuario, uel possessori, postquam ex re sua stipulatus est. & h. d. ¶ m gl. Et no. tex. ibi uulgo creditum & c. q̄ ¶ in casu dubio seruandum est illud, qd̄ cõiter seruari cõsuevit, dum tñ ratione fulciatur, aliàs nõ exemplis, sed legibus est iudicandum: ut l. nemo. C. de sententijs, & interlo. om. iud. Item nota ibi, qm̄ iussu pro nomine & c. ¶ pa ria sunt aliquid facere nomine alterius, uel eius iussu, siue mandato: licet non dicatur eius nomine: unde cum procurator facit illud, quod sibi mandat est, uir fecisse noie procuratorio, licet hoc non dicatur in instrumento, hoc probat iste tex. no. Et adde quo no. in l. cum post mortis. §. si. j. de adm. tut. & per Bar. j. sol. mat. l. post dotem. in 6. lec. in fi. ubi omnino uide l. post mortis. §. fin. quando ex facto tu. contra. no. in l. procur. qui pro euidencione. §. de procur. ubi omnino uide gl. contrariam. Paulus.

L E X XXXIII.

Si operas. Annuæ obligatio quæ sita per seruum fructuarium, quatenus durat vsum fructus, acquiratur proprie usufructuario, sed finito usufr. pro residuo acquiratur proprietario. h. d. Glo. opp. de l. a nobis. de ann. leg. per quam uir, q̄ p anno incepto non transeat ad proprietarium, sed remaneat penes usufr. uel eius heredem. Tene secundam sol. quia in legato annuo, quod postquam acquisitum est, potest transmitti ad heredem: secus in usufr. ut in l. in singulos. in fi. de annu. leg. ubi probatur hæc sol. cætera dic, ut s. l. prox. §. si operas. Paulus de Cast.

L E X XXXIII.

Si pendentes. Fructus pendentes, & maturi tempore usufructus constituti pertinent ad fructuarium. Item potest usufructuarius rem locare ad aliũ usum q̄ consuevit proprietarius, dum tamen honestum. Item si reddiderit meliorem, potest uti eius melioratione. h. d. usque ad §. si quid cloacarũ. Dubitatio primi dicti erat, quia fructus maturi, & pendentes uidebant esse fructus anni præteriti. Et sic non pertinere ad fructuarium, ad quem pertinent fructus futur. quia nõ cõsent anni præteriti, nisi sint separati, quod no. Bal. Paul. de Cast.

1 Expensa cloacarum, atque aqueductuum ad quos pertineat. Et qua ratione contribuatur.

2 Beneficij fructus ad tempus si quis redemit, episcopo uisitauit, num. procuracionem præstare teneatur.

3 Vsum fructuarius ad quas expensas ob rem in vsum fructum relictam teneatur.

§. Si quid cloacarum. Onera realia, quæ pro re imponunt, pertinent ad usufr.

1 usufructuarium. h. d. & sp. ail. No. t ergo q̄ expensa publicæ cloacæ, uel aquæ ductus perinet ad possessores, & dic, q̄ q̄libet tenet contribuere p̄ solido, & libra, & idem in muris ciuitatis, ut C. de ope. pub. l. ois puincia rector. Item si unus hēt vsumfructum. a
 2 lius pprietatem, usufructuarium cogit soluere. Item no. ar. ibi. et go, & quod ob transitum & c. q̄ si qs arrendauit bñficiū alterius tenet episcopo uisitanti soluere p̄curationem: in t̄rium facit, q̄ hoc onus pertineat ad illum, q̄ sibi dedit in arrendamentū, postquam recepit pecuniam: quia pro hoc v̄ ipsos fructus percipere. ut j. eo. l. qui pretio. & hoc v̄ verius. Vel dic, q̄ arrendator tenetur r̄ndere episcopo, sed recuperabit ab eo, qui sibi dedit. ar. s. de pact. l. inter debitorem. coniuicta. l. exempla. s. j. & l. j. & q̄d
 3 ibi no. per gl. & Bart. C. de anno. & trib. lib. x. Et not. t̄ q̄ quædam sunt expensæ magnæ, quæ fiunt in ipsa re, i. ad conseruationē rei & istæ non pertinent ad usufructuarium, ut s. eo. l. hætenus: quædam sunt, quæ incumbunt ipsi rei, non ad utilitatem, uel conseruationem eius, sed alterius, puta publici usus, & istæ pertinet ad fructuarium, licet sint magnæ, ut hic. Paulus.

§. Si qua. Vsumfructuarium debet uti re cum sua conditione: & qualitate. h. d.

L E X XXXVI.

Omnium. Vsumfructus omnium bonorum potest legari, dum tamen non excedat dodrantem. h. d. & no. gl. hic positam. in fi. Pau. de Cast.

L E X XXXVII.

1 Statuto bannitum si offendere liceat, num, & occidere quoque.

Sis qui. Proprietarius pot in alia re in qua non est vsumfruct. constitutus facere, quicquid vult, dum modo non impediatur usufructuarium, uti frui. h. d. Not. hic, q̄ licet alicui pmittatur lumina obcurare, non tñ permittit in totum tollere, & sic uerba simplicia recipiunt modificationem, ut hic, & j. de seru. l. si cui simplici & p̄ hoc q̄dam dñt, q̄ t̄ si p̄ statutum pmittat bannitum offendi, nō tñ pmittit ip̄m occidi: quia noīe offensæ non uenit totalis extinctio. Sed c̄ si pmittetur occidi, bñ permittet offendi: ut j. de adul. l. nec in ea. Paul.

L E X XXXIX.

1 Seruitutes personales quibus constant.
 2 Seruitus quam quis ea lege acquisiuit, ut cum persona extingueretur, num personalis dicenda sit. Et quid si quis alij fundum non habenti pecora pascendi pomau colligendi, aut fructuum partem aliquam ius concessit, num huiusmodi concessio seruitus dicatur. & nu. 3.

Sis quis binas. Venditor p̄dij si nullum aliud p̄dij remanet seruitutem realem retinere non pot: personalem uerò seruitutem, vel p̄onale ius, aut facultatem retinere pot. h. d. Glo. hic disputat, t̄ q̄ sicut seruitutes p̄onales ex trib. p̄stāt, s. usufructu, v̄su, & habitatione. De primo dubitat. s. de opere seruorum, & in effectu tenet, q̄ nō est seruitus realis, nec personalis, de reali constat: q̄ illa debetur de p̄dio ad p̄dium, hæc aut dētur personæ, & p̄stāt in seruo, q̄ est res mobilis de p̄sonali et constat: quia personalis extinguit cum p̄sona, ut j. eo. l. Titio. Sed opera seruorum non, imo transmittit ad h̄dem, ut j. de v̄suf. l. e. l. 3. non est ergo seruitus: quæ consistit in iure, ut s. eo. l. j. Sed est quoddam ministerium, quod consistit in facto, ut j. de ope. ser. l. j. Ita tenet hic gl. & Pet. & Cy. C. eod. in
 2 rub. Scd̄o t̄ dubitatur, quid de seruitute, quam qs acquisiuit p̄dio suo, hoc actio, q̄ cum p̄sona sua extingueret, an sit seruitus p̄sonalis: v̄ q̄ sic, cōstat. n. q̄ est seruitus: ut j. de seru. rusti. p̄ad. l. pecorum. in fi. cum l. seq. Nec pot dici realis: quia illa non extinguitur cum persona, sed transit cū re ad quēcunq. uadat, ut l. uia constitui. s. si fundus. e. ti. ergo est p̄sonalis. Contrarium determinat gl. quæ incipit imo, q̄ cum dēatur p̄dio, non pot dici p̄sonalis, sed realis j. communia. p̄dio. l. j. Nec obst. q̄ extinguit cum p̄sona, q̄ uerum est, quo ad commodum, non quo ad ius. i. nō ip̄so iure, sed ope exceptionis, vñ ip̄so iure trāsīt ad h̄dem, licet obster exceptio. ut d. l. pecorum. s. fin. cum l. seq. p̄ hoc patet, q̄ non mutat eius naturam, sicut actiones personales, q̄ sui natura sunt p̄petuæ, & licet sit actum, q̄ non transeant ad h̄dem, non desinunt esse p̄petuæ: q̄ transeunt ip̄so iure, licet exceptio obster. ut
 3 l. cum qs ita. s. qui ita. de ver. ob. Tertio dubitat, q̄d̄ si qs cedat alicui, non habēti fundum, ius pascendi pecora, uel colligēdi poma de fundo suo, uel certam partem fructuum, uel ius spaciandi in fundo suo, an hæc sit seruitus? Et idem, si cōcedat ius colligēdi ligna de nemore, prout quidam nobiles faciunt. Nam si seruitus est, competit confessoria contra quemlibet impediētē: aliās non datur actio, nisi contra concedentem, & illa est p̄sonalis gl. eadem in fi. determinat, q̄ non est seruitus. Nam realis nō, quia non conceditur p̄dio, sed personæ. Personalis non. Nam aut di

ces, q̄ sit v̄suf. & est falsum: quia illud est ius percipiendi plene oēs fructus, & redditus, & s. e. l. v̄suf. leg. Sed hic non ceditur ius percipiendi, nisi v̄q; ad certam mensurā, uel summā. Aut dices, q̄ sit v̄sus, & idem, quia ille est ius vtendi p̄m exigentiā personæ, q̄ potest plus, uel minus exigere, q̄ sit cōcessum. Item nec habitatio est, unde sequitur, q̄ est quoddam ius personale pro quo non ceditur actio personalis, nisi cōcedentem, & idem Bar. j. de ali. leg. l. Mela. s. fi. & alleg. calum pro gl. in l. Caius. de ann. leg. & de p̄hen. emp. l. fi. in fi. per Cy. c. eo. in rub. qui dñt, q̄ est seruitus p̄sonalis, quia de hoc iure tractatur in materia seruitutum, ut hic, & j. de seru. l. ut pomum. Sed iste tex. potius facit c̄, quia ponit de iure pascendi tanq̄ de diuerso ab v̄suf. & v̄su. Tu ergo dic melius, & notabilius, quia aut ex verbis cōcessionis constat, q̄ cōcedens uoluit, q̄ is cui cōcedebat perciperet de manu sua, ut q̄a promisit dare x. corbes quolibet anno de fundo suo, uel mandauit hæredi, ut daret, & sic hēt percipere de manu cōcedentis, uel eius h̄dis. Et tunc est uera opi. gl. & Bar. q̄ non datur, nisi personalis actio. Ita loquuntur iura per Bar. alle. Aut uoluit, q̄ per seipsum perciperet, ut quia concessit ius pascendi, uel colligēdi ligna de nemore, uel poma de fundo, q̄ uerba referuntur ad illū, qui concedit, uel q̄d possit spaciari, & tunc fateor, q̄ talis cōcessio non est propriè seruitus realis, quia non ceditur p̄dio, nec personalis per ea, q̄ dicta sunt, sed est q̄dā facultas, ut de leg. j. l. apud Iul. s. si quis alicui. de seru. lega. l. pater. & est personalis facultas, quia cum persona extinguitur, ut ibi, quæ facultas diuersa est a seruitute, ut patet expresse j. de v̄suf. leg. l. j. dico tñ, q̄ hæc facultas est quoddam ius personale incorporale, & ad similitudinem personalis seruitutis, & c̄petit pro ea quæsi confessoria c̄ quemlibet impediētē, sicut dicimus in alijs iuribus incorporalib. iuxta no. per Inn. in c. inter quatuor. de maio. & obe. pro quo facit optimè. j. de don. l. Aquilius regulus. tene menti prædicta.

L E X XL.

Si Titio. Si legatum v̄suf. efficiatur caducum non remanet penes hæredem, si penes eum nō est p̄prietas, sed transit ad illū, penes quē reperitur. h. d. Ratio huius text. est propter naturam p̄prietatis, quæ est, q̄ v̄suf. consolidetur. gl. reddit aliam rationem, quæ etiam bona est.

1 Sententia ut in dubio quo ad rem principaliter in ea deductam nō reuocatur, sic nec quoad ea, quæ accedunt.

§. Vsumfructum. Portio p̄prietatis accrescit portioni. Sed portio v̄suf. accrescit personæ. Et ideo exclusus a propria portione non habet ius accre. in p̄prietate, sed in v̄suf. h. d. Et no. hic in tex. & glo. fi. q̄ t̄ sicut snia non potest in dubio reuocari, quo ad rem quæ principaliter in ea deuenit, ita nec quo ad accessoria pro quo l. qui Roma. s. duo fratres. & quod ibi no. de verb. obl. Pau. de Cast.

L E X XLI.

1 Ordinem scripturæ spectandum. Et prius nominatum dilectum magis.

Quoties. Si duobus alternis annis legetur v̄suf. primo noīatus admittitur, quod si nō apparet, nisi inter se consenserint, se impediunt. Item si alter eorum durante anno suo consequatur p̄prietatem, licet extinctus sit v̄suf. formalis, alter tamen non prius incipit uti, q̄ ueniat annus suus. Item per talem consecutionem p̄prietatis non extinguitur v̄suf. perpetuo, quia si postea alienetur, reuiuiscit. h. d. usque ad §. si colono. Et t̄ no. hic ordinē scripturæ seruandum. Item quod primo nominatus p̄sumitur magis dilectus. Pau. de Cast.

§. Si colono. Si colono legetur v̄suf. fundi, non tenetur ad mercedes, imò per actionē ex conducto consequetur, q̄ sibi remittantur, & expensas factas gratia rei recuperabit. h. d. Et no. hic, q̄ agitur ex c̄ctu ad ipsum rescindendum, concor. sunt in gl. Item no. ex alia glo. q̄ cum quis facit expensas principaliter gratia rei, & ad perpetuam rei utilitatē, licet secundo gratia fructuum, & sic gratia sui, nihilominus recuperat, quia inspicitur principalis intentio, facit l. si absente. j. eo. & de impen. l. fin. & ne quid in loco publ. l. 3. s. item Labeo. pro quo alle. l. & si non sunt. s. perueniamus. de aur. & arg. lega.

§. Vniuersorum. Cum quis habet v̄sumfru. singularium rerum, perempta forma ipsarum perimitur v̄sumfructus, neque remanet in eo, quod superest ex rebus, secus si habet v̄sumfruct. omnium bonorum, quia tunc remanet in eo, quod superest. h. d. In gl. j. quæ opponit. del. si duo. de administra. tuto. dic, quod casus sunt diuersi, quia fateor, quod idem est dicere, lego v̄sumfru. talis domus, & talis, & dicere lego v̄sumfruct. domorum. Sed aliud est dicere, lego v̄sumfructum

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

fructum domorum meorum, & bonorum meorum, vt patet de se. Vel melius, vt ibi no.

L E X XLII.

Si vsusfructus. Si per hæredem stat, quo minus cedat dies vsusfr. tenetur ad interessetardationis. hoc dicit.

§. Vsumfructus. Qui pretio fruitur, re frui videt, h. d. per hunc §. patet. qd si legatur res alicui, & post mortem suam rogatur alteri restituere, si ipse componat cum hærede, & pro re recipiat pecuniam, qd non debet alteri restitui, nisi mortuo legatario. Interim ergo remanebit penes hæredem, facit l. Staius Florius. §. Cornelia. de iure fisci.

L E X XLIII.

- 1 Substantia accidentaria mutatione nõ cõseri demutatã, & qualiter intelligẽdũ.
- 2 Forma semel perempta, num eadem restitui potest. Et simile idem non esse. Et formam rei existentiam præstare. Et formã diuersitatem rerum quoque varietatem coarguere.

Q Vi vsumfructum. Si legatur vsusfr. rei, q̄ consistit in substantia, non in forma, licet status rei mutetur, nõ extinguitur vsusfr. Sed quoties ad eundem statum redibit, debetur, sed si stat in forma, per mutationẽ formæ extinguitur, nec reuiuiscit, licet ex eadem materia similis forma fiat: quia nõ censetur ead. h. d. subtiliter. † Not. ergo qd suba non censetur variari per aliq̄ mutationem accidentalem, qd est verum, si reducibilis est ad eundem statum: alias secus, vt in granis, & uuis, quorũ substantia variatur, si ex illis fiat farina: vel vinum: quia non põt deduci ad eund. statum, vt l. q̄ situm. §. illud fortasse. de leg. 3. Et iõ si legatus esset vsusfr. bladi, & testator de illo faceret farinam extingueretur vsusfr. arg. hic in fi. Item † no. qd forma semel perempta, nunq̄ restituitur eadem, sed similis sic: & sic si se non est idẽ. vt no. j. depo. l. quod Nerua. Item no. qd forma dat esse rei, qd per diuersitatem formæ censetur diuersitas rerum, licet substantia sit eadem. Ex hoc sequitur, qd in his, quæ denoiant a forma potius inspiciuntur forma, q̄ substantia. Et ideo si quis promitteret mihi c. Fran. de Cun. Regis Francie, quorũ quilibet ualeat xv. gro. & hinc ad annum alteraretur substantia Francorum, quia nõ ita boni essent in auro, nec ita ponderosi, sicut tpe promissionis, non tñ mutaretur forma, vel valor, quia ualere xv. gross. sicut tunc liberaretur debitor soluendo de illis, qui currũt tempore solutionis, nec possem petere, qd daret mihi quantum plus ualebant in materia tempore promissionis, quia in monetis magis inspiciuntur forma, & valor extrinsecus constitutus a principe, q̄ materia, vel valor intrinsecus, facit quod no. j. si cer. pet. l. cum quid. & de solu. l. Paulus. per Bar. In glo. fin. quæ quarit de ratione diuersitatis inter domum, & nauim. Dic, qd ratio est melior, quia domus nõ potest refici omnino ex eadem materia, imò requiritur calx, arena &c. secus in naui, quæ ex eisdem lignis potest refici.

- 3 Vsumfructum formalem cum persona extingui.

§. Stipulatus. Retentio vsusfr. extinguitur morte retinentis, nec transmittitur ad hrdem, nisi sit actum expresse, sicut vsusfr. iam constitutus. h. d. Et † no. qd habemus vsumfr. formalem, iam actu constitutum. Nam ille extinguitur cum persona. Item hẽmus actionem pro vsufr. cõstituendo, nondum tñ actualiter constituto, & idem, vt hic. in gl. & j. de vsufr. legato. l. Sempronius Attalus. Tertio habemus retentiõẽ, seu exceptionem vsusfr. vt cum quis alienat proprietatem retento vsufr. nam anteq̄ proprietatem tradat, non potest dici vsusfr. constitutus, cum habeat dñium, sed dicitur retentio, seu potestas hñdi in habitu. Et hoc idem, quod s. vt morte finiatur, differentia tamen est inter primum casum, & duos vltimos, quia vsusfr. constitutus, & formatus, non solum morte extinguitur, sed capitis dimi. actio uero, vel retentio, licet extinguatur morte, vt hic, non tamen capitis dimi. vt j. quib. mod. vsufr. amit. l. j. quod ibi dicitur, qd actio extinguatur capitis diminu. intellige de confessoria, quæ competit pro vsufr. formato. Paulus.

§. Vsumfructus. Hic est duplex litera. Nam aliqui habent vsusfr. serui Titio, aliqui seruo Titio, secundum primam, h. d. si per hæredem stat quominus tradat rem, cuius vsusfruct. legatus est, ea perempta tenetur, quatenus interest moram non esse factam: secundum aliam. h. d. vsusfructus relictus seruo alterius morte serui, vel domini extinguit. Et ideo si dum mora fieret per hæredem, quominus præstetur, alter eorum decesserit, tenetur, vt s. quatenus interest moram nõ esse factam. Et secundum istam lect. l. fi. C. eod. l. contrariatur. de verbo ad verbum, quia dicit, qd vsusfructus relictus seruo, vel fi-

liofam. alterius morte serui, vel filii, nõ extinguitur, sed remanet apud patrem, vel dominum, nec finitur morte patris, quia remanet apud filium. Sol. vera est, quo ad primum dictũ, qd extinguitur morte serui, vt hic: cuius cõtrarium ibi dñ, qd hic loquitur, qn̄ fuit relictus cõtemplatione serui. Nam licet domino acquiratur tñ morte serui extinguitur, quod est no. Ibi uero non apparebat cuius contemplatione relictus esset, vnde ex euentu declaratur: quia si præcedebat filius, vel seruus, videtur relictus contemplatione pris, vel dñi, & est mirabilis decisio illius l. de cuius casu Cy. fuit interrogatus in examine, & fuit magna altercatio de intellectu ipsius. Quo ad s̄m dñm, qd hic extinguit morte dñi: ibi nõ extinguitur morte pris sed remanet penes filium. Respondetur, qd ibi in patre, & filio: hic in domino, & seruo. Nam post mortẽ patris potest remanere penes filium, qui potest habere proprium, & ideo non extinguitur, vt ibi. Sed post mortem domini non potest remanere penes seruum, & ideo extinguitur. Ex quo patet, quod licet principium illius l. loquatur de filio, & seruo tamen finis non loquitur, nisi de filio, & patre. & ita sentit ibi Bar. de quo est casus hic. cætera dic, vt ibi.

L E X XLIIII.

Questum. Si vsusfructus non præstetur tempore, quo promissus est, succedit obligatio ad æstimationem, nec auditur proprietarius uolens alio tempore præstare. h. d. tex. cum gl. & expone tex. ibi, eius temporis vsusfr. recte petere &c. id est æstimationem, quia cum constet vsusfructus illius temporis transacti amodo non posse præstari, quia tempus transactum nunquam redit, non debet peti vsusfructus, sed æstimatio, vt probatur in l. si ususfructus mihi. j. de usufr. leg. & adde omnino, quod ibi no. per Bar. No. qd illa, quæ habent concomitentiam cum tempore extinguuntur tempore, nec possunt alio tempore dari, quod facit ad q. de Potestate electo.

L E X XLV.

Non utitur. Vsumfructuarius tunc dñ non uti, qn̄ per se, non per alium utitur, dicitur autem uti ca sibi. hic contentis. h. d. no.

L E X XLVI.

Si alij. Plus continet ususfr. q̄ usus, & si uni relinquat ususfr. alteri usus, quod est s. usum ptinet ad fructuariũ. Itẽ si idem corpus bis leget, non multiplicatur legatum: secus si legatur corpus, & æstõ, quia debetur utrunque, & ad hoc alle. Ad hoc omnino uide l. 2. in fi. & qd ibi no. j. de dot. præ. Pau. de Cast.

L E X LI.

Vsumfructuarius. Vsumfructuarius debet rem conseruare in eodẽ statu, quo reperit nõ autem aliquid addendo, nec statum mutare, licet ex hoc melior fiat conditio domini. Item impensa cibariorum ualetudinarij serui usufructuarij pertinet ad ipsum. h. d. cum l. seq. Et not. text. cum gl. qd sicut arare, & seminare est cultura rusticorum pradio rum, ita reficere, uel ædificare urbanorum, sic & habitare dixi s. eo. l. item si fundi. Item in gl. seq. quæ dicit maximẽ si ex modica dicit Cy. quod illud maximẽ abundat, quia nisi esset modica expensa ualetudinis, non pertineret ad fructuarium, ut l. eo. l. hætenus. & j. de impen. l. omnino, impensa uero cibariorum indistincte pertinet ad eum, quia hoc a principio prætere potuit, sed casum ualetudinis non ita potuit præuidere. Pau. de Cast.

L E X LIII.

- 1 Titulus de legatis præstandis, an per auth. ex causa. hodie correctus sit.

S I extraneo. Rupto testamento per contrat. ususfr. qui debebat remanere penes hæredẽ, redit ad illum, cui proprietas erat legata, si erat de personis, quarum legata conseruantur per tit. de legat. præstan. h. d. Et no. gl. in fi. quæ dicit, † qd titulus de leg. præst. hodie corrigitur per auth. ex causa. & sic illa authen. locum habet rupto testamento per q̄tab. Adde quod no. s. de min. l. si filius. Paulus.

- 2 Clericus decedens ad hæredem, num actionem, quam temporis præteriti ratione habet, transmittat. Et quid reliquis, beneficij non solutis, beneficium permuet.

§. Si testator. Potest ille, cui legatus, est ususfruct. agere contra hæredem, ut rẽ reficiat, si hoc testator iusserit: & si hæres fuerit in mora, tenetur quatenus interest moram non esse factam, q̄ actionem transmittit usufructuarius ad hæredem suum, licet vsumfructũ non transmittat. h. d. cum l. seq. In qua habes argu. qd † clericus decedens transmittit ad hæredem suum actionẽ, quam habebat ratione præteriti tem-

temporis, & hoc si habebat beneficium simplex: aliàs secus per ea, quæ no. in c. presentis. de offic. ordi. lib. 6. Ad prædicta facit optimè. l. defuncta. j. eo. Item est ar. q. clericus, postquam arrendauit beneficium, & fructus sunt percepti, si resignet ipsum ex causa permutationis: arrendaria præteriti temporis sunt sibi soluenda facit. l. cuiuscunque. post prin. j. eo. tit.

L E X L V.

- 1 *Expensam quam quis principaliter respectu alterius facit, & si ex consequenti in ipsius facientis utilitatem redundet, an repetere possit. Et principale propositum magis spectandum.*
- 2 *Vasallus atque emphyteuta, num inuito domino rei cedere, vt ab eo liberentur possint.*

Si absente. Si proprietarius absente fructuario faciat aliquam impensam in re, quæ pertineat ad fructuarium, potest eam repetere per actionem negotiorum gestorum, nisi fructuarius sit paratus cedere vsum fructum, & adde l. Titius. j. e. Item t. no. hic tex. cum gl. q. cum quis facit impensam principaliter respectu alterius, licet secundario redeat in ipsius facientis utilitatem, tamen potest eam repetere, & sic inspicitur principale propositum, facit quod dixi s. eo. l. quoties. s. si colono. Item t. no. arg. q. vasallus, & emphyteuta possunt cedere rei inuito domino, & liberantur ab eo, facit l. cum fructuarius. j. e. Richar. Malumbra. Sed de vasallo dic: vt in c. j. de vasal. qui contra constit. Lotha feu. alie. & quod no. in c. quæ in eccle. siarum. de constit. In emphyteuta dic, q. non potest cedere domino inuito, & se liberare a pensione. ar. j. loca. l. si in l. s. si domus. & l. dominus horreorum. s. si. & de fun. patri. l. quæcunque. de pub. l. cotem. s. si. nec ob. hic: quia iste usufructuarius non tenebatur ad annuam sol. Et sic habebat usufructum ex causa lu. cratiua, vel emerat vno pretio, & totum soluerat: & sic non tenebat, nisi ad istas impensas, quæ cum sint factæ etiam cõtemplatione rei, postquam cedit usufructui rei, permittitur redundare tantum in utilitatem proprietarij: secus ergo si emisset usufructum annuum, pro annuo pretio. vt dictis iuribus. Vel distingue s. m. ea, quæ habentur per Dy. & Bar. j. de aqua plu. arcen. l. is cum quo. vide Cy. in l. si quis curialis. & quod ibi no. de Episc. & Cler.

S. Siluam. Usufructuarius potest colligere fructus immaturos, si sua magis interest habere, quàm maturos h. d. s. m. verum intellectum. Si vero sua non magis interesset colligere: tunc non posset, quia videretur malitiosè facere: vt patet s. eo. l. ex silua cædua. secundum Fran. Accur.

L E X L VI.

Si mihi. Si legatur usufructus a duobus hæredib. in portione cuiuslibet habet usufructuarius portionem usufructus. h. d.

L E X L VII.

Titius. Si proprietarius anteq. tradat vsum fr. facit aliquam impensam ad usufructuarium pertinentem, non tenetur tradere, nisi pro rata usufructus, sibi refundatur impensa. h. d. Sicut enim habet actionem vt s. e. l. si absente ita exceptione, vt hic, & habes l. similem. j. de vsum leg. l. generale. & l. Lucius.

L E X L VIII.

Titio cum. Non potest res incipere, ab eo casu, quo finire debet, ad hoc alleg. Ratio dubitandi huius esse poterat: quia si legabatur usufructus alicui cum moreret, videbatur, q. deberet incipere, ab hærede, quod fieri potest, qn. hoc agitur: vt s. eo. l. qui vsum fructum. s. j. & arg. C. vt actiones ab hærede. & quod dictum est, aliud cum morietur, quia tunc voluit vsum fructum fundari in vita morientis, quia viuens moritur. in l. 4. quando dies leg. ced. & ibi no. arg. s. eo. l. arboribus. s. de illo. & sic voluit vsum fructum durare momento, & sic non valet. Ad hoc ergo, quot no. in l. si. j. de condi. insti. & fortè idem est in primo casu, cum reliquit, post mortem. Nam dicendo relinquo, post mortem tuam, non vñ velle, quod fundetur in persona hæredis, sed tua: argu. eius, quod no. per Bart. in l. cohæredi. s. cum filio. de vul. & pup. cogitabis. Pau. de Cast.

L E X L X.

Vusufructu. Onus tributorum pertinet ad usufructuarium, nisi aliud actum sit. Item si domus in qua quis habet usufructum non sit totaliter diminuta, durat adhuc usufructus in eo, quod remanet. h. d. cum l. si cui.

L E X L XI.

Si sub conditione. Cum quis vendit proprietatē deducto usufructu. qui sperabat alteri deberi, si quidem spes illa aduenerit, cum persona illius fi-

nitur: sed si nō euenerit, tunc si illius contemplatione exceptus esset, statim redit ad proprietatem: aliàs fundatur, & finitur in persona excipientis. h. d. cum glo. & no. in fi. q. cessante causa reservationis, cessat reservatio, facit l. si in uenditione. j. cõmunia prædio. quæ est no. ad hoc, & quod no. de leg. j. l. si quis legauerit, per Iac. de Are. & Bal. quod no. pro moderno tempore ad reservationes beneficiorum.

L E X L XIII.

Dominus. Per acquisitionem proprietatis reuocabilem ex causa, quæ retro fingitur, & a qua depēdet acquisitio, non extinguitur usufructus. h. d. Et no. pro sol. contrariorum, q. interdum acquiritur proprietate pendente conditione vsusfr. & ea pendente, similiter alienatur, & tunc non nocet usufructui: vt s. e. l. quoties. post prin. interdum acquiritur, post acquisitionem vsusfr. & tunc, aut illa acquisitio dependet ex causa, quæ ipsam postea resoluit, vt acquisitio ex causa legati, qd. principaliter ex testamēto dependet, & testam. postea resoluitur, & tunc similiter non nocet, quia fingitur nunquam acquisita, vt hic. Aut non dependet principaliter, vt cum acquiritur ex cã inter viuos, quæ postea resoluitur virtute testamenti, a quo principaliter non dependet, & tunc extinguitur vsusfr. nec postea reuiuiscit. ut j. quibus mod. vsusfr. amit. l. si tibi. Pau. de Cast.

- 1 *Ius accrescendi in legatis testator prohibere potest. Et quid in hæreditate. Et legatum proprietatis per subsequenter adiectionem non restringi, non sic in usufructu legato.*

S. Per fideicommissum. In alimentis non habet locum ius accrescendi. h. d. s. m. vnum intellectum, vel sic, vbi testator prohibet, non habet locum ius accrescendi. h. d. s. m. alium. Et t. propter hoc alleg. semper gl. hic posita, quia testator potest prohibere, ius accrescendi, quod est uerum in legatis. Quid autem in hæreditate? vide l. si ego. de iniusto testa. & per Barto. in l. quoties. s. si duo. de hæredib. institu. quid in legitima? vide in Auth. ut cū de appel. cog. s. si ceterum. Item no. eandem gl. in fi. q. licet legatum proprietatis per adiectionem subsequenter non restringatur, ut j. de ali. leg. l. 4. legatum tamen usufructus sic, quod est nota. & uidi de facto, & adde s. de transac. l. cum hi. s. si uni. & quod ibi no. Pau. de Cast.

L E X L XV.

LEX III.

- 1 Legatum quantitatis sua natura reiterabile non est. Et uerba illa, quandiu uixerit reiterationem important.
- 2 Interpretatio in testamentis ea facienda est, per quam legata ampliantur potius, quam minuantur.
- 3 Temporum commemoratio, ut legata multiplicat, ita & repetitio tacita uel expressa.

Sicut. Sicut commemoratio temporis facit esse plura legata, ita & commemoratio actuum: quae habent concomitantiam cum tempore, licet nullum sit appositum nomen distributiuum. h. d. vsq. ad §. haec autem. Et iste text. melius facit ad quoniam de substantione compendiosa de qua tetigi. §. l. proximi. quod ille text. In text. legari potest quo casu tot sunt legata, quot anni, & capitis diminutio superueniens pro illo tantum anno extinguit, quo dies cessit capitis diminui. quo casu tot erunt legata, quot vicibus capite minutetur, ut ecce Titio usufructus lego, & si capite minutus fuerit, uel aliter amiserit, eundem usufructum sibi lego, certum est. n. quod si nunquam capite minueretur, unum tantum esset legatum pro toto tempore uirae suae, quia non est facta commemoratio temporum, ut §. tit. j. l. j. in princ. Si uero capite minuatur, censetur primo unum legatum a tempore, quo inceperit uti frui vsq; ad capitis dimini. quod ipsum facit finire, deinde eodem momento post capitis diminutionem incipiet secundum legatum uirtute repetitionis, & durabit usque ad aliam capitis dimini. & sic de singulis, cui secundo, uel tertio legato non nocebit capitis diminutio praecedens, quia tempore quo superuenit, nondum cesserat dies illius, non autem intelligas, ut ista repetitio quoties capite minutus fuerit faciat esse tot legata, quot sunt anni, sicut cum dicitur, singulis annis, & est longa differentia, quia cum dicitur singulis annis capitis diminutio extinguit pro toto illo cuius dies cessit, & pro illo reuertitur ad proprietatem, & sic non resumet legatarius, nisi anno sequenti licet quaedam glossa supra l. proximi. uersu. quod & in vno, quae incipit, ut uideatur, sentiat, quod statim resumet post capitis diminutionem,

tionem, vt patet ea. l. verfi. si non mors. Sed si repetat hoc modo, quoties capite minutus fuerit: tunc per capitis diminutionem perdet pro tempore præterito, & eodem momento resumet pro tempore futuro virtute repetitionis: quia statim post capitis diminutionem est s'm legatum, vt patet j. ea. l. s. idem Papinianus. Nec enim potest dici eodem momento. Sed primo casu non incipit s'm legatum, nisi adueniente secundo anno. In tex. ibi: *Quandiu uiuat.* Nota istum tex. vult enim dicere, q' si lego tibi v'sufructum quandiu viuas: videtur repetitum quoties capite minutus sit, ergo si capite minutus vnum tantum est legatum. In 3^o rium facit, quod tot sint legata, quot anni j. de annu. lega. l. legatum. Sol. ibi loquitur in 1^o legato quantitatis, quod sui natura non est reiterabile: vnde illa verba, quandiu vixerit, reiterant legatum, per singulos annos, quæ interpretatio fauorabilis est legato, & nisi talis fieret, tunc resularet interpretatio odiosa. Effet enim sensus, q' legatum nõ duraret penes legatarium, nisi quandiu vixerit, & sic post mortem restitueretur heredi, vt l. Titia. §. si. de leg. 2. 1^o constat 1^o autem q' in testamen. fauorabilior interpretatio sumenda est, vt magis amplientur legata, q' minuatur. Nos autem loquimur in v'sufructuario, qui sui natura habet annum emolumentum: vnde quo ad hoc non est illa interpretatio necessaria, sed danda est sibi alia fauorabilior. Cvt videatur repetitum quoties capite minutus fuerit: quod est vtilius, q' per singulos annos. Nam tunc capitis diminutio extingueret legatum illius anni, cuius dies cessit: nec resumeret post, nisi vsque ad annum venientem. Sed cum repetitur, si capite minutus fuerit eodem momento perdit, & resumit, vt j. ead. l. §. idem Papi. Vltimo collige 1^o ex hac l. q' sicut commemoratio temporis multiplicat legata, ita & repetitio tacita vel expressa. Et primo ponuntur duo exempla de expressa, secundo duo de tacita in verfi. vnde tractatum, & hoc dicit in summa. Paulus.

1^o *Coniuncti num verbis dicantur, qui in diuersis orationibus positi, per & copulam coniunguntur.*

Et an copula verbalem coniunctionem facere censeatur.

2^o *Ius accrescendi num locum habeat inter coniunctum, & substitutum alterius coniuncti.*

§. Hæc autem. Si in p'sona vnus ex re. & verbis coniuncti in v'sufructu, totus v'sufructus repetatur, & idem per repetitionem obtineat, saluum est inter eos ius accrescendi, quia licet coniunctio verbalis sit soluta, remanet tamen inter eos coniunctio realis. h. d. Et nota hic casum expressum secundum Bar. q' 1^o duo positi in diuersis orationibus, licet coniuncti per copulam, non tamen dicuntur verbis cõiuncti. Si enim dico sic, Titio, & Seio lego v'sufructum fundi quo ad hoc legatum sunt re, & verbis cõiuncti, si postea dico, & quoties Titius capite minutus fuerit eundem v'sufructum sibi lego, quo ad repetitionem dicitur verbis disiunctus, licet re coniunctus, vt hic in fi. dicitur expressè, & tamen istæ duæ orationes sunt coniunctæ per copulam, sequitur ergo, q' copula non est illa, quæ faciat coniunctionem verbalem, sed vnitas sermonis, & complexus verborum eiusdem orationis: vt l. triplici. de ver. sig. licet Pet. dixerit contrarium, & malè s'm Bar. in l. re. coniuncti. de leg. 3. Itē no. tex. in §. hoc si alius Titio substitutus & c. nam 1^o per hoc videtur probari, q' inter cõiunctum, & substitutum alterius coniuncti locum habet ius accrescendi, quod est verum si substituto legata esset eadem res in solidum, pura Titio, & Seio lego fundum, & si Titius noluerit eundem fundum, partem suam lego Sempronio: nam licet inter Titium, & Sempronium sit coniunctio verbalis, non tamen est inter Sempronium, & Seium cõiunctio realis, cum non tota res, sed pars legata sit.

2^o *Fieri eodem momento dici, quæ vel successiue fiunt.*

§. Idem Papin. Iste §. est valde difficilis, & Doc. nihil dicunt. Si in persona vnus ex re, & verbis coniuncti in v'sufructu repetitio fiat pro parte illius portionis, quam habebat per concursum, in illa tantum remanent re coniuncti, quæ si deficiat, tota consocio accrescit, & reddet consocio sibi: partem uerò alteram eiusdem portionis quam per capitis diminutionem amisit, ille recuperabit per concursum, cum admittatur per consocium, cui semel accreuit, restat ergo, ut cum ad proprietatem redeat una cum alia portione, quæ non potest accrescere. hoc dicit, tex. cum gl. uestra multum subtiliter. Et est ualde difficilis in sustinendo ipsum ab impugnationibus. Diuiditur in duas partes. Primo loquitur de portionibus, quas coniuncti sibi retinent, utrum alteri ab altero accrescat. Secundo de portione quæ per capitis diminutionem semel fuit perdita. Secunda ibi, nec enim. Item supra §. proxi. locutus est, qn in persona vnus repetitur totus v'sufructus, & sic sunt re, & verbis coniuncti, sed per concursum faciunt sibi partem, & quilibet habet dimidiam, postea dicit, & quancumque Titius capite minutus fuerit, dimidiam illius dimidiæ quam per concursum haberet, sibi lego. Cõtingit ipsum capite minui, & sic totam dimidiam suam perdidit. Sed statim eodem momento dimidiam illius

dimidiæ uirtute repetitionis resumpsit. Queritur, an remaneant coniuncti, & qualiter inter eos sit ius accrescendi. Respondetur primo; q' illa dimidia quam Titius resumpsit si sibi deficiat, quia moriatur, accrescit tota Mæuio, ratio, quia sunt re coniuncti. Nã semel illa dimidia fuit legata Mæuio in primo legato, quo legatus fuit totus v'sufructus, nec per repetitionem fuit soluta. Sed econtra, si deficiat portio Mæuij, non tota accrescit Titio: sed p parte, & pro altera parte redit ad proprietatem, sed non declarat pro qua parte. Tu dic secundum uerū intellectum, q' cum Mæuius habeat dimidiam iure suo, sola dimidia illius dimidiæ accrescit, sic econtra debet esse, ut æqualitas seruetur, altera uero dimidia illius dimidiæ redibit ad proprietatem. Sed queritur secundo in uer. nec. n. certum est, q' Titius per capitis diminutionem totam dimidiam suam perdidit, & dimidiam illius ex repetitione resumpsit, & sic remanet alia dimidia eiusdem, de qua testator non disposuit, licet Titius ex repetitione non habeat, nisi dimidiam dimidiæ, utrum altera dimidiam eiusdem dimidiæ saltē habeat per ius accrescendi in totum, uel pro parte? uidetur q' sic in totū, postquam testator de illa dimidia perdita non disposuit, ar. j. de hæredi. insti. l. si alterius, & l. prima. §. si ex fundo, uel saltē uideat, q' accrescat sibi pro parte quam resumpsit, scilicet, p quarta totius, & consocio pro dimidia, arg. infra de hæredi. insti. l. si hæreditas. §. primo. in fi. ubi uidetur expressum contrarium: respondetur. q' eo momento quo totam dimidiam perdidit, & statim dimidiam eiusdem resumpsit, altera dimidia sibi non accrescit: quia illud qd quis perdit, sibi non debet accrescere: aliàs. n. frustra perderet. h. d. in effectu. Quid ergo erit de illa dimidia dimidiæ? respondeo accrescet Mæuio, & sic habebit tres quartas, quæ si sibi deficiunt, una accrescet, alteræ duæ redibunt ad proprietatem. Circa quod formo aliquas oppo. sine quibus non potest haberi intellectus. Et primo circa dimidiam dimidiæ quam resumpsit Titius, dicitur. n. hic, q' si ipsam postea perdat, tota Mæuio accrescit, oppo. duobus modis: q' nihil accrescat, primo, quia cum Mæuio sit totus v'sufructus legatus, & postea dimidia dimidiæ sit repetita in persona Titij, uidetur Mæuio adempta: ut C. de leg. l. cum quæstio. Sequitur ergo, q' Mæuius non sit in ea re coniunctus, quia non habet eam ex uoluntate testatoris. Sol. contrarium loquitur, cum ab eo cui fuit legatum totum, solus testator adimit postea partem, & sic post desinit illā partem habere ex uoluntate testatoris, unde non est inter eos coniunctio. Sed hic ista pars fuit Mæuio primo adempta per dispositionem, l. admittentis eos ad concursum, quæ nõ fecit Mæuium desinere eam habere ex uoluntate testatoris, & sic non soluit coniunctionem testator, ergo postea repetendo dimidiam eandem in persona Titij uidetur magis. l. dispositionem secutus, q' Mæuio adimere. Et sic non desinit Mæuius ex eius testatoris uoluntate habere: unde remanet adhuc coniunctus, arg. ad hoc in l. rem legatam. j. de adimen. legat. Secundo ad idem, licet Mæuius sit in ea re coniunctus, tamen tota est penes solum Titium: & sic non facit sibi Mæuius partem per concursum: ut supra tit. j. l. idē Neratius, & ibi dixi. Solu. semel fecit Mæuius Titio partem per concursum in toto legato v'sufructus: & sic portio, quæ remanet penes Titium, assumpsit sibi illam naturam, & qualitatem, ut posset accrescere Mæuio, & eandem nunc sibi retinet, licet non ex primo legato, sed ex repetitione, quia uidetur repetisse sub eadem qualitate, arg. in l. Seia, & §. Caio. j. de fundo instru. l. Titius habeat. arg. §. tit. secundo. l. idem Neratius. §. fi. l. Sed circa dimidiam Mæuij oppo. duob. mod. similiter. Primo, q' tota accrescat Titio, cuius 3^o rium dñ in tex. & gl. Nam licet Titius partem suam perdidit, tñ saluum sibi remanet ius accrescendi, ut §. tit. secundo. l. interdū, & de usufructu. l. si Titio. §. primo. Sol. quicqd gl. dicat, in 3^o rio totū pdidit, & nihil resumpsit, sed hic resumpsit partem ex uoluntate testatoris, & per hoc uñ prohiberi, q' ultra illam partem non habeat, quæ prohibitio ualet usque ad cõcurrentem quantitatem, arg. C. de procur. l. maritus. cõtingit ergo hoc rōne limitatæ portionis. Secundo oppono q' nihil de dimidia Mæuij accrescat Titio, quia in illa nulla est inter eos coniunctio in parte tm̄ repetita, ut sentiūt oēs glo. Solu. licet nõ sit nũc, semel tm̄ fuit, uñ retinet sibi pristinā naturam, ut accrescat Titio pro parte, sicut portio Titij retinet sibi naturā pristinam in fauorem Mæuij, ut §. dixi. Vltimo scias, q' glo. secunda dum dicit non pōt, quando in personam Titij nõ fuit repetita dimidia per l. cum quæstio. C. de legat. uidetur sentire, q' illa dimidia uideret a Mæuio adempta. Et sic non essent coniuncti. Sed certe idem esset, cum repetitur dimidia dimidiæ, dic ergo, q' immo etiā tũc essent re coniuncti in alia dimidia, per ea quæ supra dicta sunt, & ita sentit gl. fi. Sed in uno nõ bñ dicit. q' tunc ex persona Mæuij nõ accresceret, nisi dimidia dimidiæ Titio. Nam tm̄ accrescit, qn dimidia dimidiæ repetita est Titio, ergo plus dēt accrescere, qn tota dimidia: dic ergo, q' tota dimidia Mæuij accresceret Titio tũc sicut e3, ut æqualitas seruet. arg. in l. pen. C. cõi di. & l. fin. de fruc. & lit. expen. paria sūt ergo repetere dimidiā in p'sona Titij, uel totum, ut §. §. proxi. Vltimo no. tex. cum glo. q' 1^o eodem momento

mento dicuntur aliqua fieri, licet successiue fiant: primo. n. quis amittit, secundo immediatè resumat, tamen eodem momēto fieri dicuntur, ad hoc j. communia prædio. l. si cum binas, & no. j. de vulg. & pup. l. si pater captus, & l. quidā. de pecu. leg. Gl. super verbo amittit. in si. quærit quæ est ratio, quare Titio nihil accre scit de parte quam amittit, & ponit duas rationes, quarum prima modicū valet, secūda verò non pcedit: quia si esset vera seque ret, q̄ nunq̄ in usufructu haberet locū ius accrescēdi, q̄a est resolu bilis, nec ob. l. pecuniā. quam alleg. quia ibi erat ius resolvable in persona alterius, cui sperabatur ius quæri. Paul. de Cast.

§. Morte. Vfusfructus extinguitur morte usufructuarij, siue ipsum habeat de iure civili, siue prætorio, nec potest cum casualiter amittitur in eius persona repeti, sed in persona hæredis sui, sic. Item usufructus acquisitus per seruum non perditur per alienationem ipsius serui, vel usufructus eius. hoc dicit vsque ad l. proximam. §. rei tex. cum glo. Pau. de Cast.

L E X V.

1 *Accessorium quod principali maius est, vel per se potest subsistere, num cum principali extingui dicatur.*

2 *Ager num si in eo transplantetur vinea, ager esse desinat.*

Repeti. Mutatione rei extinguitur usufructus, q̄ habetur in ea, nec restituit, licet res in pri stinam redeat formam. Si tamen nō est eadem forma, sed similis usufructus alterius rei sibi cohærentis non propterea extinguitur, siue illa cohærens sit principalis ad illam, quæ mutatur, siue sit accessoria. h. d. vsque ad l. si usufr. messum. Et ponuntur exempla de mutatione rei, de cuius usufr. quærit: quorum duo sunt in hoc §. cum se. alia sunt in l. quod tamen. §. agri. vsque ad si. in l. verò fundi, vsque ad d. §. agri. ponuntur duo casus, cum vna res mutatur, & de usufruct. alterius sibi cohæren tis quæritur, quorum vnus est, quando illa cohærens est princi palis, secundus quando est accessoria, vt in l. quid tamen. in prin. Secundo ponitur vnus casus incidens, si res mutata redeat in pri stinam formam, vtrum usufructus restituatur. in d. l. quid tamē. §. j. quia omnia prima quatuor exempla duob. exceptis sunt, q̄n res taliter mutatur, q̄ in pristinā formam omnino eandē redire non potest, vel non solet, & in illis dic, q̄ usufructus statim ex tinguitur, nec vnq̄ recuperatur, duo verò exempla quorum vnū est de usufr. aræ in qua ædificatur, aliud de usufr. massæ de qua fiunt vasa loquitur de tali mutatione, quæ non impedit rem re dire ad pristinam, & eandem formam, & in illis duob. dic, q̄ non extinguitur statim, sed lapsō tempore, quo solet usufructus pe rire. Interim autem non amittitur ius usufructus, sed commo ditas. Et ideo si ante lapsum tēpus rediret in pristinam formam ipso iure usufructus redit in pristinum statum. Primum de usufr. aræ patet in l. si aræ. §. de usufr. & q̄ ibi dixi, & j. quæ admo. serui. amit. l. si locus. Secundum de usufructu massæ patet ex gl. quæ est §. de usufruct. l. qui usufructum. in prin. in gl. quæ inci pit, si verò usufructuarius massæ, in princ. quæ vult hoc dicere, si bene inspiciatur. Item no. l. quod tamen, in princ. quæ alleg. per glo. j. de pecu. lega. l. 2. q̄ j. accessorium, quod est maius princi pali non extinguitur cum principali, quod non videtur bene di ctum per §. si tamen alienam, Insti. de re. diu. vnde melius dic, postquam ius est acquisitum in accessorio, quod sine principali poterat a principio subsistere, tale ius cum principali nō extin guitur, ita videtur hic Cyn. sentire in vna additione, facit, quod

2 ipse notat in l. j. C. de iudi. Vltimò j. nota in §. sed si stagni. in si. q̄ licet in agro ponatur vinea, non tamen desinit esse ager, quia ad huc possunt ibi exerceri opera agri, ut seminare, facit l. certō ge neri j. de serui. rusti. præd. in glo. magna, quæ modici est effectus, tene primam sol. quæ probatur ex tex.

L E X XII.

1 *Possessor bonæ fidei, plus iuris quam usufructuarius habere censetur.*

Si usufructuarius. Fructus tunc efficiuntur fru ctuarij cum separati sunt a solo per se, vel per alium nomine suo, licet in horreo non sint reconditi, & illos ad hæredem transmittit, bonæ fidei verò possessores qualitercunque a solo separati sint, licet nō no mine suo. hoc dicit. fm veram lectu. quæ ponitur hic in si. glo. & approbatur per Doc. C. de rei ven. l. certum. & supra de rei ven. l. ex diuerso, & fm istam Iulianus non corrigit Labeonem, sed ip sum approbat cum distinctione, & idem Cyn. Et j. sic no. q̄ plus iuris habet bonæ fidei possessor, q̄ usufructua. & est ratio, quia possidet tanquam dominus. facit C. de fur. l. apud.

L E X XIII.

1 *Generare vnum quodque suum simile dicitur.*

Excepta. Indivisibiles causæ pariunt indivisibiles effectus. diuisibiles autem pariunt diuisi biles. hoc dicit Bal. Et j. sic no. q̄ vnum quodque generat sibi simile.

L E X XV.

Interdum. Si legatus sit usufructus tādium, quādium alie netur, incipiēte proprietario alienare usufructus statim extinguitur. h. d. Et nota ibi: nam incip. pro eo, quod no. in l. ea leg. C. de cōdit. ob causam, & supra de iurisd. om. iud. l. si quis id quod s. dum proponitur: per Iac. But. & Bar.

L E X XVI.

1 *Restitutioni res obnoxia num efficaciter alienetur.*

2 *Ius accrescendi inter legatarios diuersorum testatorum locum non habet.*

Si sub conditione. Si usufructus legatus vni sub conditione per hæredem al teri purè legetur, licet interim legatum hæredis valeat, tñ existente conditione resoluitur. Inter prædictos legatarios diuersorum testatorum non habet locum ius accrescēdi. h. d. & est l. magistra. No. ex primo dicto, q̄ res subiecta restitutioni sub conditione, potest alienari, & valet alienatio quousque existat conditio, quod an hodie sit verum, dic, ut no. per Cy. in auth. res quæ. C. communia de leg. & per Dy. & Bar. in l. seruo legato. §. j. de leg. 1. Sed quæro quid si conditio primi legati existeret? Respondeo non extingueretur legatum hæredis, ut j. si certum pet. l. proinde: secundum Franc. Accur. & Cyn. Item quæro quid si hæres legaret eidem, cui legauerat testator? Respondeo pen dente conditione hēt ex legato hæredis, sed illa existente mutat causa, & uidetur habere ex legato testatoris, ut j. ad l. Falc. l. fun do. & ibi no. de hæredi. insti. l. si seruus. §. qui fideicommissariam.

2 Ex secūdo dicto nota. q̄ inter legatarios diuersorum testatorū, non habet locum ius accrescēdi, quod est verum, siue facta sint a diuersis, ut hic: siue ab uno, ut no. in l. si duobus. de testi. mil. & C. in eo. tit. l. 2. fallit in casu singulari l. qui patri. de acqui. hæ.

L E X XVII.

Si tibi. Vfusfructus extinguitur per acquisitionem proprie tatis etiam reuocabilem, & licet reuocetur nō reui uiscit usufruct. l. dominus.

L E X XVIII.

Si seruo. Vfusfructus legatus seruo hæreditario, per adi tionem hæreditatis non extinguitur, quasi mu tato dominio cum nulla re vera sit mutatio: sed tunc dies eius cedit, & non ante: Item nec personalis seruitus, nec realis per alienationem proprietatis extinguitur. hoc dicit. cum l. seq.

L E X XX.

1 *Iurisdictionem plenam habens quo ad merum mistumque imperium, si se miplene utatur, puta quo ad actus simplicis iurisdictionis, an quasi pos sessionem quo ad merum ac mixtum imperium retinere dicatur.*

Is, qui. Qui utitur parte integrali cōtēplatione totius retinet totum: secus si cōtēplatione solius par tis. Tunc aut uidetur cōtēplatione totius uti, quando scit totum se habere: aliās uidetur uti cōtēplatione solius par tis. h. d. Et est l. ualde singularis. Et j. per hanc l. determinatur q̄ de illo, qui habet plenam iurisdictionem, quo ad merum, & mix tum Imperium, & ipse utitur semiplenè, puta quo ad actus sim plicis iurisdictionis utrum retineat, quo ad merum, & mistum Imperium? Et certè distinguēdum est, ut hic. Item facit ad aliud: si quis tenetur quolibet anno dare 12. & ipse per longum tem pus non dedit, nisi sex, utrum ille qui recipit, præiudicet sibi in residuo? & uidetur distinguendum, ut hic, pro quo uide c. olim, & quod ibi no. extra de cēsib. per Cy. C. de præscript. 30. ann. l. cū notissimi. §. in his. & in Spec. de loca. §. nunc aliqua. uersic. 42. & de præscript. in quarta parte, uersic. quid si cum deberet, & uers. sed pone miles quidam: ubi omnino uide per Ioan. And. in reg. plus in se. in mercurialibus facit C. de agri. & censu. l. cum scimus. §. illud. Paul.

L E X XXI.

Si usufructus. Ciuitas uidetur mori cum aratrum pa titur, & tunc eius usufructus extin guitur. h. d. Et no. gl. hic positam, pro qua uide per Inno. de nou. ope. nun. cum ex iniuncto. Paulus de Cast.

L E X XXII.

Si mulieri. Vfusfructus retinetur per domesticum, fami liam, & per uirum, uel uxorem utentem no mine usufructuarij. h. d. Et no. q̄ tales utentes iure familiari non sibi eam acquirunt, sed retinent pro absente, uide Bar. j. de acq. poss. qui iure familiaritatis. & per Inn. de præscri. si diligenti. Pau.

L E X XXIII.

Si ager. Per inundationem per quam flumen mutat alueū perditur usufructus, & proprietas, sed ea cessante restituatur utraque de æquitate, licet non de rigore, per inun dationē uerò simplicem, per quam alueus non mutatur nullo modo extinguitur, licet interim commoditas cesset, qua inun datione

datione cessante redit ad pristinum statum. h. d. cum l. seq. & l. m. istam dist. intellige omnia iura in gl. alleg.

LEX XXIX.

- 1 *Locator per rei locata alienationem a conductore in alium factam, num priuari possessione dicatur, quanquam & conductor pensionem soluere non destinat. Et qualiter tunc locatori aduersus conductorem alienantem succurratur. nu. 2.*
- Pensionis solutione num possessio queratur. & an inde probetur.*
- 4 *Proprietarius usumfructum sibi locatum si alij relocet, an usufructuarium possessione priuet.*
- 4 *Actio personalis ad usumfructum competens, num tempore, ut usufructus extinguatur.*

Pomponius. Ista est valde singularis lex & subtilis, & male declarata. h. d. Si proprietarius cui usufructuarius locauerat usufructum, proprietatem vendat alteri pleno iure & tradat, priuat usufructuarium possessione, & per quos usufructum non utendo tpe perdit, licet proprietarius continue pensionem soluat: tñ tenet usufructuario ad interesse. Idem si usufructum tm sibi locatum vel venditum alteri locet, vel vendat noie proprio: secus si simplr. Item cum legatur vni vsufr. & alteri restituere rogatur, vñ legatarius noie fideicommissarii uti frui, & id negligentia non nocet fideicommissario, vt actionem ex testō, quam hēt l'imo tpe in vsufr. constituto pendendo perdat. h. d. vsq. ad l. pen. l. m. intellectu, quem puto verum, & magis pprium literæ. Not. t ex princ. l. q. licet locator videatur sp possessionem retinere: nec vnq̄ præscribitur q̄ eum quousq. conductor retinet eam penese, siue soluat pensionem, siue non, quia sp vñ eam retinere nomine locatoris, vt C. de præscr. 30. ann. l. male, si tñ in alium transferat locatore possessione priuat. & per quos ius eius tpe perditur, ut hic & l. 3. §. q. si seruus. de acq. poss. & C. eo. ti. l. fi. & ibi plenè no. Quod est verum, èt si conductor post translationem, & alienationem factā soluat continue pensionem locatori, tex. est hic singularis, q̄ nō ita bene alibi reperitur. Ex hoc no duo primo, q̄ qñ unus possidet, & alter pro illa re mihi pensionem soluit, licet sciente & patiente eo qui possidet: non tamen sibi præiudicatur in possessione, sicut nec in dñio. Nam per talem locōnem, nec possessionē: nec dñium acquirō, facit C. de rei uen. l. solennib. & de don. l. censualis. Secundo tñ no. ex hoc, q̄ licet p locōnem pensionis interdū acquirat possessio de nouo, & probetur, ut C. de agri. & censu. l. l. i. & no. in l. qui uniuersas. §. quod per colonum, de acq. pos. per gl. & per Bart. illud est intelligendum, qñ nullus alius, q̄ soluens possidet: nam si unus possideret, alter mihi solueret, per talē solutionem nec mihi acquiritur, nec probatur possessio l. m. Barto. ita no. in d. §. q. p colonum, ubi no. alle. hanc l. ita dēt intelligi. c. inter dilectos: circa fin. de fide instr. Prædicta uera, qñ conductor alteri tradidit, secus si fide: nam si colonus meus alteri rem meā venderet, & ab emptore conduceret, quo casu fide tradidisse vñ. ut l. quædam mulier, de rei uend. Si tamen mihi pensionem soluit, fingitur illi nō tradidisse, nec me possessione priuat: casus est singularis in l. quis. §. 1. de acq. poss. & ibi per Dy. & Bar. qui non hanc l. alleg. Sed quæro qualr succurratur locatori, cum conductor in alium transfert possessionem? Rñdeo, aut loquimur anteq̄ ius locatoris perdat tpe, & tunc succurritur conditione ex l. fi. C. de acq. pos. ita intelligitur gl. in l. fi. ad recuperandam possessionem. Aut postq̄ perditum est ius eius: & tunc succurritur sibi q̄ conductorem ad interesse, ut hic tex. Item in subsidium p̄t restitui aduersus emptorem, ut no. Specu. de loca. §. nunc aliqua. versu. 44. & de præscr. versiculo pone colonus: ubi omnino vide quia ibi allegat hanc l. Circa tñ versiculum, q̄ q̄ quero cum proprietarius usumfructum sibi locatum alteri locat, vtrum usufructuarium possessione priuet? gl. indistincte tenet, q̄ non, etiam si proprio nomine locauerit, & ita intelligit istum versiculum, per l. qui uniuersas. §. fi. de acquiren. poss. ita sentit glo. quæ incipit, èt suo nomine, sed tunc obstat fortiter versiculus sequens, cuius nomine glossella super uerbo suo nomine intelligit ver. sequentem, qñ proprietarius usumfructum sibi non locatum per usufructuarium alteri locauit suo nomine, quo casu priuat possessione usufructuarium, secus si sibi locatus esset. Sed hoc non placet, q̄a tota l. loquit̄ in eisdem terminis, & ista expositio est diuinationo. Præterea, licet fuerit sibi locutus vsufr. si tamen nomine pprio alteri locat, vñ locare tanq̄ proprietarius, & p iure, quod habet in vsufructu ratione proprietatis, non pro eo, qd̄ habet ab vsufr. & ideo secundus conductor non vñ possidere nomine usufructuarii. Tu ergo dic, q̄ aut proprietarius usumfructum sibi locatum locat simpliciter, & tunc videtur locare, p iure, quod habet ad usufructuario, & sic nomine usufructuarii vñ secundus conductor possidere, non autem uidetur locare noie proprio, q̄a tunc peccaret, cum ad interesse teneatur, ut s. prox. quod nō præsumitur uelle facere, vt infra pro soc. l. merito. Aut locat ex-

presse nomine proprio, & tunc non est locus interesse, vñ. ratione iuris, quod habet pp proprietatem locare. Ita loquitur versiculus sequens, ideo secundus conductor non possidet nomine usufructuarii. Idem puto per oia dicens, cum vsufr. sibi venditum alteri vendidit, vt distinguatur, an simpliciter, an nomine suo, ita intelligo versiculū, sed si a me, quia ratio diuersitatis reddi non potest, nec ob. l. qui uniuersas. §. fi. quia ibi loquitur in colono, qui non habebat proprietatem, vnde licet proprio nomine locet, non potest dici locasse, nisi pro iure, quod habet ab eo, qui sibi locauit. Sed cum proprietatem hēt, pōt dici locasse rōne sue proprietatis, vt hic. Præterea nec ibi dicitur, q̄ proprio nomine locauerit, sed simpliciter. Distingue ergo ex prædictis, aut ille, cui usufructuarius locauit, vel vendidit vsufr. alteri locat, vel vendit, tunc aut erat dñs proprietatis, aut non dominus. Primo casu, aut vendidit proprietatē pleno iure, & vñ nomine proprio vendere, vt in prin. l. aut vsufr. tantum, & tunc, aut simpliciter, aut suo nomine, vt hic. Secundo casu, aut alienauit rem, licet dominium non haberet, & tunc locatorem possessione priuat, vt l. non solum. §. qui pignori. de vsufructu. Aut illud ius tantum, quod habebat a locatore, & tunc siue vsufr. siue nomine proprio non priuat ipsum possessione, quia nō potest videri alienasse, nisi pro iure, quod ab eo habet, vt d. l. qui uniuersas. §. fina. 4 Vltimo tñ no. quia hic in fi. videtur casus, q̄ actio personalis, quæ competit ad vsufructum petendum non perdat tempore, quo perditur vsufructus, scilicet, decennio, de quo plenè not. in l. corruptionem. C. de vsufructu. Paulus.

LEX XXXI.

Cum gregis. Non summatur, sed oppo. quia uniuersitas conseruatur in vno, vt l. sicut. §. fi. qd̄ cuiusque uniuers. Sed uerum est in uniuersitatibus proprietatis, ut l. si grege. in fi. de leg. j. secus in vsufr. & rationem dic, ut infra & Insti. de le. §. gregis.

De vsufu. earum rerum, quæ vsu consu. Rub.

¶ Bene staret in rubrica, minuuntur, vel alienantur, & dicimus consumuntur, ut bladum, uinum, minuuntur, ut uestes, alienantur, ut pecunia, ut infra l. j. dicam. Pau. de Cast.

LEX PRIMA.

- 1 *Vsufuctus num in his rebus, quæ consumuntur vsu consistere queat.*
- 2 *Consumi quæ dicantur. Et quæ minui.*



Enatus. Omnium rerum, quæ sunt in patrimonio nostro, pōt vsufr. legari èt earum rerum quæ vsu consumuntur, minuuntur, uel alienantur, & etiam noium debitorum, siue sint in patrimonio legantis, siue alieno, nō in his tñ propriè cadit vsufr. sed abusiue, quia tenetur usufructuarius cauere proprietario de restituendo tantundem finito usufructu. h. d. usque ad l. hoc senatus. §. j. Et tñ no. q̄ ideo nō cadit in his propriè vsufr. quia non potest cadere definitio, cum dicatur vsufr. est ius utendi fruendi salua rerum substantia. i. q̄ nec consumatur, nec minuat, nec alienetur, quod in his esse non potest. Dicuntur autem cōiūmi tñ quæ parata sunt ad esum, uel potum, ut blada, uel uina, minui, ut uestis, alienari, ut pecunia, qua quis uti non potest, nisi alienet. Paulus.

- 1 *Vsufuctus num præstita ab vsufu. cautione, an censerī debeat.*
- 2 *Debitum si quando soluitur, quippiam indebitè omittitur, quo remedio illud omisum repetatur.*
- 3 *Cautio peti non debet, quando res ipsa peti potest.*

§. Si pecuniæ. Si in rebus, quæ vsu consumuntur, sit omiſsa cautio pendente vsufr. pōt con dici incerti conditione, sed eo finito nō condicatur cautio, sed res ipsa, siue fuerit in illis legatus vsufr. siue ulus: quia in talib. usufr. & ulus idem sunt. h. d. usque ad fi. l. Not. tex. ibi finito usufructu, & ibi constante usufr. & c. q̄ licet cautio nō sit p̄stita, tñ adhuc usufr. dicitur, per quod patet, quod non est de substantia 1 vsufr. ut no. per gl. s. de usufr. l. j. per hunc §. Secundo tñ no. q̄ qñ illud, quod soluitur est debitum, si tamen aliquid indebitè omittitur, potest illud omisum repeti, non condicatio. indebiti. sed incerti, ut hic, & j. de cond. inde. l. sed & si me putem. s. cum, & ibi 2 plene gl. de ista conditione incerti. Tertio no. tñ q̄ quando pōt peti res ipsa, non debet peti cautio, per quod patet, q̄ si quis est mihi pure obligatus, nō possum agere ad ipsum debitum, superflua enim illa esset obligatio, ad quod facit l. si mulier. de condi. ob causam, & de iure do. l. licet. Circa, quod omnino uide, quod no. per glo. & Bar. j. de lib. leg. l. 3. §. nunc de effectu, & l. si finita. §. eleganter. de dam. infec.

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

L E X VI.

Si tibi x. millia. Si pecunia, quo ad proprietatem legatur vni, & vsusu. eiusdem legatur alteri, proprietas primo pertinet ad legatarium proprietatis, qui tenebitur legatario vsusu. dimidiam soluere cautione recepta, hoc primo. Item si fundus legatur uni, vsusu. alteri proprietatis cum dimidia vsusu. pertinet ad legatarium proprietatis, altera dimidia vsusu. ad legatarium vsusu. qui cauere tenebitur legatario proprietatis, non hæreditatis, hoc secundo. Item si pluribus legatur vsusu. rerum, quæ usu consumuntur non solum tenentur cauere hæredi, sed etiam inter se propter spem iuris accre. hoc tertio, & ult. tex. cum gl. Et iste finis alibi non reperitur, quod propter spem iuris accre. debeant legatarij inter se cauere. Sed hoc non habet locum in legato proprietatis, nec in legato vsusu. illius rei, quæ usu non consumitur: quia illi cui accreuit aliter est prouisum. Nam existente casu iuris accre. potest ille, cui accreuit partem accrescentem uendicare rei uendicatione, uel per confessionem, quod esse non potest in his rebus, quæ usu consumuntur, cum in illis fuerit translatum dominium in usufructuarium, cuius pars deficit secundum glo. quam not. Paulus.

L E X VII.

1 Vsu que consumi possunt, & que non, inter se quam multis modis differant.

Si tibi vini. In rebus, quæ usu consumuntur, dominium transfertur in usufructuarium, qui tenetur cauere de restituendo tantundem, uel æstionem finito usu. Et nota septem differentias inter res, quæ usu consumuntur, & illas quæ non consumuntur. Nam in primis transit dominium in usufructuarium: in secundis non, ut l. j. de usu. & j. usu. quemad. cau. l. si usu. nomine. Secunda differentia, quia in primis cauetur de restituendo tantundem, uel æstionem, ut hic, nec alia cautio præstatur. Sed in secundis præstatur duplex cautio. l. de utendo fruendo arb. boni uiri, & restituendo eandem rem finito usu. ut s. de usu. l. si cuius. in prin. & s. r. Tertia est, quia in primis non cadit proprie usus. sed improprie, ut s. eod. l. 2. in secundis uero proprie. Est, & quarta, quia in primis cautio omiffa condicitur in certi conditione, ut s. e. l. hoc senatus. s. j. sed in secundis res ipsa uendicatur. ut j. usu. quemad. cau. l. si usufructuarium noie. Est, & quinta, quia in primis, non differt usus ab usu. quia non plus imporrat unum, quod aliud, ut s. e. l. hoc senatus. s. quæ in usufructuario. Sed in secundis sic, ut j. de usu, & habi. l. j. & 2. Est & sexta, quia in primis legatarij cauent adinuicem pro spem iuris accre. in secundis non, ut s. l. prox. in fi. Est, & septima, quia in duob. primis tamen casibus potest usus. extinguere, scilicet morte, & capitis diminutione, ut j. eo. l. in stipulatione, cum l. seq. sed in secundis potest extinguere alijs modis, ut s. rit. prox. l. repeti. s. rei, cum leg. sequentibus. Octaua est, quia proprie non est usufructus earum rerum, quæ usu consumuntur.

L E X VIII.

- 1 Legatario utrum sit utilis a testatore, an a lege cautionem de recte arbitrioq. boni uiri fruendo releuari.*
- 2 Testamento qui pro alio fideiubere tenetur, an quod soluit pro illo repetat. Et qua actione.*

Tribus. Ista est bona lex & sunt hic duo, quæ non reperiuntur alibi in tex. & gl. Et audiui Dy. fecisse in examine unum quæsitum uni de ista glo. qui respondit directe quod determinationem tex. sed ipse fuit supportatus, quia materia est peregrina. h. d. Cum legatur usus. pecuniæ, uel aliarum rerum, quæ usu consumuntur, potest aliqui ex hæredibus grauari, ut pro legatarijs caueant: ualeatque legatum cautionis, & de incerto, cum in facto consistat, licet legatum vsusu. tunc dicitur certum, quia consistit in quantitate, quæ certa est, nec potest dicta quantitas peti, nisi præstita cautione, ad quam præstandam potest legatarius agere quod hæredes grauatos: tenetur et ipse legatarius cauere nuda cautione, licet per testatorem sit releuatus a cautione. Item si quid solutum sit per hæredes vigore cautionis per eos præstitite, repetere non potest actione mandati a legatario, quia non fecerunt hoc ex mandato suo, sed ex mandato testatoris, ut se liberarent ex testamento. Item dictum legatum cautionis uel factum fauore legatarij, non hæredum. h. d. tota l. & est ualde not. diuiditur in tres partes sicut in Cy. Primo queritur, an ualeat legatum cautionis, & quale sit, & cuius effectus, & iuxta ea declarat quoddam dubium. Secundo utrum ex hac fideiussione agatur mandati. Tertio queritur, cuius contemplatione factum uideatur. Secunda ibi finito. Tertia ibi de illo. Et nota. tex. ibi, illud est nobis, & c. quod licet legatarius sit releuatus a nuda promissione & c. quod alibi non ita reperitur. Idem est in eo, quod releuatus est per legem, ut l. filio. j. ut leg. no. ca. Sed ibi plus est, quia tenetur cauere cum hypotheca bonorum, sed releuatus per testatorem tenetur tamen nuda repromittere, ut hic: ita uel quod debeat intelligi. fin. ut leg. no. ca. sicut in unam solutionem glo.

quæ est ibi, pro qua uel hic calus, licet non allegat, & per hoc dicitur Doct. quod procurator releuatus a satisfactione per dominum, non est releuatus a nuda cautione: imò debet per stipulationem se obligare, sicut in Iac. de Beluis. de quo per Cy. C. de iurisd. l. j. & de p. l. j. in primum facit s. de proc. l. si defunctus. Vel dic, quod interdum testator expresse satisfactionem remittit: & tunc nec est ad nudam cautionem tenetur, dummodo talem satisfactionem possit remittere, & ita loquitur l. si. ut leg. no. ca. & per gl. in l. filio. in fi. eo. tit. Interdum remittit tacite mandando alijs, quod pro ipso satisfiant: quo casu uel ipsum releuare a satisfactione, & tunc tenetur ad nudam promissionem, ut hic, & est ratio triplex. Prima, ut fideiussoria oblatio quam præstant illi hæredes habeat principalem, cui inhæreat sicut in quosdam. Ex quo sequitur, quod promittere debet non solum illis, qui promiserunt pro se, ut hic dicitur glo. sed et alteri, qui non fuit grauatus. Secunda ratio est, ut illi hæredes, qui pro ipso promittunt, possint repetere ab eo illud, quod pro ipso soluent: nam cum non habeant actionem mandati, ut in uer. seq. nec actionem neg. gest. ut ibi in gl. præcipitur eis, ut legatarius per stipulationem se obliget. Tertia ratio est, quia testator istam satisfactionem non potest omnino remittere. ut C. de usu. l. j. ultimo in uer. seq. quod ille qui tenetur ex testamento ad fideiubendum pro alio, non potest ab eodem illud, quod soluit repetere per actionem mandati, ut hic, nec per actionem neg. gest. ut in gl. quod est nota, quia cum quis facit ex necessitate, non competit ei illa actio, ut s. neg. gest. l. si communes. in fi. agent igitur ex stipulatione interposita per legatarium, ut s. dixi, uel actione in scilicet, ne fiat locupletior cum aliena iactura, sicut in Bart. ar. j. si cer. pet. l. si & me, & Titium. Not. bene istam gl. quæ alibi non reperitur: secundum Doct. Paulus.

L E X IX.

In stipulatione. Usus. pecuniæ duobus tamen casibus potest extinguere. scilicet morte, & capitis diminutione, & illi duo tamen in stipulatione comprehenduntur. hoc primo. Item usus. & usus pecuniæ idem sunt, hoc secundo. Item cautio de ipsa reddenda potest interponi antequam tradatur, & post hoc tertio. Item lana, & aromata dominus de rebus, quæ usu consumuntur, & idem in ijs non cadit proprie usus. h. d. usq. ad l. si. Paulus. de Cast.

L E X XIII.

Cum pecunia. Cum proprietas alicui legatur, licet adiciatur ut ad uitam suam habeat, uel ut habeat uilum eius, nihilominus de legatum proprietatis, non usus, uel usus. h. d. no. Et sic legatum proprietatis per tales actiones non alteratur. Et hoc dico, quod cum testator uult, aliquem hæredem facere, puta filium. uel extraneum, uxorem uero suam usufructuarium bonorum suorum in uita sua, non debet ipsam instituire hæredem in uita sua, & post mortem suam filium uel extraneum, prout quidam imperiti notarij faciunt. Nam pro hoc non est usufructuaria, sed hæres in proprietate: non obstat, quod adiciatur, ut habeat usufructum omnium bonorum in uita sua, casus est in hac l. notabi. Ex quo sequitur magnus effectus, quia post mortem suam debent bona filio restitui, uel extraneo, detracta quarta, quod non esset si ipsam tamen usufructuarium reliquisset, in quo ut plurimum per notarios imperitos erratur. qui mentem testatorum isto modo subuertunt, & ista pridie de facto respondi per hanc l. Quæro quid refert, an sit legatum proprietatis uel usus. in hac l. cum utrunque morte extinguatur: Respondeo quia primum non extingueretur capitis diminutione, sicut in sic. Item in primo non tenetur cauere, in secundo sic, ut s. eo. l. 2. Pau. de Cast.

Si usufructus petatur. Rubrica.

1 Usufructuario pro usufructu, quem possidet, quotuplex actio, & quæ competat.

- ¶ Ista rubrica hæt duas partes. Prima pars si usus. pe. pertinet ad confessionariam, secunda pars dum dicit, uel ad alium pertinere negetur, pertinet ad negatoriam. Item prima competit usu. secunda domino, ut j. e. l. uti frui, & ibi plenè. Item nota. quo ad primam partem, quod interdum quis agit pro usu. quem possidet, & tunc competit duplex actio. scilicet confessionaria, quæ est realis, & competit quod quemlibet turbantem, ut dicta l. uti frui, post prin. in uer. utrū. Item actio personalis ex testamento, uel ex contractu, & ista competit contra obligatum duntaxat iuxta not. in l. corruptionem. C. de usu. interdum agit pro usu. quem non possidet, & tunc aut semel possedit, & idem, ut competit duplex actio sicut in primo, hoc tamen casu debet probare de iure suo. Sed in primo non d. l. uti frui, uer. quod si forte. Aut nunquam possedit, & tunc non datur confessionaria, quia non datur nisi pro usufructu constituto, sed antequam tradatur, non est constitutus, nisi in ultima uoluntate detur, ergo tunc actio personalis competit.*

L E X PRIMA.

- 1 Usufructuarius iura proprietati debita, num proprio nomine uendicet. Et usufructuarium domini procuratorem censeat.*
- 2 Directo quod non permittitur, per obliquum quandoque permitti.*
- 3 Exceptio contra actus naturam uitiatur, non actum uitiatur.*

4 Necessita-

- 4 Necessitate quod permittitur permitti, quatenus necessitas subest intelligitur.
- 5 Legans fundum suum, an & ius fundi per alium fundum suum legare videtur, ut is qui usufructum legat.

SI fundo. Vt usufructuarius non potest directò vendicare usufructum, per quod consequitur, ne in seruitute turberetur. hoc primo. Item qui petit usufructum, consequitur omnem comoditatem ad usufructum necessariam, tam ad alium fundum proprietarij, quam alterius, nec valet exceptio talis commoditatis, sine qua usufructus peti non potest, hoc dicit, vsque ad l. si ab hærede. Nota ¶ primo, qd usufructuarius non potest proprio nomine vindicare iura debita proprietati: nam seruitutes reales proprietati debentur, & hæc est ratio primi dicti: nomine verò proprietarij bene potest, & habet tunc vtilem actionem, & ita loquitur l. 1. §. videndum est. j. de in rem verso. Et est ratio, quia usufructuarius censetur procurator proprietarij, vt l. 1. in fi. cum l. seq. de oper. no. nunc. & l. 1. §. fin. j. usufr. quemad. ca. Secundo ¶ no. qd illud, quod non permittitur directò, permittitur per indirectum, qm̄ diuersa subest ratio: aliàs secus, vt l. quidam decedens, de admittut. Tertio ¶ no. in l. 2. versiculo vsque adeo, qd exceptio ÷ naturam actus vitiatur, & non vitiatur actum, de hoc est tex. in l. per seruum. §. fin. j. de usu, & hab. Ultimo ¶ no. in l. dubitat, qd id, quod ex necessitate, permittitur quatenus necessitas subest, facit quod no. §. de iudi. in l. sed & restituatur. §. sed si dies. in gl. in l. q. sed pro remedio. Sed ¶ quæro si quis mihi legat proprietatem fundi sui, vtrum videatur mihi legare ius eūdi per alium fundum suum. sicut cum legat usufructum? de hoc habes glo. qd non j. de adim. le. l. 3. §. si loci. de quo plenè per Bart. in l. j. de serui. leg.

L E X II.

Si ab hærede. Si hæres, a quo fuit legatus vsusfructus fundi sui, seruitutem imponat. vel aliàs ipsum deteriorem faciat, postquam vsusfructus petitus est, tenetur ad interesse. hoc dicit. secundum veram lectu. quæ posita est in fi. glo.

L E X III.

Qui usufructum. Vt usufructus tempore amissus, non restituitur, siue debeat iure civili, siue iure pratorio, nec debet esse melioris conditionis, qui habet minus iuris, quàm qui habet plus, hoc dicit. Et no. tex. in fi. dicitur enim, dominus sui usufructus, quod alibi non reperitur, de quo vide Guil. de Cug. C. de vsuf. le. in rub. Bal. nota. ius tempore amissum non restituitur.

L E X IIII.

Fundus. Detractio facta contemplatione certæ personæ, antequam illi personæ ius quaratur, nihil detrahit. h. d. Bal. & est notabilis casus. Paul. de Cast.

L E X V.

- 1 Seruire res sua nemini potest. Et ius agendi metitur quis ex iure, quod in persona sua residet, non in aliena.
- 2 Actore non probante etiam iniustum possessorem absolui, & an possidens cū conuenitur probare de iure suo teneatur.
- 3 Actio confessoria, negatoriaque aduersus quem datur.

VTi frui. Confessoria pro usufructu datur habenti usufructum formalem separatū à proprietate, non autem habenti causalem cum ea coniunctū, negatoria vero datur domino. hoc primo. Itē agens negatoria cōtra possidentem usufructum, nisi dominū se probet, succumbit. hoc secundo. Item confessoria datur contra quemlibet possidentem hoc tertio. Item usufructuarius non non potest de directò vindicare seruitutem debitam fundo. Itē confessoria, & negatoria dantur etiam pro parte rei, in qua usufructus debetur, vel negatur. h. d. vsque ad §. in ijs. Et no. ¶ in princ. tex. qui semper alle. qd res sua nemini seruit. Item in vers. de suo enim, & c. No. qd ius agendi metitur quis ex iure, quod residet in persona sua, non ex eo, quod in persona tertij, facit supra si pars hæreditatis pe. l. r. circa prin. & quod no. in Spec. de teste. nunc videndum, versic. Item agens. Tertio ¶ no. in versiculo, qd si fortè: qd actore non probante etiam iniustus possessor absoluitur in incorporalibus, sicut in corporalibus. Et sic possidens nō tenetur probare, cum conuenitur, nisi post fundatam intentionem actoris. Si autem agat, tunc pro istis seruitutibus probare tenetur, licet possideat, vt no. j. si serui. ven. l. sicuti. §. sed si quærat, & ita intellige, quod dixi §. e. in rubrica. Ultimo no. qd iste factiones confessoria, & negatoria dantur cōtra quemlibet possidentem: vt hic, uel turbantem ut j. si serui. uend. l. si quis diuturno, & dicuntur in rem. Adde quod no. per Cy. C. de usufr. in rub.

- 1 Actio, & si per contestationem perpetuetur, non tamen natura aut eius rei de qua agitur conditio.

§. In ijs. In confessoria, & negatoria ueniunt fructus & omnis causa, & si post litem contestatam usufructus extingatur, si quidem sui natura sine culpa rei conuenti, non

ueniunt nisi fructus præteriti, non autem usufructus de nouo tenet constitui. Si uero extinguatur culpa sui, non solum tenetur ad fructus præteritos, sed ad constituendum ipsum de nouo, & ad cauendum de euictione. Item prædicta uera sunt cum non possessor agit contra possidentem: sed si possessor agat contra nō possidentem: tunc non uenit fructus, sed tantum consequitur agens, ut in possessione seruitutis, uel libertatis nō turbetur. Itē qui sine dolo possidere desijt in hac actione absoluitur: sed qui liti se offert, condemnatur. h. d. usque ad fi. ritu. Et no. diligenter in uersiculo si post litem, qd licet per contestationem litem perpetuetur actio, non tñ perpetuatur natura, uel p̄dō rei, de qua agit. Itē circa si. qd confessoria, & negatoria dantur possidenti, & idē in qualibet actione, quæ datur pro iuribus incorporalibus. ut Inst. de act. §. æque. & §. sed ista facit. j. si serui. uen. l. & si forte. §. j. Paul.

De operis seruorum. Rubr.

L E X P R I M A.

- 1 Opera seruorum ab usufructu, quid ac quam variè distet.



Pera. In isto titulo ponuntur aliqua, in quibus opera seruorum differt ab usufructu. & aliqua in quibus conuenit, & re uera, nec est usufructus, nec usus, & sic tō potest dici seruitus personalis, ut ex sequentibus patebit. Primum ¶ ergo in quo differt est, quia opera seruorum est facti, & in facto consistit: ut hic in prin. usufr. autem & aliæ seruitutes sunt ius, ut §. de usufr. l. j. Secundum est, quia opera seruorum non est in rerum natura anteq̄ inducatur, ut in secundo dicto, sed usufructus statim, qd est constitutus. Tertium est: quia operæ seruorum non amittuntur capitis diminutione, ut in l. 2. secus in usufructu, ut §. quib. mod. usufr. amit. l. j. Quartum est, quia opera seruorum se habet ad usufructum tanq̄ pars ad totum, & usufructus ad eam tanq̄ totum ad partem. Vñ dicitur, qd operæ sunt in usufr. sed usufructus consistit in operis supple, & in alijs, ut in l. 3. & 4. in prin. Quintum est, quia opera magis accedit usui, q̄ usufructui: ut in l. operis. Sextum est, quia in homine debili, uel minoris ætatis contingere potest, ut nulla sit opera, ut l. si. §. si minor, & tamen in eodem potest consistere usufructus: quia si stipularetur ex re seruorum, ei acquireret, ut §. de usufructu. l. si serui usufructus, cum ll. sequentibus. Septima differentia ¶ in gl. quia opera seruorum morte non extinguitur, sed usufructus, ut j. de usufruct. leg. l. 2. Octaua, quia usucapione proprietatis perditur opera, ut d. l. 2. sed usufr. non, ut §. de usufructu l. locum. §. proprietatis, & de usuc. l. iusto. §. non mutat. Cōuenit autem in aliquibus cum usufructu, quia operæ dicuntur deductis necessarijs impensis sicut fructus, ut in l. 4. secundo responso. Secundo, quia cum uenit ad æstimationem operarum habetur consideratio ad personam, ¶ in quod & quantum poterat operari. ut l. si. in princ. sic in usufructu si deueniatur ad æstimationem contra contumacem, uel dolosum ratio habetur, ut æstimatio fiat, secundum quod & quantum percipere potuit secundum conditionem rei, ad hoc §. de usufr. l. fructus, & l. si nauis, & ita debet intelligi l. uti frui. §. in ijs. §. tit. j. Ultimo no. l. si in fi. qd interesse affectionis non consideratur, quod dicit, ut l. cum seruus. j. man.

De usu & habitatione. Rubr.

L E X P R I M A.

- 1 Concessum capiti, membris quoque concessum uideri, & quorsum inducatur.
- 2 Relictum pauperibus an in eos quoque qui ipsis subseruiunt distribui queat.
- 3 Concessio de presenti, an ad futura porrigatur, & quæ. Et in tacita permissione inhonestum non venire.



In tenere. Nisi dñi fundi dominantis consentiant p quē constitutio. h. d. An autem iudex interuenire debeat, ut cōcordent, gl. tenet hic, q̄ sic. Tu dic de hoc, vt no. p. Cy. in l. si. C. commun. deleg. & per Bar. in l. huiusmodi. §. si. de lega. 1. Nota. hic: q̄ seruitus legata non acquiritur ipso iure fundo domināti, qñ sunt plures domini, sed expectantur, quod consentiant de loco secus si esset vnus dominus tñ, vt l. si partem. §. si. quemadmodum serui. amitt. quod singulariter no. pdest. n. scire, nam primo casu cum non sit acquisita, non tollit per non vsum longi tps, vt hic in si. Sed, quia sola psonalis actio competit, requirunt 30. anni. Secundo verò casu, cū statim sit acquisita, pditur longo tpe, vt d. l. si partem. §. fin. & quod ibi dicitur, cum plures sunt domini a prin. idem puto si plures efficiantur ex postfacto. vt in casu l. vnus. in si. §. & l. via. constitui. §. quæcunq. tene bene menti istā l. quod verum est, qñ deuenit ad plures, antequam seruitus esset acquisita, vt si acquirebatur per stipulationem, puta Titius fuit stipulatus seruitutem, & antequam constitueretur decessit plurib. h̄ridib. relictis, vel vendidit fundum plurib. cessa actione ad seruitutem, secus si deueniret ad plures, postquā seruitus fuit constituta in psona vnus, vt si legata fuit seruitus, & post diem legati cedentis decessit plurib. h̄redib. relictis, quia tunc dicendum est in persona h̄redum, quod in persona defuncti, vt d. l. si partem. §. si. quemad. seruitus amittit. Paulus.

L E X XXIX.

Is qui duo. Seruitus aquæ immittendæ intelligitur constituta secundum exigentiam fundi dominantis. h. d. No. q̄ verba indefinita extenduntur ad futura, quatenus sunt necessaria fundo dominantis, & non aliter, sic videtur limitanda l. si seruitus. 2. respo. §. tit. j.

L E X XXX.

Qui duo. Quod excipitur gratia seruitutis, videtur exceptum iure seruitutis, non proprietatis. hoc d. No. q̄ non plus debet importare illud, quod sit gratia alterius, q̄ illud propter quod sit. Paul.

Tria media. Vna seruitus acquisita per plures fundos diuersorum dominorum, non potest perdi in vno, nisi perdatur in alio, quia quæ sunt necessaria ad acquisitionem seruitutis, necessaria et sunt in perditione ipsius. h. d. Et quod hic dicitur de perditione, quæ contingit ex redemptione, idem est in perditione, quæ contingit ex negligentia nō vtētis, ut §. eod. l. vna est via. Et no. hic casum, in quo res mea seruire potest alteri rei meæ, & ex hac l. colligitur ratio l. vnus ex socijs. j. eodem titulo.

L E X XXVII.

Fundus mihi. Si vnus ex dñis pro indiuiso partē suā cedit socio, pōt in ipsa concessione alterum fundum suum illi fundo seruum facere. h. d. Not. q̄ paria sunt aliquid fieri tpe permissio, uel tempore prohibito, & conferri in tempus permissum, facit l. illud tempus. de h̄r. insti. adde l. & qui duas. cum l. seq. & quod ibi no. in ti. j.

L E X XXXIII.

Cum essent. Tempore diuisionis potest agi, ut fūdus, qui obuenit vni, seruiat fundo, qui obuenit alteri. Bar. Paulus.

1 *Procuratorium ad procuratores faciendos num fieri possit. Et quid si quis inhabilem procuratorem constituat, cum facultate substituendi, an substitutio per huiusmodi inhabilem facta efficax sit. Et an delegatus subdelegare potest. num. 2.*

§. Per plurium. Qui habet seruitutem aquæ ductus, non potest cōcedere haustum aquæ ex riuo, nisi cum domino fundi seruientis pepigerit. h. d. Bar. Cōcor. l. ex meo. §. eo. & illa suppletur per s. istum. Et no. secundum gl. q̄ quando interuenit pactum, vel stipulatio, q̄ possit alteri cōcedere, non propterea videtur ipse concedere, sed dominus prædij seruientis, qui sibi hoc permiūt. Quod inducit glo. in arg. ut possit quis facere procurationem ad faciendum procuratores, q̄ gl. sic intellige, q̄ si procurator est constitutus cum potestate substituendi, pōt substituere et ante litem contestatam, vt no. §. de pc. l. j. & est casus in c. j. de procu. lib. 6. Secus si non haberet potestatem substituendi, quia nō posset ante lit. contest. vt l. nulla. C. de pc. q̄ non est dñs litis. Sed cum hēt potestatem substituendi, licet nō sit dñs, pōt, q̄ nō ipse, sed dñs substituere videtur, vt in hoc tex. cum gl. facit de leg. 2. l. vnū ex familia. §. si de Falcidia. Itē arg. huius §. gl. v̄, q̄ si q̄s constituat procuratorem inhabilem ad illud officium cum potestate substituendi, substitutio facta per ipsum valeat, q̄ nō ipse substituere v̄, sed dominus, de hoc vide, quod no. p. Cyn. C. de proc. l. quod quis. & p. gl. in de. religiosus. de pc. Dicunt et quidam per hanc gl. q̄ delegatus ab ordinario cū potestate subdelegandi, pōt subdelegare, licet nō posset, si hanc potestatem non haberet, de quo dic, vt no. in l. & quia de iurif. om. iud. pro quo l. apud te. C. eo. titu. Paulus de Cast.

L E X XXXIII.

1 *Seruitutem communicatione non extingui, sed pro parte retineri. Et quid per ademptionem.*
2 *Fundum tuum seruitutem debentem si mihi communicaueris, ego vero tibi meum dominantem, an seruitutem tibi remittere possim, & cur non uide.*

VNus ex socijs. Vnus ex socijs non potest fundum communem seruum facere, ne ei libertatem acquirere a socio, uel extraneo. h. d. Bart. Intentio huius legis est ista, q̄ si sumus duo domini eiusdem fundi pro indiuiso, tu & ego, sicut alter nostrū non pōt ibi seruitutem imponere, ita si alteri seruitutem dēt, nō potest illi libertatem acquirere, quia illa quæ necessaria sunt in constituenda seruitute, sunt necessaria in acquirenda libertate, ut §. e. l. tria prædia. istud summarium non placet, ut patebit ex sequētib. Dic ergo sic, q̄ sicut vnus ex dominis rei communis non potest illi imponere seruitutem, ita nec illi debitam remittere. Ex hoc sequitur, q̄ si fundus tuus seruiat meo, & ipsos inuicem communicamus, seruitus non extinguitur, quia fundus tuus mihi communicatus adhuc debet seruitutem fundo communicato, quia ego non possum illam seruitutem tibi remittere, nec tu mihi. Et est ratio, quia debetur huic fundo meo tibi communicato principaliter, & in consequentiam tibi debetur in solidum, & mihi in solidum. Sed in re communi non potest vnus ex socijs aliquid facere, quod cedat in alterius præiudicium. h. d. Not. j. per communicationem uon extingui seruitutem, sed pro parte retineri. Glo. quærit, qualiter intelligatur pro parte, nam aut vis pro parte seruitutis, & stare non potest, quia seruitus non habet partem, cum sit indiuisibilis. Aut pro parte rei, idest, quod in parte rei remaneat, & idem, quia vterque nostrū est dominus pro indiuiso, ergo nec in parte tua tantum, nec in mea tantum pōt consistere, ut §. de seruit. l. pro parte, cum sit tota, in toto. §. eo. l. via. §. si. Sol. dicunt quidam, q̄ neutro modo intelligitur, quia non retinet pars seruitutis, nec in parte rei, sed retinetur tota, in toto fundo, ratione tamē partis. Nam si communicasti mihi fūdum tuum seruientem, ratione partis, quam tibi retinuisti, retineo ser-

seruitutem in toto fundo, etiam in parte mea. & contra, si communicauit tibi fundum meum dominantem, ratione partis quæ mihi retinui, retineo seruitutem in toto fundo, etiam in parte quæ tibi dedi. Et si opponas, quod res mea non potest mihi seruire, verum est, si in solidum mea. Sed hoc non placet gl. q. a. lra. hic, & in l. ut pomum. §. de serui. dicit pro parte retineri, vñ gloss. dicit, quod si fundum meum dominantem tibi communicauit, seruitus non constitit nisi in parte mea. Sed certe si hoc esset, possem eam tibi remittere, quia non est in ea communio inter me, & te, cuius primum dicit litera, præterea expressum est hic, dum dicit, non persona, sed prædio debetur. no. prædio, non enim dicit, parti prædij, tene ergo primum intellectum secundum Bar. Secundo quod, cur per communicationem non extinguatur seruitus, ut hic, sed per redemptionem sic. ut §. eo. l. si communi fundo. gl. dicit, quod cum redimimus a tertio loco vnius habemus, quia succedimus uni. Sed cum unus redimit ab altero, seruitus extinguatur, ergo & cum duo redimunt ab uno. Sed hoc non placet, nam cum unus dominus in solidum redimit ab uno, cum dominus efficiat vtriusque, fundi in solidum nimirum si extinguat seruitus, quia res sua admihi potest rei suæ seruire, ut §. ti. j. l. quicquid. Sed cum duo redimunt ab uno neuter ipsorum fit dominus in solidum, sed pro parte, hoc autem non impedit seruitutem retineri, ut hic, præterea sequeretur, quod si plures redimerent a pluribus, non haberentur loco vnius, quia pluribus succedunt, & sic non extingueretur seruitus, quod est contra mentem l. si cõi, dic ergo, quod hinc loco vnius, quia tendunt ambo ad eundem finem. l. ad redimendum, & sic ambo redemptores uocantur, non sic in cõione, nam si tibi cõico, ego tendo ad dandum, tu ad recipiendum, & sic non possumus pro eodem reputari, ut in c. si de in sti. Tertio quæro, si cõicasti mihi fundum tuum seruientem, & ego tibi fundum meum dominantem, quare non possum tibi remittere seruitutem, quæ adhuc durat? Rõdeo, quicquid dicat gl. quod illa seruitus, quæ primo mihi soli competebat, nunc post cõicationem incipit et tibi competere, & licet vtrique competat in solidum, tamen vna est seruitus, unde non potest per alterum ex nobis remitti. arg. §. eod. l. vna est via. Et sic rõ collit ex fundo dominante, ut patet in tex. dum dicit, quia non persona, sed prædio debetur. Ex his patet intellus huius l. quia si non communicassem tibi fundum dominantem, licet tu mihi fundum seruientem, possem seruitutem remittere, quia mihi soli competit. Item patet, quod si fundo communi tuo, & meo debetur seruitus a fundo Titij, quod Titius potest alteri ex nobis seruitutem remittere, quia cessat ratio huius l. Itẽ quia nullo ex nobis recipiente remittere posset expresse, habendo seruitutem pro derelicta, quo casu quæretur libertas fundo meo, licet nobis ignorantibus. ar. eius, quod no. per Inn. in c. ueniens, de rerum. ergo fortius ex nobis altero recipiente. Nam hæc libertas potius quæritur fundo meo ex facto ipsius remittentis seruitutem, quæ facto alterius nostri recipientis iuxta no. §. prox. per hoc patet, quod illa ratio quam gl. assignat, non est bona, videlicet, quod sicut vnus ex socijs non potest imponere seruitutem, ita nec acquirere libertatem. Nam hæc non est bona æquiparatio, quia impositio seruitutis procedit ex facto nostro, sed acquisitio libertatis ex facto remittentis seruitutem. Item ratio glo. fundatur in prædio seruiente, sed ratio text. colligitur ex fundo dominante, ut dixi. **Aduertendum** tamen, quod potest dici, quod licet non ualeat remissio per alterum ex nobis facta, quo ad hoc, ut seruitus tollatur, non tamen debet venire per remissionem suam, & sic ualebit iure pacti ar. l. per fundum. §. eod. & §. ti. j. l. 2. & quod ibi no. Et est effectus magnus, quia licet ipsa possit probari iure pacti, si tamen in alium alienauit partem suam, cum ad illud transeat seruitus, quæ remissa non est, non poterit illa prohiberi, quia nihil remissit. Item posset aliquis dicere, licet alter ex nobis remittere non possit seruitutem debitam communi fundo, tamen ambo possumus, si ambo consentimus, arg. l. per fundum. Sed si ego tibi remitto, & tu recipis videmur adinuicem consentire, ergo ualeat, arg. §. quib. mod. pig. vel hyp. fol. l. Titius in prin. & quod no. in l. cum pater. §. liber. de le. 2. Sol. tria loquuntur cum duo tendunt ad eundem finem, ut quæ ambo emunt, vel ambo agunt. Nam tunc alter alteri consentire videtur. Sed hic tendunt ad diuersos, quia vnus remittit, alter recipit, & ille qui recipit, consentit in recipiendo, non in remittendo, præterea non posset uideri consentire in remittendo, quia per hoc videret sibi ipsi remittere, & donare, quod esse non debet, ar. l. pator. ff. de tuto. & cura. da. ab his & l. j. de autho. tuto. & §. de arbi. l. pen. & §. ma. l. si tibi mandauero. §. si tibi centum. & in c. si. de in sti. tene menti prædicta, quæ subtilia sunt.

- 1 Seruitus aquæ ductus in fonte qui auescit an constitui queat. Et impedito facti impedimento præscriptionem currere. Et quid in impedimento iuris.
- 2 De precantibus in ste assensus denegandus non est.

§. Si fons. Si propter impedimentum facti quis sit impeditus uti seruitute legitimo tempore perdit eam sed cessante impedimento restituitur in integrum. h. d. cum l. se.

- 1 Not. primo, quod in fonte, qui auescit, potest constitui seruitus aquæ

ductus, quod est verum uti ter. non directo, ut §. ti. j. l. foramen. in fi. & §. tit. j. l. 2. Item not. quod impedito impedimento facti currit præscriptio, sed restituitur, & ad hoc semper alleg. secus in impedimento iuris, ut l. j. in fi. de anna. excep. quod dic. ut plenè not. per Cy. in l. j. C. de bon. mater. & de prec. Impera. offe. l. quoties. & adde quod dixi. §. de usufr. l. arborib. §. de illo. Vltimo not. quod iuste deprecantibus non est denegandus assensus. Simile §. de his qui sunt sui, vel alie. iuris. l. 2. §. dominorum, sic iniuste deprecantes non sunt audiendi, ut §. vt in flu. pub. nau. lice. l. j. §. fi.

L E X XXXVI.

Cum fundo. Seruitus constituta cõtemplatione rei, realis est, licet interueniat stipulatio personalis, quæ respiciat personam: secus si constituatur contemplatione rei, vel personæ indeterminatæ: quia censetur magis personalis, quæ realis. h. d. vsq. ad l. fi. & vide omnino Bar. in l. fi. j. de serui. leg. & in l. syndicorum. de excu. mu. lib. 10. Pau. de Cast.

L E X XXXVIII.

- 1 Seruitus fundo meo ad tuum quando flumen publicum in medio est, an constitui possit.
- 2 Seruitutem viæ ad fundum meum per fundum tuum sicut acquirere possum, ita & ad viam publicam, vel ciuitatem.
- 3 Extrema habilia ad se medium pertrahunt.
- 4 Seruitus communis quibus modis finiri dicatur.
- 5 Seruitus viæ cur a flumine, quod pontonibus, aut nauiculis pertransitur, non sic incipere potest, ut ab eo quod ponte, aut vado transitur.

Flumine. Ista lex est difficilis in tex. & h. d. a flumine, quod transitur potest, vel vado potest incipere seruitus viæ: secus si pontonibus vel nauiculis transeat. Sed tale flumen seruitutem, alias ceptam non interrumpit. h. d. Bar. tene primam casus positionem. glo. & plenius, quæ ea pone casum sic. iuxta prædium meum erat flumen publicum, ultra flumen publicum erat fundus tuus, ultra fundum tuum erat via publica, per quam ibatur ad ciuitatem, vel ad ecclesiam, ad quam cum ire volebam, oportebat me magnum circuitum facere, transeundo vero per flumen, & per fundum tuum statim perueniebam ad viam, unde volebam quod mihi constitueret seruitutem viæ per fundum tuum. Quæritur an possit fieri, cum flumen publicum sit in medio, & sic est inter fundum tuum, & meum omnimoda diuisio. Respondetur, quod si flumen transitur ponte, vel vado, potest hoc fieri, quia non videtur omnimoda diuisio, cum possum transire, sicut si flumen non esset, & sine ad interiori cuiuscunque. Secus si non possum transire, nisi cum nauiculis, & pontonibus. ut sunt quidam pontes simul colligati, cum quibus aliquando transitur aqua, tunc enim omnimoda diuisio est, cum non possim transire sine adiutorio alterius, & sic non poterit hæc seruitus constitui. Et hoc verum, quando istud flumen transit iuxta vnum fundum tuum seruientem, siue præcedat ipsum: ut in casu iam posito, siue sequatur ipsum, ut quia fundus est iuxta meum, post fundum tuum est flumen, post flumen via publica: nam tunc si cederis mihi viam per fundum tuum: non durat seruitus: nisi vsq. ad flumen, & in eo finit. Sed pone, quod transit flumen inter duos fundos seruientes: quia iuxta fundum meum est tuus: deinde flumen: deinde alius fundus tuus, vel fundus Titij (non est vis) deinde via publica, ad quam volo seruitutem acquirere. Quæritur an possit mihi seruitus constitui per dictos fundos ex quo flumen, quod pontonibus, vel nauiculis transitur, est in medio? Vt non, quia seruitus viæ constituta in primo fundo tuo proximo meo finit, cum puenit ad flumen, quod pontonibus transitur, sicut finit cum puenit ad viam publicam, vel ad ciuitatem, vel ad aliud prædium meum. Nam si de fundo tuo ad meum viam constituis, cum puenit ad meum, seruitus finit: quia non potest meus mihi seruire. Sed ita est, quod seruitus constituta in primo finita est, cum puenit ad flumen quo ad alium fundum, quod est ultra flumen, quod esse non potest: quia a flumine, quod pontonibus transitur, non potest seruitus incipere, ut in prin. l. ergo & c. Contrariū rñde. l. q. si ita est in scõ, quod flumen transeat inter duos fundos priuatos, potest per illos fundos seruitus constitui, nec illud flumen medium interrumpit seruitutem: quoniam sit vna in ambob. fundis. Et sic no. quod via incepta in primo fundo iuxta meum, non finit cum peruenitur ad flumen: immo durat eadem vsq. ad extremitatem alterius fundi, & vsq. ad viam publicam, ad quam acquiritur. h. d. Distingue igitur tres casus, aut flumen quod pontonibus, vel nauiculis transitur, transit iuxta meum fundum, & circa tuum, & tunc nullo modo valet constitutio seruitutis, quia videret incipere ab ipso flumine, quod esse non potest. Aut transit ultra fundum tuum, & deinde sequitur via publica, & sic transit inter fundum tuum, & viam publicam, & tunc non impedit seruitus constitui in fundo tuo, quod est iuxta meum, tamen, cum puenit ad ipsum flumen, finit, & hoc colligit in tex. ibi, hoc ita si per vnius prædia coniuncto eo, quod postea subiicit circa sibi, vel vsq. ad flumen, in quo pontonibus, & c. Aut transit inter duos fundos priuatos, & tunc non impedit seruitutem constitui super ambob. fundis, quod vna est, & durat eadem, & est casus in fi. l. No. primo, quod sicut possum acquirere seruitutem viæ ad fundum meum, per fundum tuum, ita & per fundum tuum ad viam publicam, vel ad ciuitatem, facit l. seruitutes. la §. i. §. de serui. Secundo not. quod extrema habilia Pau. Cast. Nouæ prælect. in ff. Vet. G 2 trahunt

1 Fundi pars qualibet fundus est. Et ad diuisionem fundi domini sola sufficit de finatio.

trahunt ad se medium, quia flumen inter duos fundos non impedit: nec interrumpit seruitutem, licet flumē teneret extrema, aut impediret seruitutem constitui, si præcederet, aut faceret ipsam finiri, si sequeretur. Et interdum medium extrema trahit, vt s. e. l. q. sella. & ibi no. Tertio q. no. quib. modis finitur seruitus cōmunis, videlicet, cum puenitur, vel ad viam publicam, vel ad flumen, quod pontonib. transitur, certè idē puto de eo, quod trāsitur ponte, q̄a eadem rō est in eo, q̄ in via publica. Itē finitur cum peruenit ad aliū fundū eiusdem dñi. l. fundi dominantis, prædicta faciunt in argu. q̄ strata vel carreria finiat, & perdat nomen suum cum peruenitur ad plateam: de quo vide p. Bar. in l. fin. de via & itinerib. pub. Quæro t̄ q̄ est ratio, q̄ per flumen, q̄ trāsitur nauiculis, vel pontonib. non potest incipere seruitus viæ, sicut cum transitur ponte, vel vado? Dicit Iacob. de Arena. quia cum transitur nauiculis, non est certum quod semper possit trāsiri, cum pp̄ inundationem interdum impediatur nauigatio. Sed certè eadem rō, & maior, cum transitur vado. Nam leuius impeditur hic trāsitus per inundationem, q̄ nauigatio. Alij dñt, vt Cy. quia dēt quis seruitute vt per se, non per alium. Sed cum transitur nauiculis nō vtitur per se hæc rō non v̄ bona, cum p̄ alium retineatur seruitus: vt j. quemadmodum serui. amit. l. 5. cum l. seq. in princ. & l. v̄u retinetur. Solu. sustinendo ipsum dic. q̄ aut est talis seruitus, qua quis potest vt per se: & tunc ēt p̄t illa vt p̄ alium, vt in p̄rio. Aut est talis naturæ, q̄ q̄s per se solum vt non potest. sed requiritur adiutorium alterius, & tunc ista non potest constitui, vt hic. Sed certè si hoc verum esset, ēt cum flumen trās sit inter duos fundos priuatos, non poterit constitui, q̄a subest eadem rō, cum non possit vt sine adiutorio alterius. Sed dic, q̄ habitas extremorum tollit p̄rium, potest & alia rō reddi, quia cum transitur portionib. vel nauiculis. omnimoda separatio est inter fundum dominantem, & seruientem, q̄a est interpositio diuersi elementi. Sed hæc separatio non videtur esse cum transitur ponte, vel vado. Quicquid sit consideratio huius l. multum fuit noua, & scrupulosa. Ex prædictis remanent omnes gl. declarata, non sunt alia. Paul. de Cast.

Communia prædiorum. Rubrica.

L E X P R I M A.



Edificia. Aedificia deputata ad habitationem hominum siue sūt in ciuitate, siue in villa, dicuntur prædia urbana. Item seruitutes prædiales non possunt acquiri nec constitui, nisi per habentem prædium. hoc dicit. Et nota. ambo dicta: quia sunt magistralia, ad quæ

semper alleg. hæc l.

L E X I I.

1 Seruitus aquæ ductus num in aqua publica constitui possit.

DE aqua, quæ In aqua publica non potest cōstitui seruitus aquæ ductus, uel haustus. Si tamen quis aliquo modo ius aquæ ducendæ adquisierit, licet non sit seruitus, tamen in hoc iure defenditur, ac si seruitus esset. h. d. f̄m primam lect. gl. quæ loquit̄ de aqua publica. Ad huius t̄ tamen intellectum dic, q̄ aut aqua publica non est in vsu publico, vt q̄a flumen non est nauigabile, & tunc p̄t quis ex eo aquam ducere sine concessione: nisi fuerit a principe prohibitus. vt j. de flu. l. quominus. & hoc casu nō loquit̄ hæc l. nisi q̄a p̄t dici, q̄ illa facultas non est seruitus, sicut nec facultas eundi p̄ viam publicā. Si vero aqua publica sit in vsu publico, ut quia nauigabile est flumen, vel intra nauigabile, & tunc non p̄t priuatus aquam ducere sine licentia principis, ut l. j. s. permittitur. de aqua quoti. & asti. & d. l. quominus. hæc aut concessio non est seruitus, sed quoddam ius legitimè acquisitū. Et ad similitudinem seruitutis quia in eo defendit̄ putilem confessoriam. Et hic est casus in hac l. si verò priuatus concederet, tūc licet non valeat concessio: tñ quo ad priuatum valeat. Et p̄ ipsum volentem prohibere s̄str defenderetur, ut in gl. & hanc lect. not. in eo, quod dixi de utili confessoria, ad id, quod dixi s̄. de vsufr. l. si quis binas. Secundo modo loquitur in flumine priuato, quam lect. declara ut in gl. lex se. est clara. Paulus.

L E X I I I.

Caueri. Concessio ædificandi monumētū non potest cōstringi ad certam latitudinem, vel certum numerum sepeliendorum. h. d. Paulus.

L E X V.

Proprium. In contractibus est locus iuri non decrescendi Bar. Iuri uerò accrescendi non, vt l. si mihi & Titio. de ver. obl. quod dic, vt ibi per eum. & in l. re coniuncti. de leg. 3. per eundem. Not. gloss. hic, quod interdum plus potest pactum, quā m præscriptio, & uide glo. in l. domini. C. de agri. & censu. li. 11.

SI quis duas. Si dñs duorum p̄diorum alterum tradat alicui, p̄t ipsum seruum facere alteri, quod sibi remanet, & e contra, secus si simul ambo tradat uni, uel diuersis. hoc primo. Si uero dñs vnus p̄dij partem ipsius tradat, si id quidem pro indiuiso, non p̄t alteri parti seruitutē acquirere, secus si pro diuiso. hoc secundo. Item, q̄ p̄t tradendo vnus facere, idem possunt plures eiusdem fundi dñi, siue diuersis t̄pib. tradāt. hoc tertio. Item de fundo cōi ad fundum proprium non p̄t q̄s seruitutem acquirere. hoc quarto. & ultimo, vsque ad fi. l. Et t̄ no. hic, q̄ qualibet pars fundi, fundus est, cū per dñm diuidit̄. Secundo, q̄ in fundo sufficit ad diuisionē sola destinatio dñi. Sed in domo requiritur interpositio parietis. Est rō f̄m Cy. quia in fundo p̄t q̄s utilitatem p̄cipere p̄ parte absq̄ eo q̄ fiat expressa diuisio: secus in domo, vbi non potest utilitas percipi pro parte, nisi facta intermediatione. Alia vero dñia quæ ponitur per gl. quæ incipit, plus facti, non placet Cy. Sed de ipsa dic, ut plene no. in l. si domus. in prin. de leg. j.

L E X VII.

1 Seruitutem fundo uendito. an quis anteq̄ tradat imponere possit, eo q̄ in contra. Et dixit seruum, si tamen contractus tempore seruitus nulla debeatur.

3 Vendens rem tanquam censualem quæ tamen non sit, num antequam tradat censum imponere queat.

3 Verborum error qualiter probetur.

SI in venditione. Si in venditio. rei suæ quis dixerit generaliter & enunciatiuè uè ipsam fore seruam, licet nulli seruitutem debeat, nō tñ cogit eam liberam tradere, sed sibi, vt alteri potest seruitutē constituere. Si uero certam p̄sonam expressit, non p̄t nisi illi constituere seruitutē. Et si alteri constituatur, ad interesse tenetur. Si uero hoc dixerit in tradōne, tunc siue alteri debeatur seruitus, siue non. agere potest ex uendito, vt eam imponi patiat̄, hæc uera, cum sciebat nulli seruitutem dñe, secus si credebat cū non esset, cautius tñ est sp̄m seruitutis exprimere, q̄ generaliter loqui. h. d. cum prin. seq. Oppo. t̄ q̄ seruitus non p̄t imponi, si t̄p̄e p̄ctus nulla debebat, q̄a ista uerba, dico domum seruam fore, sunt p̄ntis t̄p̄is, vñ non extenduntur ad futura, vt j. eo. l. quicquid & dicamus esse p̄ hanc l. & p̄ ti. 2. l. si seruitus in prin. So. dicit Bar. in l. quicquid erant uerba p̄ntis t̄p̄is indicatiui modi, q̄a dixit, seruitus q̄bus est ita sit utique. Hic autem infinitiui modi, q̄a dixit, ædes fore seruas, & infinitiuius maiorem habet extensionē f̄m eum. Sed hoc non placet, quia infinitiuius significat illud t̄p̄s, q̄d significat illud uerbum cui additur, p̄ quo uide gl. or. in l. s. s. f̄t. p̄o. j. de uerb. obl. Nam si dico, uolo amare, significat t̄p̄s p̄sens, sicut uolo, sed si dico, uolui amare, significat tempus præteritū, & sic de alijs. Sed hic adiungebat̄ uerbo p̄sentis t̄p̄is, q̄a dixi, dico eas fore seruas nū dēt intelligi f̄m t̄p̄s quo dixi, ut j. de noxalib. l. in delic. s. si extraneus. Et ideo dic, q̄ in p̄rijs uerba fuerunt appositae dispositiue, q̄a dixit, quibus est seruitus, utiq̄. sit. Est em̄ sensus, q̄ teneatur pati seruitutes, quæ sunt in hoc dispositiua, q̄d patiat̄, fundata est sup̄ seruitute significatio, quare si nulla reperiet̄ seruitus, dispō caret fundamento, & sic nihil operatur. Sed hic uerba fuerunt plata enūciatiue, q̄a dixit ædes fore seruas. i. q̄d denuntiabat sibi ad esse istam qualitatē, & sic uenit accessorie ad ipsam rē. Et ideo extenduntur. ar. eius, q̄d no. s̄. de iud. l. nō p̄t uideri in gl. Ex p̄dictis patet, t̄ quod si uendo rem meam rāq̄ censualem, cum non sit, possum sibi imponere censum anteq̄ tradam. Secus si ita dicerem, uēdo tibi rem meam, & uolo q̄ soluas cēsum, quem dēt Mauio uel alteri. Nam si non debet, nō p̄t sibi imponi ante traditionem, quod perpetuo teneanti. Sed q̄ ro pone, q̄ res mea debebat seruitutem Titio, cum uendidi, dixi eam fore seruam in genere, nunquid possum sibi aliam seruitutē imponere? Rñdeo, aut illa seruitus dēbatur in re, q̄a iam constituta erat, & puto q̄ non possit alia imponi, q̄a uerba debent referri ad illam t̄m, quæ tunc debet, ne emptor duplici onere grauetur. ar. j. de leg. 2. l. Titia. s. qui inuita. Aut debetur in sp̄e, quia promissa erat sub condōne, & tunc, aut illa condō extitit, & idē quia non poterit alia imponi, q̄ illa. Aut non extitit, & tunc poterit imponere seruitutem alteri, uel mihi retinere, & hoc probatur. s̄. de usufr. l. si sub condōne. circa fi. Secundo quæro circa fin. huius l. quid præsumatur, an illa uerba sint dicta scienter animo retinendi seruitutem, uel ignoranter? Rñdeo, ex quo constat seruitutem non deberi, puto, q̄ præsumatur dicta per errorem, nisi p̄rium probetur. t̄ Nam error uerborum probatur eo ipso, q̄ p̄batur rem aliter se h̄re, ur j. de hæred. insti. l. quoties. s. j. & ita intelligo hanc l. tene bene menti. Item quæro in l. in tradendis. si dictum fuerit rem generaliter seruire, non expressa seruitute, q̄ seruitus possit imponi? tex. uidetur dicere, q̄ omnis, quod intellige. f. qualibet, & sic non tenetur collectiue, aliàs esset sensus, q̄ oēs seruitutes simul p̄nt imponi, & sic multū grauaret emptor. Sed teneas illud uerbum distributiue, ut una t̄m seruitus de oibus

huc possit imponi, arg. eorum, quę s. dicta sunt. Sed contra prædicta oppo. quia uerba obscura debent interpretari p̄ proferentem, ut l. veterib. s. de pac. Sol. ubi loquitur, qñ uerba aliquid p̄nt operari p̄ proferentem, vt qa de minimis dixerat, iõ de minimis intelligitur, hic uero contra eum nihil possunt operari. Vi. de Dy. in c. in obscuris. de reg. iur. lib. 6. Sed oppo. s. ti. 2. l. si arbor. s. j. ubi talia uerba pro libertate iudicantur. Solu. ubi erant uerba, quę potuerunt interpretari, & pro re uendita, & contra, quia dubiũ erat, an res deberet seruitutem, an sibi deberetur seruitus, & iõ pro libertate iudicatur. Paulus de Cast.

S. Interpositis. Medium prædium alimentorum non impedit seruitutem constitui, si per ipsum non impediatur utilitas. Idem si impediatur dummodo per ipsum s̄nt seruitus acquiratur. Si uero medium, & extremum sit vnus domini, potest vtriq. vel alteri seruitutem acquirere, & p̄ alienationem alterius eorum seruitus acquisita non extinguit, sed interpellatur. h. d. glo. hic facit differentiam inter seruitutes rusticas, & vrbanas, quę differentia non placet. Bar. & bene, dic, vt dixi s. ti. j. l. qui sella. in fi.

L E X IX.

- 1 *Momento fieri eodem, quę successiue fiunt dicuntur, simul autem fieri non dicitur.*
- 2 *Factum ante actum, post actum fieri non dicitur, licet incontinenti actus sequatur.*

Si cum duas. Si duobus eodem momento successiue tamen duarum rerum fit traditio, valet seruitus alteri imposita. h. d. Et t̄no. q̄ eodem momento dicuntur fieri ea, quę fiunt successiue vnum post aliud, dummodo interueniat aliquid extrinsecum, simul autem debent fieri, nisi cum fiunt simul, & semel. ita q̄ neutrum præcedat alterum, vt s. eo. l. si quis duas. s. duas autem, & sic maiorem simultatem denotat dictio, simul, quã eodem momento, facit quod no. in l. si pater. j. de vul. & pup. Item t̄no. quod illud, quod fit añ actum, nõ videtur fieri post actum, licet actus immediate sequatur. Et hoc uerum, quando illud quod fit, ex hoc redditur ualidum, secus si redderetur nullum, quia tunc v̄ fieri post actum propter coniunctionem ipsius actus, ut s. de seruit. l. qui duas in glo. facit ad testes, qui uiderunt aliquid simul fieri, uel eodem momento.

L E X X.

- 1 *Emptor hæreditatis, quasi hæres uidetur. Et in uenditione id agi uideri, ut emptor uenditoris succedat loco.*
- 1 **S. Iei, cuius.** Vendita hæreditate seruitutes confusę per additionem debent restitui. h. d. Bar. No. t̄n si q̄ emptor hæreditatis v̄ quasi hæres. Item, q̄ in uenditione semper agi uidetur ut emptor succedat loco uenditoris. Idem no. s. ti. j. l. vnus ex socijs. Paulus de Castro.

L E X XI.

- 1 *Seruire res mea mihi ut nequit, ita nec alteri rei mea, & quid est dicere, seruitutes uti sunt, ita sint.*
- 1 **Q Vicquid.** Si in uenditione rei actum sit. ut emptor sustineat seruitutes quę debent, debet intelligi de seruitutibus debitis alijs, q̄ uenditori, quia sibi non poterat res sua seruire, & ideo si nulli debeatur seruitus, nihil operantur dicta uerba. h. d. No. q̄ sicut res mea mihi seruire non p̄t, ut s. si usufructus peta. l. uti frui. ita nec alteri rei mea, vt hic, loquitur enim de seruitute reali, q̄ debetur a re rei. Adde tamen, quod dixi s. de seruit. vrba. prædio. l. olimpico. Item not. hic de dominio seruitutis, & adde s. si usufructus peta. l. qui usufructum. in fi. Op. q̄ licet nulli debeatur. tamen dicta uerba operantur, ut possim seruitutem imponere alteri rei mea, ut s. eod. l. si in uenditione. Solu. dic, vt ibi dixi. Secundo opp. quod dicta uerba quibus est seruitus, ut ita sit, utiq. non debeant intelligi de seruitutibus debitis extraneis actiue, sed magis de seruitutibus debitis ab extraneis rei uenditę passiue, vt s. de serui. vr. præd. l. si arborem. s. hæcl. traditionis. So. quicquid gloss. dicat hic. & ibi, dic, q̄ ista uerba quę sunt hic, non possunt intelligi, nisi de seruitutibus debitis extraneis actiue, cum dicat, quibus est seruitus &c. Sed ibi poterant intelligi utroque modo actiue, & passiue, quia dicit seruitutes uti sunt, ita sint, quę uerba sunt magis generalia, quã ista, & ideo interpretatur in odium uenditoris.

L E X XII.

- 1 *Ire per fundum cui occasione alicuius iuris permittitur, & fabros quoque ac magistros lignarios iuris ipsius conseruandi causa mittere permissum uideri. Et an si quis per se ex statuti forma alium offendere possit num idem per alium queat. remissiue.*
- 1 **R Efectionis.** Qui concedit alteri seruitutem, v̄ concedere oẽ illud p̄ quod seruitus conseruat in esse. h. d. Et not̄ in fin. q̄ cui permittit ire p̄ fundum rone alicuius iuris, pmittitur et̄ sibi mittere fabros, & magistros ad conseruationem illius iuris. Et est in ar. q̄ si aliquis ex forma statuti p̄t aliquẽ offendere p̄ se. possit et̄

offendere per alium. De quo uide glo. ord. j. de vi, & vi ar. l. cum fundum. & C. de adul. l. Gracchus. Pau. de Cast.

L E X XIII.

- 1 *Cõuentio in domus uenditione ne possit in ea hmõĩ artẽ exercere: nõ efficax sit.*
- 1 **V Enditor.** Potest quis se, & h̄des suos obligare, ne in certa parte maris piscetur, non tamen erit seruitus realis. Bar. Et est hic arg. q̄ si uendo tibi domum, hoc acto, q̄ non possis ibi artem talẽ exercere, q̄ ista conuentio ualet secundum Bar. hoc puto uerũ, si mea interest: alias secus, vt s. de serui. l. quoties. in prin. Et ita intelligo hanc legem, quod intererat uenditoris istius, ne piscatio exerceretur. non sunt alia.
- 1 *Dammum alter ob alterius utilitatem publicam uel priuatam sustinere non debet. Et an statuto fieri possit, ut ciuitas aut commune si re mea egeat, & a me inuito auferre queat. Et quid quo casu id fortẽ licitum. nu. 2.*

S. Si constat. Res mea sine facto meo non potest mihi auferri iure publico, uel priuato, nisi consuetudo aliter se habeat. h. d. & semper all. Not. t̄p̄ pp̄ utilitatem alterius priuatam, uel publicam, non dẽt alter damnificari. Et iõ licet ciuitas uel commune indigeat re mea: non tamen p̄t eam mihi auferre sine uoluntate mea, & hoc uult dicere ibi, nec publico nomine &c. Secũdo no. q̄ super hoc potest introduci cõsuetudo in t̄rium, & idem in statuto, quia potest ciuitas facere statutum, quod quocumque communitas indigebit de re alterius, cogatur dñs uendere, de quo dic, vt l. annonam. j. ad l. lul. de anno. per Bar. & in l. j. C. de Epif. audi. Et sic p̄t ciuitas condẽdo statutum sibi dare potestatem eam, quam sine statuto nõ habebat. Adde l. prohibere. s. planẽ. j. quod vi, aut clam, ubi est bonus text. Item t̄ not. q̄ quicunq. licitum est a priuato auferre rem suam, debet sibi satisfieri de pretio, ne totaliter remaneat in dãno. facit de rei uen. l. item si uerberatum. s. j. glo. inducit in ar. de aduoca. de quo in l. j. C. de suffrag.

L E X XV.

Iternihil. Seruitus itineris potest sic constitui, ut de die t̄m liceat. Item per eundem locum potest quis diuersis seruitutem concedere, si per alium alter non impediãt. Item potest quis in testamento grauare hæredem suum, vt imponat seruitutem rei hæreditarię, uel ipsius hæredis. h. d. v̄sq. ad l. si precario. Et no. istam l. iter. cum gl. q̄ per ciuitatem non licet ire de nocte, sed extra ciuitatem sic, a contrario sensu, & credo, q̄ in iure alibi non reperies, & ideo sunt statuta ubiq. Paulus.

L E X XVIII.

- 1 *Interdictum de precario in eo quod quis apud se habet, locum non habet. Et quid si precario concessi, ut in meo, quid poneres, an si non tollis a me rogatus, mea auctoritate tollere possim.*
- 2 *Precario possidens ne unquam quidem præscribit. Et quid de eo qui per quantumuis tempus censum pro re censuali non soluit, an præscribat.*

S. I precario. De eo, quod q̄s precario habet in tuo, non est locus interdicto de precario, ne que seruitus uidetur imposita: de eo uero quod precario habet in suo loco seruiente, habet locum interdictum de precario, & si donata fuerit, seruitus uidetur remissa. hoc dicit. t̄ No. in tex. & glo. q̄ de eo, quod quis habet penes se, non habet locum interdictum de precario. Item not. glo. q̄ si precario tibi concessi: vt in fundo uel domo mea aliquid poneres, nisi remoueas, cum te requiro, possum pp̄ria auctoritate remouere: possem etiam agere actione præscriptis uerbis, vt remoueas, si fortẽ nimis magnã expensã facerẽ in amouendo. vt j. de p̄sc. verb. l. permisi. s. m. Bar. Itẽ t̄ no. q̄ q̄ p̄cario possidet, nunq̄ p̄scribit, iõ qa possidet noie alieno. Ex hoc patet, q̄ q̄ possidet rẽ censualẽ, licet mille annis stet, q̄ non soluat cẽsum, nunq̄ p̄scribit libertatẽ: qa quo ad directũ dñum alieno noie possidet, de hoc not. in l. malẽ agit. C. de p̄scr. xxx. annorũ, & ibi p̄ Cy. & Guil. Et hoc uerũ quo ad directum dñum, quod nunq̄ p̄scribitur, licet census non soluat, vt l. cum notissimi. s. 2. e. tit. nisi fuisset interuersa possessio, qa tunc cũ possideret noie suo præscribet xxx. annis, de iure ciuili, ut no. e. ti. j. l. competit, per Cy. Sed si quærẽt de censu, utrum p̄scribat liberationẽ eius xxx. annis non soluendo: Cy. q̄ sic, in d. l. competit. Tu potes t̄rium dicere, quia si nõ p̄scribit directum dñum, quod est principale, ergo nec cẽsum, qui rone ipsius deserẽt, vt in c. eum ex officij. de p̄sc. & ibi quasi expressum per gl. & Inno. Nam si rone partis coequalis retinetur totum, vt infra quemad. seruit. amit. l. si stillicidij. in fi. multo fortius retinẽdo principale retinetur accessorium. Cum autem quis tenetur aliquid annuum præstare ex t̄ctu, uel ultima uoluntate & sic actione personali, non per respectũ ad aliquam rem, an p̄scribat liberationem: dic, vt no. in l. cum notissimi. s. si. alle. per Cy. Pau.

L E X XIX.

- 1 *Cessionem primam ad ultimam pertrahi. Et quid requiratur, ut actus uno tempore factus, alio factus censeatur.*
- 2 *Fictio super impossibili fundamentum non habet. Et quid sit fictio. Et quid ad fictionem requiratur.*
- 3 *Actus uiuentium, an pendere possint. Et quid in ultimis uoluntatibus.*

Source: BIU Cujas

Receptum Lex ista est pulchra. h. d. si ples do-
mini separatim seruitutem consti-
tuant, nouissima constitutione seruitus confirmatur,
nisi mutatio contingat in persona constituētis, vel ac-
quirentis, uel alterius ex socijs. h. d. Bar. & est no. lex & est gl. ad l.
p. fundum. j. tit. i. & est subtilis in materia fictionis. Debeunt. Et
ille qui primus cessit s̄m Bar. Tantum. i. solum. No. primo, q̄ ces-
sio prima trahitur ad ultimam, & non econtra, & hoc clarius p-
batur hic, quàm in l. per fundum. j. tit. j. Secundo no. q̄ qñ actus
factus uno tempore fingitur factus, alio tempore, requiritur, q̄
illo tempore quo fingitur factus, possit fieri, als si impossibile est
fieri, non potest hoc fingi, q̄ fictio non fundatur super impossi-
bili, ut hic est tex. no. cum glo. & no. j. de lib. & posthu. l. Gallus.
§. si eius. nam fictio est in re certa possibili contraria veritati, pro
veritate a iure facta assumptio, ita no. per Bar. in l. si is qui p. em-
ptore. j. de v. l. uca. exemplum, fingatur, q̄ tali tempore vnus ce-
dat, reliqui postea, demum primus cedens moriatur, vel alienet,
certe non pōt vere cedere eo tpe, quo vltimus, ergo nec pōt hoc
fingi, & hoc vult dicere iste tex. facit l. bonorum. j. rem rat. habe.
Ex hoc dicimus, q̄ in fictione requiruntur extrema habilia, & q̄
omnia remaneant in eodem statu, & in illis terminis tēpore quo
actus perficitur, in quibus erant, qñ factus fuit. facit l. potior. in
prin. & l. qui balneum. §. Titia. qui po. in pig. habe. & per Bar. in l.
sciēdum. quibus ex causis ma. plenius in l. si is qui pro emptore.
de v. l. uca. Ex hoc sequitur, q̄ et si contingat mutatio in persona
illius, q̄ non cessit, uel cui non est facta cessio, ut puta Titius ho-
die cedit, Caius antequam cedat, mori, vel vedit partē suam, li-
cet hæres, vel emptor secundo cedat, non reconualescit prima
cessio, sed oportet, q̄ iterato Titius cedat, q̄ non sunt omnia in
eisdem terminis, in quibus erant tpe primæ cessionis. Et ita intelli-
git Bar. istum ver. dicetis vos qñ ptingit mutatio in persona eius
q̄ cessit, est defectus in termino a quo, sed cum in persona eius
qui non cessit, est defectus in termino ad quem. Sed in fictione
requiriturabilitas vtriusq̄. extremi, sed gl. super verbo, omnis,
sentit q̄rium. l. q̄ nō requiratur, vt Titius iterato cedat, pro qua
gl. facit tex. in vers. idemque dicendum. si bene inspicatur, sed
pro Bar. facit ver. ergo, cum dicit oēs ex integro cedere debēt. &
istam partem puto ueriores, licet alius intell̄s videatur rōnabi-
lior. Intellectus uero Bar. magis v̄ de stricta ratione intris. Item
j. no. q̄ actus viuentium possunt pendere quo ad ius reale, secus
quo ad obsonem personalem, quæ pendere non potest. Sed cum
purè concepta est, aut statim obligat, aut nunquam, vt j. de sti-
pulatione. l. qui vsumfructum. & hæc d̄ia colligitur in glo. q̄
incipit. Sed si mortuus. Si aut concipiatur sub conditione, tunc
non est dubium, q̄ potest pendere: vt Inst. de verb. obl. §. ex con-
ditionali. legata vero, & ultimæ uoluntates, aut fiunt sub cōdō-
ne, & pendere possunt, aut purè, & tunc aut ante aditam hæredi-
tatem, & idem, vt j. de ier. leg. l. 3. aut post aditam hæreditatem,
& tunc non possunt pendere, sed aut statim ualent, aut nunq̄ ut
hic, & tene menti hanc l. Et distingue vltimo, ut distinguitur per
gl. & Bar. Sed q̄ præmissa opp. q̄ hæres representat personam de
functi, ut in Auth. de iureiur. a mo. præsti. Sol. illud ex fictione iu-
ris, & istud, quod hic d̄, procedit etiam ex fictione, q̄ fingatur ser-
uitus constituta cum ultima, modo sunt duæ fictiones & c. vt l. j.
C. de do. promif. Bar. Paulus.

Si seruitus vendicetur. Rubrica.

LEX PRIMA.



Actiones. Cum seruitus debetur rei, quæ in ali-
cuius bonis est, illi competit actio ad
vendicandum ipsam, cuius est dominium illius rei.
Si uero debetur ad rem, quæ in nullius sit bonis, illi
competit, qui ipsam acquisiuit. h. d. Paul. de Cast.

LEX II.

- 1 Confessoria atque negatoria cuius gratia prius intro ducta sunt. Et de libell
in his forma ac conceptione. nu. 2.
- 2 Filiofamilias num tutor dari queat. Et quid de curatore, & quatenus. Et ubi
unū in obligatione est, aliud in solutione, an libellus utrunque simul, & alter-
natiuè complectens efficax sit.
- 4 Confessoria atque negatoria cur ita dicantur.
- 5 Propositio ut affirmatiua, uel negatiua dicatur, quid potissimum spectari deat.

DE seruitutibus. Pro seruitutibus vendican-
dis vel repellendis compe-
tit confessoria, & negatoria ad similitudinem eorū, q̄
ad vsumfructum cōpetunt, q̄ sunt in rem. Et datur cō-
fessoria dicenti seruitutem sibi deberi, negatoria uero negati al-
teri deberi: nec competunt nisi domino fundi. hoc dicit. usque

- 1 ad §. rectè. No. glo. j. q̄ confessoria, & negatoria prius fuerūt in-
troduc̄ta in vsumfructu, quàm in seruitutibus prædialibus. Item
- 2 j. no. formam libelli, quia qui intentat confessoriam, potest dice-
re seruitutem sibi competere, & tñ re vera competit fundo, nō
personæ, ut §. ti. 2. l. unus ex socijs. vñ v̄ istum libellum non pro-
cedere: nam, & sn̄a non datur personæ, sed p̄dio, vt §. neg. gesto.
l. qui aliena. in fi. So. verum est, q̄ principaliter competit prædio
mediante quo competit etiam personæ, ut patet in d. l. unus ex
socijs, vnde procedit iste libellus, dico mihi seruitutem deberi, q̄
intell̄r mediante prædio: & sic redigitur ad intellectum iuris s̄m
Bar. per quod dicit ipse respondisse de facto, q̄ licet filiofamilias
non possit dari tutor, quo ad personam, cum sit in alterius pote-
state, sed curator bonis, sic & ad cās. l. cum non solum. §. necessi-
tate. C. de bo. q̄ lib. si tñ iudex dicat, damus tali filiofami. tutorē,
als curatorem valet ista datio, & non intelligitur facta personæ
sed exponit. i. ad utilitatem eius, quod tene menti. Item facit ad il-
lud, q̄ vbicunque unum est in obsonē, & aliud in solone, ut i. tit.
si qua. pauper. fe. dicatur. & in ti. de nox. in quib. æstō damni est in
obsonē, datio uero serui, vel quadrupedis est in solone, q̄ licet il-
lud, quod est in obligatione tñ, peti debeat: si tñ petat vtrunq̄,
alternatiuè, & simul, procedit iste libellus. Et redigitur ad intel-
lectū iuris. l. vt videat̄ petita æstimatio damni tñ: sed liberet̄ ad-
uersarius dando pro noxa: nam libellus semp̄ est sustinendus,
quoties ex verbis eius pōt colligi recta intentio libellātis: vt no.
per Inn. in c. examinata. p. quo l. si quis intentio. j. de iudi. Quæ-
rit gl. quare j. dicatur p̄fessoria, & quare negatoria, dicit Plac. q̄
p̄fessoria proponit̄ verbis affirmatiuis: negatoria verbis negati-
uis proponit̄, ut cum dico tibi non licere altius tollere, & econ-
tra, cōfessoria uerbis affirmatiuis, ut cū d̄r hoc tibi licere. Vnde
gl. dicit, q̄ magis est inspiciendus sensus, q̄ uerba, quia s̄m mentē
semp̄ affirmauit seruitutem sibi deberi, q̄ p̄fessoriam intentat:
& eō qui negatoriam intētat semp̄ negat, ut hic patet in textu.
Vnde considera in istis actionibus, & factum: quo ad ius q̄ con-
fessoriam intentat, affirmat, q̄ dicit ius seruitutis sibi compe-
tere, qui uero negatoriam negat: q̄ dicit alteri non p̄petere. Sed
quo ad factum pōt esse interdū econtra, ut patet in seruitute al-
tius nō tollendi. Et ita credendum est, Pla. intellexisse. Et j. no.
gl. quod propositio dicenda est affirmatiua, uel negatiua inspe-
cto magis sensu, q̄ uerbis, q̄ interdum uerba sunt negatiua, & ta-
men important affirmationem. Idem not per glo. in cle. literas.
de præscript. & ad hoc alleg. Bald. istam glo. Paulus.

- 1 Facultas tacitè per testatorem vsumfructuario concessa in re alia eiusdem testa-
toris quam legata, quid conferat, si facultas iure, aut seruitutis habeatur.
- 2 Interdictum pro itineris seruitute, quod nam competat. Et quid si seruitus cau-
sam continuam habeat.

§. Rectè. Cui relictus est vsumfructus unius rei, habet facul-
tatem eundi per aliam rem testōris, sine qua vti
frui non posset, tamen hæc facultas non est seruitus. hoc primo.
Item si fundo fructuario aliqua seruitus debet, potest fructuarius
ea vti. h. d. Item pro seruitute itineris fundo fructuario debita cō-
petit fructuario iudiciū possessorium. l. interdictū de iti. actuque
priuato, siue ipse fuerit in possessione eundi, siue ille qui sibi le-
gauit. h. d. vsque ad l. loci corpus. Quæro circa primū d̄m, qd re-
fert, an illa facultas sit seruitus, vel non? Rñdeo, q̄ si nō est serui-
tus, non proponis confessoriam tanq̄ pro seruitute itineris, q̄ li-
bellus esset ineptus. Sed proponis eam p̄ vsumfructu, in quo tur-
baris si nō p̄mittat ire, ut §. si vsumfructus pet. l. 3. Itē j. no. in fi. q̄ p̄
seruitute itineris cōpetit interdictū de itinere actuq̄. priua. Sed
si seruitus h̄ret cām p̄tinuam, cōpetet quasi interdictū uti possi-
detis, vt j. e. l. sicuti. §. Aristo. in fi. de serui. l. quoties. & ibi no. Cō-
petit̄ et̄ alia possessoria, ut j. e. l. & si fortè. §. sciendū. & ibi dicā.

LEX III.

- 1 Interesse quandoque pro fructibus capi.
- 1 Loci corpus. In confessoria, & negatoria habetur rō in-
teresse agentis. h. d. No. j. hic, quod interes-
se capitur pro fructibus de quo uide l. uideamus. in princip. j. de
usu. Paulus.
- 1 Actionem quæ pro principali competit in solidum dari, non sic in accessoria
quæ pro parte datur.
- 2 Sententia in indiuisibilibus pro uno lata alijs ut prodest, ita nocet.

§. Si fundus. Istæ actiones competunt cuilibet, & p̄tra
quemlibet d̄m in solidum. Sed cū pueni-
tur ad interesse, h̄r ratio interesse agentis tantum. Item sentētia
lata pro uno ex d̄nis prodest alijs. h. d. no. No. q̄ j. actio quæ con-
petit pro principali dat̄ in solidū. & tamen actio secundaria pro
interesse datur pro parte, facit. l. j. §. certam. de præto. stipu. inter-
dū repetit̄ eō, q̄ actio primitiua competit pro parte, & actio se-
cundaria pro interesse competit in solidū, ut j. comm. l. si ut cer-
to. §. si duobus uehiculum. Sed si bene consideres, non est di-
uersitas.

ueritas. Item no. q̄ in indiuisibilibus sententia lata pro vno p̄
dest alijs, & etiam nocet secundum gl. & ad hoc semper alle. iste
§. Pau. de Cast.

Libellus agentis cui reus uerbo non contradicit, an procedat. Et quid de eo
qui per fundum meum it, si tamen id de iure seruitutis non facere fateatur,
num aduersus eum negatoria intentari queat.

§. Si quis mihi. Confessoria competit contra illum
illum qui seruitutem negat. h. d. Bar. No. † procedere libellum a-
gentis, licet reus illi libello non contradixerit uerbo, dum tamē
saltem factō contradicat. Sed quæro quid in negatoria, aliquis
vadit per fundum meum, & fatetur se non ire iure seruitutis, an
possim contra ipsum intentare negatoriam? gl. dicit, q̄ non j. e.
l. si sum meus proprius. in si. contrarium puto per istum tex. Nā
si confessoria datur contra illum qui non negat seruitutem, im-
pedit tamen vsum eius. Idem in negatoria, ut detur contra illum
qui non negat libertatem, impedit tamen vsum libertatis, quia
istæ actiones pariter ambulāt. ad hoc j. eodem l. sicuti. §. Aristo.
Pau. de Cast.

§. Competit. Non potest quis excipere de iure tertij,
quod non est exclusiuum iuris agen-
tis, ad hoc alleg. de hoc dic, vt no. per Cy. in l. cum seruum. de ser-
uitu. & in l. 2. de exe. rei iud. per Bar. & l. indebiti. §. sed si numerū.
per eundem.

§. Hæc seruitus. Media domus depressa non impe-
dit seruitutem altius non tollendi
deberi a domo non vltiori. Sed media eleuata seruitus inter-
pellatur quoad eleuata steterit. h. d. vsque ad l. & si fortē. §. scien-
dum. Barto. primum dictum est verum, quando domus vltior
cui seruitus imponitur, possit luminib. officere aliās si nullo mō
posset officere propter domum mediam, non posset imponi illa
seruitus, ut §. de ser. urba. præd. l. ædes meæ. cum l. seq. Item no. di-
ligenter in l. & si fortē. quod quando quis non potest uti seruitu-
te propter aliquem casum contingentem sine culpa domini præ-
dij seruiantis, non potest prohibere ipsum dominum, quominus
in prædio seruiante, aliquid faciat, quia non uidetur facere con-
tra seruitutem, qua quis uti non potest. Item no. q̄ cessante isto
impedimento, destruitur quicquid factum est, quod vsum serui-
tutis impediatur.

L E X VI.

Confessoriam possidenti dari. Et idem in actionibus que pro incorporalibus in-
ribus competunt.

Seruituti tuenda quot remedia dentur. & nu. 4.

Interdicta realia omnia esse.

Et si forte.

§. Sciendum. Qui est in possessione seruitutis altius
non tollendi, potest intentare confesso-
riam, vel interdictum, quod vi aut clam, uel nuntiare nouum o-
pus q̄ illum, qui vult ædificare. h. d. No. † q̄ confessoria datur pos-
sidenti, & ad hoc semper alleg. sic §. si vstr. pet. l. pe. in si. Et idē
de omni actione, quæ datur pro iurib. incorporali. ut no. In st. de
actionibus. §. sed istæ. per lac. Butrig. Item † not. tria remedia dari
pro seruitute tuenda, sunt & alia, ut §. eo. l. 2. §. fin. & l. loci. §. si qs
mihi circa si. & l. sicuti. §. Aristo. j. eod. dic pro declaratione isto-
rum, q̄ primum & principaliter remedium est confessoria. Et ista
est actio in rem, & datur possidenti, & non possidenti, ut hic, &
contra quemlibet turbantem vsum seruitutis ædificando. Item
tam pro seruitutibus vrbis, quam pro rusticis, ut §. eod. l. 2. in
prin. & l. si quis diuturno. in si. j. eod. Secundum remedium est
interdictum, quod vi aut clam, & istud est personale, cum † om-
nia interdicta personalia sint, & datur contra impediētē vsum
seruitutis ædificando, & postquam ædificatum fuit, ut destruat,
non autem antequam sit ædificatum, uel si quo modo impedia-
tur, vt hic in tex. & gl. Tertium remedium est nuntiatio noui
operis, de qua hic. Et ista competit contra volētē ædificare, &
hoc etiam no. §. de ser. vrb. præd. l. inter seruitutes. in fin. Quartū
remedium est interdictum de itinere actuque priuato. Et istud
competit seruitutib. rusticis, duntaxat, vie, & itineris vel actus. Et
si quis petat ne impediatur in quasi possessione eūdi: aget ex pri-
mo capite. Si uerō vt liceat reficere, aget ex secundo, in quibus
quæ sint necessaria, dic, ut no. in l. loci. §. si quis mihi §. e. Vltimō
competit interdictum vt possidetis ad tuendum quem in pos-
sessione seruitutis continuat, ut j. eo. l. sicuti. §. Aristo. in si. de ser-
uitutib. l. quoties.

Speciale in seruitute oneris ferendi, quod nam sit. Et in actionibus realibus
qui rei cedit, non cogitur iudicium suscipere.

§. Etiam de. Ab isto §. vsq. ad l. sicuti. §. competit. tra-
ctat de una materia, videlicet de seruitu-
te oneris ferendi, & dicit, q̄ pro tali seruitute datur confessoria,
etiam vt reficiatur paries, qui debet onus sustinere, quæ actio est
in rem, & eiusdem naturæ, quæ est illa, quæ competit pro alijs

seruitutib. & eisdem modis competit, & illa eadem ueniunt quæ
in illis seruitutibus. h. d. vsque ad l. harum. Nota q̄ speciale est in
hac seruitute oneris ferendi: ut cogatur ille, qui debet seruitutē
aliquid facere: secus si in alijs seruitutibus in quibus tenetur iā-
tum pati, vt §. de serui. l. quoties. Item not. ibi: Labeo autem, & c.
q̄ in actionib. realib. non cogitur quis suscipere iudicium, si vult
habere rem pro derelicto. Idem in personalibus in rem scriptis,
vt est actio noxalis, vel de pauperie secundum glo. secus in mere
personalib. de quo dic, vt l. is cum quo de aqua pluui. arcen. Pau-
lus de Cast.

L E X VII.

Aut particulam, pro § poni. Et præstationem rei ac cautionis iudicis officio
feri.

Iudicis officium circa futura versari. Et quid ubi reus pendente iudicio actori
satisfacit, an debeat absolui. Et quæ erit sententia interlocutoria, ne
an diffinitiuæ.

Sententia qua appellationem desertam fuisse pronuntiat diffinitiuæ num sit,
an interlocutoria.

Cautio quando præstatur, an in litem iuret.

H Arum. In hac actione per officium iudicis fit re-
stitutio rei, & præstatur cautio, & contra
non patientem iuratur in litem Bar. Not. † primo text.
coniuncta gl. q̄ dictio, aut ponitur pro &, dicitur enim
q̄ res præstatur, aut cautio. & glo. intelligit, & bene, q̄ vtrunq.
præstatur. Secūdo, q̄ præstatio rei, & cautionis fit officio iudicis
deseruentis confessorie actioni, nam ipsa confessoria principit
proponit, vt iudex declaret seruitutem deberi: vt j. l. proxi. §. sed
si quærat: & in consequentiam imploratur iudicis officium mer-
cenarium, ut hoc factō cogat aduersarium ad præstationem rei.
i. ad præstandum patientiam, & ad refectionem parietis in serui-
tute oneris ferendi. Item & ad præstationem cautionis, vt caueat
se in perpetuum non impediturum per se, vel suos heredes, quo-
minus alter vtatur seruitute. Item in hac seruitute oneris feren-
di præstatur adhuc alia cautio q̄ quocumque paries indige-
bit refectione, reficiet. Et sic officium iudicis vertitur circa fu-
tura in iis, quæ habent causam successiuam, & in quib. eius snia
non pōt pfectē mandari executioni cor. legi. j. e. & ad hoc istæ
duæ ll. sp. all. Tertio no. q̄ qñ reus satisfacit actori pendente iu-
dicio dēt absolui, vt hic in si. & dicit gl. q̄ ista est snia interlocu-
toria, q̄ non fert super principali, q̄ glo. sp. alle. & uide plene per
Bar. in l. Titia. j. de accusa. Et pistam gl. dicunt quidam, q̄ snia p
quam pronuntiat appellationē esse desertam nō est diffinitiuæ,
sed interlocutoria, q̄ nō fertur super principali negotio, sed sup
processu. Et ita audiui, q̄ dominus Bal. interrogatus a quodam
abbate respondit per istā glo. qñ ciuitas Perusii erat in manibus
ecclesiæ, ad q̄ uide q̄ bo. per Innoc. in c. auditis. de proc. & per
gl. iu. cle. fin. de apella. & quod no. C. quomodo & qñ iudex. l. &
si præses qui desertam. † Vltimo no. glo. fin. q̄ qñ cautio non p-
statur, non iuratur in litem, sed tm officio iudicis præcise compeli-
tur ad præstandum captis pignorib. quam gl. reprehendit Bar. di-
cens, q̄ non uidet quare non iuret in litem, cum implorāt offi-
cium iudicis, sicut qñ agit p viam actionis. Sed certē hoc noluit
dicere gl. sed dicere voluit, q̄ cum iurē in litem nō deserēt sup eo,
in quo nō cadit affectio, vt l. numis. j. de in litem iuran. & in psta-
tione cautionis nō cadit interesse affectionis: id non iuratur: sed
officio iudicis præcise compellitur. vnde puto gl. bene dicere.

L E X VIII.

Sicuti. Qñ paries seruiēs reficiēt ne domus dominans cor-
ruat, ad dñm eius pertinet factura. h. d. Bar. Et expo-
ne ibi. Nam si non vult & c. nā vult dicere, q̄ si dñs domus domi-
nantis non vult reficere anteq̄ ruat: pmittat ruere, quia postea
oportebit eum reficere postq̄ ruerit, quod erit sibi grauius.

§. Competit. Vsq. huc locutus iuriscōsultus de ser-
uitute oneris ferendi, hic loquit de ser-
uitute tigni immitendi vsque ad §. Aristo. & dicit, q̄ pro tali ser-
uitute competit confessoria, non tm cogitur aduersarius parietē
reficere: & in hoc differt a seruitute oneris ferendi. h. d. Bart. Rō
diuersitatis est, quia in seruitute oneris ferendi principaliter pro-
mittit sustinere onus, in alia uero pmittit pati immissionē, secun-
dario onus sustinere. Item prima hēt cām successiuam, vt onus
sustineat, quod fieri non potest, nisi reficiat. Sed secunda habet
principaliter cām instantaneam, s. pati immissionem, quæ fieri
potest perfecte non instanti, & hoc uidetur colligi ex gloss.

Quasi possessio in seruitutibus causam continuam habentibus, qualiter ac-
quiratur.

Facultas per fundum tuum eundi si me non prohibeas, quocumque uelim
mihi a iure est concessa.

Sententiam declaratoriam in realibus ferri.

Quasi possessionis commoda quæ sint.

Possessio ubi ius commune contra possidentem facit, ab onere probandi non
releuat.

Dominium in iudicium quando incidenter ueni, satis est si probetur, quomodo
in possessione esse. Et si quis hoc dicit, agat.

Pau. Cast. Nouæ prælec. in ff. Vet.] G 4 §. Sed

§. Sed si quærat. Super alleg. iste §. in seruitute. tigni immittendi facta immisione dicitur, quis esse in quasi possessione, ea verò non facta dicitur aduersarius esse in possessione liberratis. Item in confessoria non constituitur seruitus, sed competere declaratur, nisi lite pendente propter culpam domini domus seruiens fuerit perdita, quia agit, ut de nouo constituatur. h. d. No. primo qualiter acquiritur quasi possessio in seruitutibus habentibus causam continuam, quia hoc est per unicum actum perfectum, simile §. de ser. vr. prædio. l. seruitutes quæ in superficie. in princ. in habentibus causam discontinuam, ut viæ, vel itineris, non per unicum actum, nam non per unam actionem, seu duas, sed per xxx. dicitur quæ acquirere quasi possessionem: ut l. j. de itin. actuq. priuat. quod est verum in istis, quæ frequenter possunt fieri, & possunt competere iure facultatis. Nam per fundum tuum frequenter ire possum ad uoluntatem meam, si me non prohibeas, & competit mihi illa facultas a iure: ut l. diuus. §. de serui. rust. prædia contrario sensu. Et ideo non præsumor ire animo acquirendi quasi possessionem seruitutis, sed ex facultate concessa a iure, nisi frequentarim eodem anno per xxx. dies, ut dicitur: secus si tales actus non solent competere iure facultatis, nec potest quis frequentare ad nutum suum, ut interesse electioni Episcopi. Nam Clerici non possunt interesse electioni Episcopi, sed soli canonici, sed si semel interessent canonicis non dicentibus, licet isti actus interessendi, habeant causam discontinuam, tamen per unicum actum acquirunt quasi possessionem interessendi propter prædictos casus, quia non conceditur eis a iure, & quia non ad nutum suum possunt interesse, nisi contingat casus electionis. ita no. in c. cum ecclesia Sutrina. de c. poss. & proprie. & ibi quod no. per Inn. & Io. Fab. Insti. de acti. §. æque

3 in 3. q. Item no. quod in realibus fertur sententia declaratoria. Simile in l. & ex diuerso. §. de rei uen. de peti. hæc. l. licet. Immissa. idem si non sunt immissa, sed forsitan sunt apparatus. ut l. hæc autem. §. de ser. vrb. prædio. Bar. In uer. planè. pone casum, quod uerus dominus submisit falsum dominum, cum quo fuit lis contestata, pro quo uide l. moræ. C. de rei uend. In gloss. sed si possessio. non commoda

4 quasi possessionis, sunt & alia de quibus uide per gl. & Bart. in l. j. de itin. actuque priua. Et hoc uerum, ubi iste, quod est in quasi possessione, non uult agere. Sed si uellet agere, quod posset, ut l. & si fortè §. j. §. e. tunc oporteret, quod probaret: & ita limita gl. uel plenius. Quærit gl. de tribus primo in quo prodest esse in quasi possessione seruitutis? Respondet, quia talis habet maiores dilationes, & non iurat primo de calumnia: nec cogitur prouocare ad iudicium. Sed hæc uera sunt, quoniam ab aduersario non turbatur in quasi possessione, quia tunc sustinet partes rei. Si uero molestetur de facto tunc si uult agere, sustinebit partes actoris. Unde primo iurabit de calumnia, & minores habebit dilationes, ut §. e. l. & si fortè. §. sciendum. & l. loci. §. si quis mihi. prodest et quo ad alia uide l. 2. & quod ibi no. j. uti. possi. de quo dic, ut l. j. post prin. de itin. actuque priua. per gl. & Bar. Secundo quærit gl. an ista possessio releuet ab onere probandi seruitutem constitutam? Respondet, quod non, quia quoniam ius commune facit possidentem, possessio non releuat ab onere probandi, ut C. de prob. l. uis eius. Sed hic facit possidentem, quia omnis res presumitur libera, nisi primum probetur. Item eam semel fuisse liberam: ut C. de seru. l. altius. nec ob. j. de pba. l. circa. quia ibi loquitur in seruitute hominis qui potest nasci seruus, & sic nunquam fuit liber. Sed res non potest nasci serua, & hæc uera, cum agitur petitorio, secus si possessorio, ut no. per Cy. de ser. ui. & aqua. l. 2. in 4. q. Tertio quærit, an releuaret ab onere rei, cui dicitur seruitutem deberi? Respondet, quod sic, quod tene menti. Ex quo no. quod quoniam dominum uenit incidenter in iudicium, sufficit probare, quod quis sit in possessione. licet ille qui hoc dicit, agat, quod probatur j. fam. etc. l. j. Et no. per Cy. quæ sit longa consuetudo. l. 2. per Bar. in l. pen. de iniur. test. Et uide quod no. Inn. de uer. sig. c. abbate fanè. & in c. bonæ. de postula. quod dicit duo, unum est, quod fundus est intentio agentis negatoria de iure cõi, sed uide ibi eodem modo, & c. Secundum est, quod agens negatoria non dicit aduersarium possessorem esse, quod no.

§. Aristo. Dominus partis domus inferioris non potest in superiorem iure seruitutis fumum immittere, nec dominus superioris debet in inferiorem mittere aquam, nisi aliud actum sit, & pro his competunt istæ actiones, & iudicia possessoria. Item non ualeat pactum, quod alicui liceat facere, quod de iure cõi facere poterat, secus si non poterat. h. d. usq. ad fil. Bar. Et alle. quod non licet immittere falcem in messem alienam glo. opponit de l. pen. de iniur. & soluit, quod sol. non uel bona, immo quod tex. parificat. n. aquam, & fumum, id dicit Bar. quod si dominus domus inferioris uelit facere modicum ignem, uel fumum necessarium ad familiam potest facere, nisi alio iniuriandi faciat, ut d. l. pen. Idem si dominus domus superioris modicam aquam uellet solariu ponere, potest nisi alio faciat iniuriandi. Si autem dominus domus inferioris uellet facere, caseariam, uel alium fumum non familiæ necessarium, non posset, nec est dominus superior magnam aquam ponere, ut hic Bar. & hoc uide tur probare per tex. in l. grauem fumum.

Si eo loco. Natura possessoria est, ut per eam destruat, quod quod scilicet est debita seruitutem, & sciendum impediatur. Et ad id quod dicitur, quod per ædificationem extinguit usufructus. declara, ut dixi §. de usufr. l. si in area. Pau. de Cast.

L E X X.

- 1 Præscriptio seruitutis quæ requiratur.
- 2 Confessoriam aduersus quemcunque dari.

Si quis diuturno. Pro seruitute præscripta competit possessoria, in qua non habet quis necesse probare titulum, sed tamen se fuisse usum longo tempore non uel clam, uel precario. item confessoria non solum datur dominum prædij seruiens, sed quocumque prohibentem usum seruitutis. h. d. not. Et adde quod alia requiruntur ad præscriptionem seruitutis, ut l. j. §. i. de itin. actuq. pri. Item, quod bona fide, potest esse quod non sit usus uel clam, uel precario, & tamen non habeat bonam fidem, & non præscribet, ut j. tit. r. l. si. Item requiritur, quod sciente, & patiente aduersario, ut C. de serui. & aqua. l. 2. quod omnia limitationem recipiunt, unde dic, ut ibi no. per Doct. & in l. i. in fi. de aqua plu. arcen. per Bar. & in d. l. j. de itin. actuq. priua. Ex quo patet, quod illud quod dicitur hic, quod non requiritur titulus uerum est de titulo specialiter titulus tamen generalis pro suo requiritur postquam requiritur bonafides, ut probatur in d. l. fi. j. tit. r. & ita tenet Roffre. in libell. super hac actione. Ultimo no. confessoriam dari contra quemcunque, de quo uide per Cy. in rub. C. de usufr.

L E X XI.

An vnus. Vnus ex sociis potest alium ædificantem impedire iure communi, non iure seruitutis. hoc declarata, ut in l. re communi. §. de ser. vrba. prædio. Paulus.

L E X XII.

Egius illi. In negatoria cogitur quis cauere, quod in futuro seruitute non utentur. h. d. Bart. similis cautio præstat in confessoria §. ca. l. j. Bar.

L E X XIII.

- 1 Confessoriam dari pro re quæ agentis nunquam fuit.

Fistulas. Non potest quis habere canalem in suo, per quem aqua noceat alieno. h. d. Et allegat iste tex. per gl. §. e. l. 2. quod negatoria datur pro re, quod nunquam fuit sua. Item no. per Barto. quod non licet habere a quariolum in domo propria, si per eum aqua immissa inundaret in vicini parietem. Et pone casum in aquariolo: uel aygueris istius ciuitatis. Paul.

L E X XIII.

Si cum. Qui tigna immittit ultra quam sit actum in constitutione seruitutis, per negatoriam tollere cogitur. Item non licet tibi tenere parietem, qui scilicet meum inclinatur. h. d. Et no. gl. ultimam huius l. quæ dicit, quod negatoria non datur nisi contra illum, qui præten dit se habere seruitutem, quod non placet imò datur etiam contra illum, qui impedit uti libertate, ut §. l. proximi. & j. eo. si quando. in prin. & §. fi. Et dixi §. eo. l. loci. §. si quis mihi, aliàs non uideo qualiter succurreretur.

L E X XV.

Altius. Si administrator minoris facit contra debitam seruitutem, tenetur tutela, & etiam competit confessoria h. d. Bar. Not. tex. ibi, quia quod alium & c. & uide gl. in c. r. extra de nat. ex liber. vent. Paulus. de Castro.

L E X XVI.

Si a te. Ex titulo, & quasi possessione seruitutis competit actio, & exceptio. h. d. Bar. Paulus.

L E X XVII.

Si quando. Si ædificium vicini mei scilicet meum inclinatur per negatoriam tollere cogitur. Item in loco qui debet seruitutem nihil faciendi, non possunt siluæ, uel ex crescentes poni. Item non licet iuxta parietem alterius imponere aliquid, per quod paries deterior fiat. h. d. tota lex. Bar. Paulus.

L E X XVIII.

Is cuius. Ista lex est no. & habet materiam subtilem, & nunc non est tempus examinandi & h. d. qui agit confessoria pro seruitute, & interesse, reo contumace mittitur in possessionem omnium bonorum, a quo non recedit, nisi fuerit intergrè satisfactum. h. d. Bart. materiam huius l. uide plenè in l. si primus. de nou. oper. nunc. secundum quam l. ista debet intelligi, & Roffre. in libe. de confesso. super hac leg. Paulus.

L E X

L E X XIX.

Si de communi. Sententia lata contra vnum ex socijs non præiudicat cæteris, si culpa eius acciderit. secus si dolo. h. d. Secundum verum intellectum Bar. Et est ratio diuersitatis, quia in primo casu non haberent recursum contra socium: qui non tenebatur pro parte socij aliam diligentiam adhibere, quæ in sua, ut j. fam. ercif. l. non tñ, unde succurritur sibi, ut sententia non noceat, nec versetur in damno. Secundo vero casu habet actionem de dolo contra socium, ut hic, in fi. secundum glo. & Bar. Paul. de Cast.

L E X XX.

Testatrix. Qui rem legat velle videtur, ut hæredi remaneat potestas eundi per illam, sicut testator ire solebat. h. d. Et no. quod non est ipso iure constituta seruitus, cum illud sit legatum tacitum, sed est constituenda, ut l. seruum filij. §. fi. & quod ibi no. j. de leg. j. Paulus.

§. Plures. Prædium vniuersitatis potest seruire prædijs singulorum, & ius seruitutis transit cum prædio dominante quocumque titulo concedatur, nisi specialiter sit exceptum. h. d. Bar. Et no. quod potest expresse agi, ut ius seruitutis, quod est reale, & annexum rei non transeat cum re, hoc etiam probat §. de serui. rusti. prædi. l. pecori. in fi. Sed ibi hoc agebatur a concedente seruitutem, & in actu concessionis, hic autem post cessionem factam, & ab eo cui facta erat.

L E X XXI.

Si aqua. Potest constitui seruitus, ut aqua inueniatur, & in inuenta ducatur. h. d. Paul. de Castro.

Quemadmo. seruitus amittatur. Rubr.

L E X P R I M A.

§. Seruitutes. Quatuor casus ponuntur vsque ad l. 4. quæ incipit, seruitus, & sunt breues, & non indigent sumario. Paulus de Castro.

L E X V.

1 Seruitutes plures ex fundorum dominatium pluralitate resilire. Et quatenus, id verum sit.

2 Immisio inter res separatas non cadit. Et separatorum non esse illationem.

Seruitus. Hæc l. continuatur cum seq. vsque ad l. si sic. & h. d. quod si seruitus est vna, indiuisibilis est, & vel totum amittitur, si nullus vtatur, vel in totum retinetur, si aliquis quicumque sit nomine fundi vtatur. Si vero de vna fiant plures, potest vna amitti, & alia retineri. h. d. vsque ad l. si sic. Et quia. l. seq. est difficilis in tex. p. intellectu ipsius, dic, quod quando fundus cui debetur seruitus, vel a quo debetur ex plurimum dñorū cōis pro indiuiso, quousque remanet indiuisus, vna tñ seruitus est, & per vnum ex socijs, vel quicumque alium vtenem nomine fundi retinetur quo ad omnes, ut in hac l. Si verò diuidatur. tñ loquitur l. seq. quæ distinguit. aut diuiditur fundus, qui erat plurimum dñorum, & tunc tot fiunt seruitutes, quot sunt partes, & vna potest retineri per vsum, alia amitti per non vsum, & hoc vsque ad §. sed si is. nec nocet ista diuisio fundo seruieti, imo prodest, quia antequam esset diuisus per vnū solum, poterat retineri quo ad omnes. Sed post diuisionem non retinetur, nisi quo ad interesse. Si vero diuidatur fundus seruiens, qui erat plurimum dñorum, tunc distinguitur, aut seruitus fuit constituta per partem fundi, & tunc loquitur §. sed si is. vsque ad §. certum. aut fuit constituta, ut per quamlibet partem fundi ire liceret, & tunc loquitur §. cæterum. vsque ad finem. Primo igitur casu cum seruitus fuit constituta per certum locum, & fundus seruiens diuidit, tunc qualitercunque diuidatur, siue per longitudinem viæ, siue per latitudinē vna remanet seruitus: quia pluralitas fundorum seruientium non multiplicat seruitutes, ut l. vna est via §. de serui. rusti. prædi. non ergo efficiuntur plures seruitutes, licet de uno fundo efficiantur plures fundi, & hoc non dicitur ita clarè in tex. sed in glo. colligitur. Veruntamen in modo amittendi seruitutem, distinguitur: quia aut fundus seruiens diuiditur per longitudinē, puta quia tota illa pars fundi per quam ibatur, cedit vni, altera cedit alteri, & tunc dicitur, quod perinde est ac si a principio duo fundi diuisi fuissent, vult dicere, quod quantum ad illam partem per quam non ibatur, non est necesse, quod labatur tps constitutum ad amittendam seruitutem, quia pars cessit libera a prin. quia postquam per certam partem constituta erat seruitus, altera pars libera deserebatur, ut §. de ser. rusti. prædi. l. certo generi. §. si totus. quantū verò ad alteram partem per quam constituta erat, si negligat tēpore constituto, perditur seruitus. Aut fundus fuit diuisus per latitudinem viæ, aut quia quilibet dñorum habet partem illius loci, per quam constituta erat seruitus, & tunc cum vna sit seruitus, licet plures fundi sint facti, non potest nisi vel tota amitti, vel retineri, vñ si per partē vnus tñ eatur, retinetur quo ad oēs, sicut si a prin. plures fundi fuissent, ut d. l. vna est via. sic ergo per non vsum non potest vnus fundus liberari, & alter non. Sed per pactum expressum

lic. Itē nec redemptionē vnus fundi liberaret alter, dūmodo in altero sit tñ spatium, quod posset esse via: aliās vterque liberaretur, vnus per redemptionē: alter pp necessitatē: vel impossibilitatē viæ. & h. d. §. sed si is. usque ad §. cæterum. Secundo vero casu, quod actum est, ut per quamlibet partem fundi possint ire: & mutare locum eundi, & tunc si diuidatur fundus seruiens: tot fiunt seruitutes, quot partes, & vna per non vsum potest amitti, & altera retineri, quod est mirabile. Nam per hoc limitatur, quod §. dixi in l. vna est via: nam tunc est verum, quod ex pluralitate fundorum seruientium non resultat pluralitas seruitutum, quando omnes illi fundi ordinati sunt ad unum modum eundi. Secus si ad diuersos modos secundum voluntatem illius, cui debetur seruitus, ut hic probatur expresse: nec potest conueniri de hoc ille, cui seruitus debetur, quia licet sentiat damnum in uno, sentit tñ commodum in alio, ut patet ex tex. & h. d. §. cæterum. usque ad fi. No. in l. non satis. usque ad §. sed si is. quod ex pluralitate fundorum diuersitium plures resultant seruitutes. simile supra de serui. urb. prædi. l. si ades in prin. Secundo, quod hoc est verum, siue a principio fuerint plures fundi, ut ibi, siue fuerit vnus, & efficiantur plures. Simile §. de ser. rusti. prædi. l. via constitui. §. quacumque. Tertio 1 no. quod inter res separatas non cadit immisio, quod est dicere in effectu, ut separatorum separata sit ratio, & de uno ad aliud non inferri. facit supra de calum. l. fi. & quod no. in l. de bonis. in prin. ad Carbon. Quarto no. quod ille qui ex commoditate sentit commodum, non debet de incommoditate conueniri.

L E X VII.

1 Tempus legitimum ad præscribendam seruitutem quod nam sit. Et an ad amittendam seruitutem scientia amittentis requiratur.

Si sic. Si seruitus habes causam discontinuam habeat interuallum mēsum, uel annorum: duplicato legitimo tempore perditur. Sed si dierum uel horarum: tunc legitimo tñ. h. d. Quod tñ autem sit legitimum tempus non habetur in hoc tit. sed C. e. l. sicut. ubi dicitur, quod olim erat biennium, hodie 10. uel 20. anni. Et no. glo. quæ dicit, quod ad amittendam non requiritur scientia, quia eam ignoras etiam sibi competere non utendo perdit. probatur j. eod. l. si partem. §. fin. Et aduerte, quia ista l. loquitur de præscr. seruitutum rusticarum. Sed l. hæc autem §. de serui. urb. prædi. loquitur de urbanis. Paulus.

L E X VIII.

Si stillicidij. Qui permittit ædificare in loco seruiente, ius seruitutis amittit. h. d. secundum Barto. gl. opponit de l. si domus. de ser. urb. prædi. ubi permittendo ædificare non perditur seruitus stillicidij. Glo. non soluit hic, nec ibi. Tu dic, quod hic debebatur seruitus stillicidij supra aream, unde si ibi ædificatur, non potest stillicidium supra aream cadere, quia quodam modo ut area desinere: ideo sibi imputet, qui permisit, sed in contrario debebatur stillicidium supra domum, unde licet ibi ædificetur, adhuc domus est, & supra domum cadere dicitur.

L E X IX.

Si in partem. Per usum partis loci seruientis, uel ad partem loci dominantis, tota seruitus retinetur. h. d. cum l. seq. Paulus.

L E X X.

1 Priuilegium minoris maiori in indiuisibilibus prodesse.

Si communem. In indiuisis retinet quis per se quod per se non posset. h. d. Item qui utitur seruitute aliter omnino quam sibi debeat, ipsam amittit. Itē qui facit quod est plus, utique tantum facit. h. d. Item resolutio iure concedentis resoluitur ius seruitutis ab eo processit. h. quarto & ultimo usque ad fi. Et tñ no. principium l. quod in indiuisibilibus priuilegium minoris prodest maiori, secus in diuisibilibus, ut l. 3. sed utrū. supra de mino. Paulus de Castro.

L E X XII.

1 Seruitutem per malæ fidei possessorem retineri posse.

Quod si fundum. Seruitus retinetur per quemcunque utentem, & etiam per aquam naturaliter currentem. h. d. Bar. No. tñ per malæ fidei possessorem retineri seruitutem: est argumentum secundum Bar. quod si aliqua ciuitas uel castrum habens iurisdictionem fuerit occupata per tyrannum, quod iurisdictione per ipsum tyrannum retineatur, non autem per ipsum tyrannum acquiri, nec aliquod ius in ciuitate alteri constitui, per ea quæ habentur. C. de serui. & aqua. l. j. in ultima glo. Paulus.

L E X XIII.

Si quis. Medius locus non seruiens seruitutem interpellat, & non extinguit, & ideo ante finitum tempus prescriptionis potest restaurari. Bar.

L E X XIII.

Si locus. Si propter impetum fluminis quis impediatur uti seruitute: non statim perdit eam: sed decurso legitimo tempore, & ideo si cessat impedimentum, antequam tempus labatur: seruitus ipso iure redit ad pristinum statum. Si uerò

uerò

verò post beneficio restitutionis renouatur. Item si via publica, per casum destruat, vicinus proximus ipsam præstare cogitur. h. d. Bar. Et no. vltimo casum l. si cum seruitus. quæ hanc seq.

L E X XV.

Si cum seruitus. Redemptio vnus ex fundis ser- uientibus, non extinguitur seruitus debita per alios. Barto. ad hoc s. de serui. rusti. prædio. l. tria præ- dia. & s. eo. l. Nam satis. s. certè.

1 *Ius accrescendi in contractibus, an locum habeat.*

A **Quam.** Si aqua ducatur ad plura prædia diuer- siorum, licet per eundem riuum, plures tñ sunt seruitutes, & vna pòt perdi per non vsum, altera vero retineri per vsum. Et illud, quod vnus perdit, al- teri non accrescit, sed prodest dño prædij seruiantis, Si vero du- catur ad vnum fundum plurium dominorum, vna tantum ser- uitus est, & per vnum solum potest retineri, quo ad omnes. h. d. total. Et no. f. si. eius, q̄ in contractibus non habet locum ius ac- cresc. & ad hoc alleg. ius verò non decrescendi sic, vt l. proprium s. cõia præd. Item no. glo. q̄ præscriptio soli præscribenti sufficit.

L E X XVII.

Labeo. Qui perdit principale, perdit accessorium. h. d. f. m. vnã lect. notabiliore. Et tunc debet esse in tex. non. Item no. q̄ per accessorium non retinetur principale, facit l. ex pupillati. j. de vulg. & pup. & de iure codicil. l. quod manus. Et adde l. si, de his qui a non do. manu. vbi habes notabilè casum

L E X XVIII.

Si quis alia. Per vsum alterius aquæ, quæ mihi debeat, seruitutè aquæ ducendæ non retineo. h. pri- mo. Itè tẽpus quod neglexit author, a quo causam habui, mihi, imputatur. h. secundo. Et in vrbaniis p̄diis nõ præscribit libertas, nisi factũ p̄scribentis interueniat. h. d. total. Et vide, quod no. in c. olim. de cõsibus. & pone casum. in prin. l. si commune. s. eo. tit.

L E X XIX.

2 *Seruitus num ipso iure per contractum constituatur. Et quid in legato. nu. 2.*

S **I partem.** Actio personalis pro seruitute nõ tollitur tpe, quo amittitur seruitus constituta. Itè sola prouisione inter viuos non constituitur seruitus. Sed in legato sic, aditione secuta, nec pòt repudiari, si ad alium transitum fecerit. h. d. total. Bart. Et f. est no. primo in eo, quod hic d̄ q̄ per contractum non constituitur ipso iure, sed requirit traditio, q̄ fit duob. modis primo inducèdo què in fundum ser- uientem, vt s. tit. j. l. si a te. Secundo no. f. q̄ per legatum ipso iure cõstituitur seruitus adita hæreditate, vñ sicut in rebus corpora- libus transit dñi ipso iure in legatarium expressum, secus si ta- citũ, vt s. tit. j. l. testatrix. in prin. sequitur, q̄ legatarius potest sta- tim intentare cõfessoriam post aditam hæreditatem, licet nunq̄ fuerit vsus seruitute, & adde, q̄ dixi s. de vsufr. l. j. Vltimo no. q̄ in præiudicium alterius non potest legatarius repudiare legatum, & adde l. si fundus. s. Titius. de leg. j. & de bo. liber. l. liberto octo- ginta. Paulus de Castro.

L E X XX.

Vsu. Seruitus retinetur per quemcunque utẽtem ea, siue sit bonæ fidei, siue sit malæ fidei, siue ius habeat in prædio dominante, siue non. Item siue vtatur nomine suo, siue nomine domini cui debetur. h. d. usque ad l. si. Paulus.

L E X XXV.

Seruitute. Ad præscribendam seruitutem requiritur, q̄ quis utatur iure seruitutis. Item iure suo, aliàs, non præscribit. h. d. notabiliter, requiritur etiam bonæ fidei f. m. & idem in præscribenda libertate prædij vrbani secundum eam, q̄ no. una cum tex. quia sæpius allega. & adde quod no. in l. j. s. j. de itinere actuque priua. Pau. de Cast.

LIBER NONVS.

Si quadrupes pauper. fe. dicatur. Rubrica.

Iste liber intitulatur de damnis datis, & cõtinet quatuor titulos. Primus est iste, qui tractat de damno dato ab animalibus brutis. Secundus. s. ad l. Aquiliam, tractat de damno dato ab animalib. rationabilibus, ut hominibus liberis, & per directum seu imme- diatè. Tertio. s. de ijs qui deie. uel effu. de damnis datis ab homi- nibus occasionaliter, non per directum, sed mediante re inani- mata. Quartus. s. de noxalibus, de damnis datis a seruis, & no. ip- sam materiam, quia utilis est, & bona. Pau. de Cast.

L E X PRIMA.

1 *Actio ex edicto si quadrupes, vt competat, quot requirantur.*
2 *Canis de genere ferocium animalium, num sit.*



I quadrupes. Si quadrupes aliena sua feritate det contra natu- ram sui generis alteri damnum directè, vel indi- rectè, nulla culpa alterius interueniẽte, compe- tit ex hoc ciuili actio de pauperie, contra dñm quadrupedis ad æstimationem damni, a qua li- beratur, dando animal pro noxa. Si vero interuenerit alicuius culpa, hæc actio non datur, sed actio l. Aquilia, vel in factũ con- tra culpam committentem. Item si feritas non sit contra natu- ram sui generis, sed scdm naturã, hæc actio non datur. h. d. vsque ad s. cum arietes. No. f. plura necessaria, vt hæc actio competat, primo, q̄ damnum sit datum ab animali bruto. alias haberet lo- cum titulus seq. vel tit. de noxa. Secundo, q̄ illud animal sit, qua- drupes. Nam si esset bipes, vt gallina, non daretur hæc actio di- recta, sed utilis ex mente legis, vt j. e. l. penul. Tertio, q̄ dederit damnum ex feritate, vt calce, morsu, vel cornu, secus si non ex feritate, vt si equus tuus, vel bos tuus comedit herbas meas, vel porcus tuus farinam meam. Nam tunc non daretur directa: sed utilis sic. scdm Roff. arg. j. tit. j. l. qui occidit. s. si quis alienũ. & de præsc. ver. l. qui seruandarum. s. vlti. Quarto, q̄ illa feritas sit q̄ naturam sui generis, vt quia sit de gñe m̄suetorum animalium, sicut sũt equi, asini, & alia, quæ deputata sunt ad vsum hominis, tunc. n. licet vnũ ex p̄dictis animalibus mutauerit naturam man- suetam in ferocem datur hæc actio, fortius aut si non mutauit, licet casualiter semel percusserit. & hoc sentit gl. super verbo, fe- rocium, & uerbo, feritate. Si aut sit de gñe aialium ferociũ, sicut illa, quæ non sunt deputata ad vsum hois, ut ursi, leones, tunc ex dño dato p̄ ipsos non dat hæc actio directã q̄ illũ, qui talia aialia tenebat: sed distinguitur: aut dederunt dñũ postq̄ fugerũt a dño, & tunc nulla dat actio, ut in s. in bestiis. Aut añquã fugerũt, & tunc cõueniẽt dñs ex ædilitio edicto, ut j. de ædil. edi. l. hi. n. cũ s. seq. Teneatur et hac actione utili, vt Insti. e. s. fi. & an altera tol- lat alterã, dic. ut ibi no. f. De cane aut dubitat, an sit de gñe fero- ciũ aialium, & vñ, q̄ sic, ut d. s. fi. & l. hi. n. s. primo. in p̄riũ vñ tex. hic s. sed & si canis. Nam ex damno dato per ipsum, cum interuenit aliena culpa, non dat hæc actio, secus ergo si nõ interuenit, vt j. e. l. hæc actio. s. j. ergo nõ debet reputari de gñe ferociũ, quia tñc non daretur, ut in s. in bestiis. non. n. oēs canes mordaces sunt. Nec ob. q̄ non sunt deputati ad vsum hois: quia saltè sine hoie non solẽt viuere, & per hoc pòt dici: q̄ non sunt de gñe ferociũ, sed domesticorũ. Et hoc prodest scire ad statuta dicẽtia, q̄ si ani- mal alterius domesticum dederit alteri damnum, teneat dñs al- teri in tñ, q̄ si canis dederit dñũ teneatur, Quinto requiritur, q̄ non interuenerit alicuius culpa, tunc. n. distingueret, quia aut culpa fuit in committendo, & dño cam, & tunc solum agerẽt q̄ culpam committentẽ actione l. Aquilia. uel in factum, ut hic in s. sed & si instigatu. & s. gñaliter. non aut q̄ dñm. Et ita tenet Roff. in hoc tit. Aut in omittendo, & tunc daretur hæc actio q̄ dñm, & subsidiũ, si non esset soluendo dareẽ actio de dolo q̄ illũ, q̄ culpã cõmisit, ut s. de dolo. le. j. eleganter. s. si quadrupes. Sexto requiritur, q̄ dederit dñum per se. alias. n. si sint instigata per dñum passum, nulla competit actio, vt in s. cum arietes. aut per animal alterius, & tunc dareẽ hæc actio q̄ dñm animalis instigan- tis, ut s. sed si aliqua quadrupes. Si aut per hoiem, tñc dic. vt s. di- xi, ut in s. sed si instigatu. Vltimo requirit, q̄ uiuat tpe quo agit, aliàs nulla daretur, ut s. Et cũ in quadrupedib. Vltimo no. glo. sellam primam istius l. quæ dicit, & uerũ sit, & declara eã ut no. in l. j. circa prin. s. de dolo. & est de glo. Doctorum Perusinorum.

1 *Defensio sui cuique quo iure permessa. Et qui dat causam, vt ab alio occida- tur, seipsum occidere videtur.*

§. Cum arietes. Si animal vnus aggrediẽs alterũ fue- rit occisum nulla cõpetit actio, secus cõtra. h. d. Et all. q̄ f. defensio est permessa de iure naturali. con- cord. l. itaque j. tit. j. Item alleg. q̄ seipsum videtur interficere, q̄ dat causam ut ab altero interficiatur. Ita no. extra de furt. c. si q̄s propter necessitatem. Paulus.

1 *Mendacium authorem adeo punit, vt soluẽdi aliud pro alio facultatem per- dat, sed & probandi onere grauat.*

§. Et cum etiam. Hæc actio est in r̄ scripta, & cõ- petit q̄ illũ, qui reperitur dñs, tpe litis contestata, licet nõ fuerit tpe damni dati, Item propter men- dacium perdit dñs facultatẽ dandi animal pro noxa. Item si ani- mal, quod est in solutione pereat, & pro ipso competat actio, li- berat dñs cedẽdo actionem, sicut liberaretur ipsum soluendo, si peremptum nõ esset. Itè actiones in r̄ scripta competunt hære- dibus, & q̄ hæredes non p̄ h̄reditariis portionib, sed p̄ portio- nibus dñij. h. d. vsque ad fil. No. f. in s. interdum, q̄ pp mendacium, quis punitur in hoc, vt perdat facultatem soluẽdi aliud, pro alio. Itè interdũ punit in onere probõnis, vt j. de probatio. l. cũ de in- debito. & adde l. si dubitetur. de fideiuss. & hoc qñ mendaciũ est alteri dñnosum, alias q̄s r. õ punitur, vt no. in l. fundum. in fi. j. de euic. & adde, q̄ h̄ xxij. q. per totũ. & Insti. de act. s. sed ista. Item no. tex. in ver. noxæ dedere. & c. qui facit ad multa. Paul. de Cast.

L E X

1 *Canis animal ferox ne sit, an domesticum: & an pecudis appellatione continentur.*

Hæc actio. Hæc actio datur omnibus quorū interest. Item pro damno dato a cane ligato non datur, sed a cane soluto sic. h. d. Et quæ sit ratio. dic, ut in gl. quæ videtur ponere duas rationes, vna est, quia licitum est canem in taberna tenere, sed non ligatum, non. Pro declaratione huius dic, q̄ tres sunt Casus. Nam interdum dominus quadrupedis adhibet diligentiam, ne dānum detur: vt quia ligat canem, vel tenet quadrupedem inclusum: & tunc non habet locum hæc actio, nec aliqua alia, vt hic. Interdum non adhibet diligentiam, sed culpam, & tunc similiter hæc actio non habet locum, sed actio legis Aquiliæ, vt s̄. eod. l. j. §. & ḡnaler. Interdum nec adhibet diligentiam: nec culpam, & tunc cessat Aquilia, & datur hæc actio, vt l. j. in princ. Secunda ratio glo. est, quia quando canis est ligatus redditur ferocior, & ideo non habet locum actio, sed utilis sic, vt pro ferocibus animalib. quæ ratio videtur procedere, quia tunc esset ferocitas, nō ex natura sui generis, sed ex accidenti, & sic daretur directa, ut l. j. §. itaque. s̄. eod. Nota tñ gloss. quia † per hoc sentit, quod canis non sit animal ferox, sed domesticum, quando ligatus non est, non tamen continetur appellatione pecudum, ut infra ti. prox. l. 2. circa fin.

L E X III.

Ex hac le. Pro vulnere, vel morte liberi hominis datur hæc actio, non tñ estimatur deformitas, uel p̄sona, sed cætera damna. h. d. Et no. tex. in fi. dum dicit, amissurus, quia si esset unus scriptor, qui solebat viuere de scriptura, & quadrupes debilitaret sibi manum, vt de cætero scribere non possit. damnum æstimaretur, ut continuè præstaret sibi alimēta, si nollet animal dare pro noxa simile. j. ti. prox. l. qua actione. in prin. tene menti. Paul.

L E X V.

Agaso cum. Licet animal meum dedit causam animal tuo, vt me offenderet, datur mihi hæc actio. h. d. Et hoc ideo, quia non præstitit causam q̄ naturam. Simile. s̄. e. l. j. §. & generaliter. ibi dum dicit, ac si equum percussisset. Secus si contra naturam. vt s̄. eod. l. j. §. cum arietes. Paul.

Ad legem Aquiliam. Rubrica.

L E X P R I M A.

Ex Aquilia. Not. in hac l. q̄ ille qui plenius & melius loquitur, dē derogare alijs, qui non ita plene locuti sunt. Et sic Arist. v̄ derogasse alijs philosophis, non tamen ex hac derogatione agitur iniuriarum, quia non sit animo iniuriandi, sed docendi: vt j. eo. l. sed & fi. circa fi. Item no. q̄ de his, qui non ita loquuntur, non expedit mētionem facere, postquam habemus plenius loquētem. Item not. legem denominari ab eo, qui dedit causam ipsius condendæ, sicut ab authore, ut patet in fi.

L E X II.

- 1 *Legis Aquilia vt caput primum competat, quot necessaria sint.*
- 2 *Lex quando plura continet capita, sufficit illud allegare quod ad rem facit. Et quid in statuto vel instrumentis.*
- 3 *Mistum sub simplicibus contineri.*

Legis. Qui seruum, vel pecudem alienā non iure occidit, primo capite l. Aquiliæ tenetur ad æstōnem, quanti plurimi fuit illo anno, & si negauerit, tenet in duplum. Pecudum autem appellatione continentur domesticæ bestia, quæ gregatim pascuntur, canis autem quia non gregatim pascitur, non cōtinetur, nec est appellatione feræ bestia, nisi exerceat opus iuramentorum. h. d. tota l. No. † q̄ tria requiruntur ut habeat locum primum caput. primo, q̄ damnum sit datum in seruo, uel pecude. Secundo, q̄ fuerit occisum. Tertio per iniuriam. Et si prima duo deficiunt, non habet locum primum caput, sed tertium, vt Inst. eo. §. 3. capite. Si uero deficit tertiū, nec primum, nec tertium habet locum, vt j. le. prox. cum l. seq. Item no. in dictione, & j. q̄ quando una lex continet plura capitula sufficit recitare illud, quod facit ad propositum alijs omisis, hoc uerum, nisi aliter intelligi non possit, vt s̄. de leg. l. in ciuile. quod facit ad q. cum petitur edi statutum, uel instm, an debeat totū edi, vel particula, quæ facit ad propositum, de quo dic, vt no. per Bar. de noui ope. nunc. in rubr. Et t̄gitur in l. fi. C. de preci. Impe. offe. Vltimo † no. in fin. q̄ mixta continentur sub simplicibus, de quo per Bar. in l. 2. de verb. obl. & de lib. & post. l. si ita scriptum. Item no. ibidem, q̄ quando in uno animali sunt duæ naturæ, inspicitur benignior. Pau. de Ca.

L E X III.

- 1 *Defensionē sui de iure naturali esse. Et factum legitime p̄nam non mereri.*

- 2 *Occidere quempiam quibus casibus liceat.*
- 3 *Magistro discipulum uerberare num liceat. Et quando gratia disciplina magistrum discipulum uerberasse presumatur.*
- 4 *Constans Titium occidisse, an non apparentibus ullis uulneribus teneatur.*

Si seruus. Hæc actio locum habet, cum damnum datum per iniuriam. i. iure nō permittente. Secus si permittente propter defensionem rerum, vel personæ. Item per iniuriam dicitur fieri, quoties culpa interuenit, licet non interuenierit dolus: tunc enim non solum Aquilia, sed iniuriam agi posset. Si uero nec dolus, nec culpa interuenit non potest agi Aquilia. Item locum habet hæc actio pro damnis p̄teritis, & futuris & etiam si per casum datum sit damnum, si tamen culpa præcessit casum. h. d. vsq. ad l. qua actione. §. si quis in colluctatione. Not. † primo in l. itaque, q̄ defensio est de iure naturali. Secundo nota, q̄ illud quod legitime fit, p̄nam non meretur. C. de adul. l. Gracchus. Tertio † no. tres casus in quib. licitum est aliquem occidere. Primus est, cum quis timet damnum rerum suarum irrecuperabiliter, vt in fure nocturno, qui potest ideo occidi, quia si fugeret, non posset res recuperari, cū vt plurimum non agnoscantur de nocte fures: & ista est ratio, secundum glo. ita debet intelligi l. furem. j. de fca. uide quæ ibi notauit, ut exponatur sine periculo. frerum. Secus ergo si cessat hæc ratio, ut quia poterat cognosci, uel poterat rem quis sibi auferre, ut no. per Doct. C. de fca. l. si vt allegas. Secundus casus est, quando quis timet vulnerari, ut patet in eo qui telo se defedit, ut in fi. illius l. cum principio l. sed & fi. Nam etiam si non timeat mortem, licitum est occidere, dum tamen cum moderamine inculpatae tutelæ. Ita debet intelligi hic, ut differat a ver. Et si metu quis mortis. præterea si licitum est occidere propter metum rerum, ut dictum est, fortius propter metum personæ, & ita tenet Bar. in l. furem. de fca. licet istum tex. non ponderauit, ubi v̄ casus. Tertius est, cum quis timet mortem, vt in ver. & si metu, quæ omnia uera sunt, dum tamen sibi aliter consulere non possit, ut l. sed & si. uer. si autem. Item † no. in s. fin. illius l. q̄ licitum est magistro uerberare discipulum, quia præsumitur facere gratia doctrinæ, quod est uerū, dum tñ non excedat modū, ut hic. in tex. in fi. legis. Item est uerum, dum tñ uerberet in actu docendi, ut colr in d. §. fi. dum dicit, si magister in disciplina, id est dum docet. Præsumitur. n. gratia disciplinæ, sicut illa quæ fiunt in ioco, præsumunt fieri iocose, ut not. in l. 3. j. de iniuri. & C. de fca. l. j. Si autem extra actum disciplinæ, tunc est liceret, si p̄cederet delictum, uel causa, ut C. de emend. propinq. per totū, alias secus. Item etiam præsumitur, q̄ gratia disciplinæ uel correctionis uerberet ex qualitate percussione, puta si receperit ipsum per capillos, uel cum baculo solito, secus si cum insolito, hæc omnia dicit consulendo Bar. in consilio suo 4. in uol. consiliorum. Et hæc distinctio probatur in capitulo cum ex uoluntate, de sententia excom. Et quæ sint personæ quæ possint corrigere, ibi habetur. Vltimo no. in l. qua actione. §. occisum. tex. q̄ quem est gl. in l. j. C. de confes. quæ dicit, q̄ si confiteor occidisse Titium, qui reperit mortuus, nulla tamen uulnera apparent, non teneor, quia confessio non conuenit rei confessatæ, quod videtur falsum, quia non solum potest quis occidi cum cultello, sed etiam strangulando, uel cum calce, ut in tex.

- 1 *Pugnas & colluctationes virtutis exercendæ causa licitas esse. Et quid in torneamentis, & hastiludijs. Et quid iure canonum. Et quid de iure longobardum.*

L. Qua actione partem.

§. Si quis in colluctatione. Casus pro damno dato in colluctatione, uel pugna, q̄ publice exercetur gratia laudis acquirendæ, uel virtutis exercendæ, non datur hæc actio, dummodo fiat in loco pugne, & dum pugna durat: secus si extra locum pugne, uel dum quis a pugna recedit. Vel sic. Nō punitur ille, qui in publica pugna pugnantem percutit, secus si non pugnantem, uel extra locum pugne percutiat. h. d. secundum Bar. Item talia nō licent seruis, sed filijsfam. sic. h. d. vsq. ad §. sed & si quis. Ex hoc † patet: q̄ tales pugne, & colluctationes licitæ sunt de iure ciuili. Idem in torneamentis, uel hastiludijs: quia talia fiunt ob publicam lætitiā, & gratia laudis & virtutis exercendæ, de iure uero canonico nō licet, si mors potest interuenire, ut extra de torneam. p̄ totum. Nam iura canonica, quæ fundata sunt in l. diuina. de tali laude, uel uirtute non curant. Si uero talia fiunt pp̄ quæstum, uel gratia probationis, ut sunt duella, etiam de iure ciuili non licent, & ita debet intelligi. gl. fi. & multo minus de iure canonico de clerico pug. in l. duello, per totum, & de purg. vulg. sed de iure longo bardorum licita sunt in aliquib. casibus duella: ut no. r. o. coll. de pace tenenda, & eius uiola. c. j. si quis hominem. Et etiam in regnis habentibus speciales consuetudines, per quas duella licita sunt in cæteris casib. Paulus de Cast.

- 1 *Vulneratus a pluribus si ex unius ictu pereat, qui de se mortalis non esset, an perinde is teneatur, ac si mortalem inflixisset ictum.*

2 Actio legis Aquilæ directæ ut competat, quid requiratur. Et non referre culpa respectu facti, quo tempore intercedat. n. 3.

4 Statuto cauente, q̄ qui mortis causam dat minus puniatur, quàm qui occidit, quid de eo qui venenum miscuit, & alius bibit, qui inde mortuus sit.

§. Sed si quis. Vulnus intelligitur mortale secundum qualitatem primi vulneris. hoc primo. Itē qui dat dānum, tenetur hac actione directā, sed qui dat causam damni, tenetur vtili, vel in factum, quæ loco eius succedit. hoc secundo. Item siue culpa sit in facto, siue post factū, sufficit ad hanc actionem. Item imperitia culpæ anumeratur, & etiam infirmitas, si quis plus attentauerit, q̄ infirmitas patiat. h. d. cum l. seq. vlt. que ad l. Item si obstetrix. §. si. No. t̄ ex primo dicto, q̄ si plures vulnerant vnum, & ex ictu vnus perit, licet ille ictus de se non esset mortalis, si t̄n pp̄ ictus præcedentes, mortalis factus est, perinde tenetur ac si mortalis esset de se: Ita intelligitur l. Item Mela. §. si plures. j. c. & ita notat Bar. per istum textum. j. de sic. l. si. Secundo no. t̄ q̄ ad hoc, vt cōpetat hæc actio directā, requiritur, q̄ damnum detur de corpore in corpus: vt cum quis propriis manib. hominem occidit. Si vero detur, de nō corpore in corpus, vt cū quis porrigit venenum seruo meo: quod ipse seruus sumpsit, vel gladium dat cum quo se interfecit, non. n. cum corpore suo, sed dat cām per quam corpus serui mei læditur, tūc competit vtilis, vel in factum. Idem si de corpore in nō corpus, vt cum quis excutit manus meas in quibus habebam pecunias. Nam corpore suo dat mihi damnum, non t̄n in corpore. Nam corpus pecuniæ non læditur ex hoc. Et his duobus casibus competit vtilis, vel in factum loco eius, & ambæ sunt ciuiles ex mente l. Aquil. Si vero detur de non corpore in nō corpus, vt cū quis suavit seruo meo, vt fugeret. Nam in corpore suo nō dat damnum, sed verbo. nec corpus serui læditur, sed ego, tunc datur in factum subsidaria, & ista est prætoria, ita intellige Insti. eo. §. si. Item t̄ no. in l. idem iuris. tex. cum gl. q̄ non refert, an culpa interuenerit ante factum, vel in facto, vel post factum, vt hæc actio competat. Item q̄ non debet quis attentare illud, quod nequit fieri. uel nō potest, aliàs est in culpa. Vltimo per l. Item si obstetrix. in prin. per quam dicit t̄ Bart. consulendo potestati ciuitatis Lucanæ, q̄ si statutum dicit, præstans opem homicidio, in minus puniatur, q̄ ille, qui occidit, & aliquis posuerit venenum in ferculo alterius, quod ille sumpsit, & mortuus est, ille non tenetur tanquam homicida, sed tanquam præstans opem, vt mitius puniatur vigore statuti. Ad hoc j. de furt. l. si pignore. §. qui feramēta. & C. de sic. l. nihil interest. facit etiam litem Mela. §. si alius. j. eod. Sed aduerte, quia iste non dicitur proprie opem præstare sed causam morti dare, ut in istis tex. patet, unde nō videtur Bar. bene inducere. Fateor enim q̄ opem præstans mitius debet puniri, ut patet in c. sicut dignum. §. 3. de homic. Sed de dante causam mortis sine qua mortuus non fuisset, licet proprie non det mortem, non reperio, q̄ mitius puniatur. Paul. de Castro.

§. Sed & si per lusum. Pro seruo occiso in ludo culpa iaculatoris interueniente non sua, competit hæc actio, secus si culpā serui interuenierit, quia tunc culpa cum culpa compensatur, & nisi interuenierit etiam dolus iaculatoris, qui præpōderat culpæ, nec compensatur cum ea. h. d. & no. summarium. & adde quod no. in l. si mora. solu. matr. Paulus.

Item Mela. Pro seruo meo occiso facto plurium ille tenetur, qui reperitur in culpa, nisi et ipse seruus in culpa fuerit, quia tūc culpa compensatur. Item aliud est occidere. aliud causam mortis præbere. h. d. vsq; ad §. sed si plures.

§. Sed si seruum. Si plures seruum percusserint, & mortuus sit, ille solus tenetur de occiso cuius ictu periit. si pōt hoc constare, alij vero tenentur de vulnere: si nō appareat, oēs de occiso tenent. Itē in hac actione inquātum pēnalis est, quod vnus soluit, alterum nō liberat. h. d. pro cuius intellectu vide omnino quod no. per Barto. in l. si. j. de sic. & in c. significasti. de homi. sine quibus non potest bene intelligi iste §. Paulus.

§. Item & cum eo. Qui canem, quem non tenet irritat, non dicitur præstare dānum. sed causam damni. Et ideo in factum tenetur, sed si ipsum tenebat. tenetur directā. h. d. Paulus de Castro.

§. Legis. Hæc actio datur dño, licet habeat dñium reuocabile, quoq; t̄n reuocetur. Bonæfidei vero possessori, vel alteri, cuius interest, vel habet ius in re, non datur hæc actio directā, sed vtilis, etiam contra illum a quo causam hēt. h. d. tota l. cum l. seq. in prin. & l. liber homo. Et no. versiculum, sed & si seruus. cum glo. sua, quæ dicit, q̄ tunc agit bonæfidei possessor, q̄n habet titulum: & adde, no. per Bar. in l. sicuti. §. sed si quærat. circa si. si serui. vend. pro declaratione huius versiculi. Item no. in l. liber homo. argu. q̄ non pōt quis per promissionem suam se obligare ad aliquam pēnam corporalem, cum non sit dominus sui ipsius vt in l. si quis reum, de cust. re. & quod ibi dixi.

1 Hereditatem dominam esse, & eidem actiones quæri. Et fictionem retrotrahi & eam esse posse, ubi extrema habilia non sint.

L. Liber homo.

§. Si seruus. Si seruus hæreditarius occidatur hæreditate nō dū adita, cōpetit hæc actio hēditati, & per ipsam hēdi postea adeunti, nec tenet ipsam cedere legatario, licet seruus esset legatarius. Sed si post aditā hēditatē occidat seruus legatus, cōpetit hæc actio legatario, si legatum acceptat, aliàs hēdi. Si vero seruus nō occidat, sed vulneret et hēditate iacente, licet actio q̄rat hēditati, dēt t̄n cedi legatario. h. d. vsq; ad l. huic. Nota t̄ q̄ hēditas est dña, & sibi quæruntur actiones. Itē no. subtiles tex. in materia fictionis retrotractionis. Nam hic v̄, q̄ talis fictio locū habeat, etiam vbi extrema non sunt habilia, nec sunt oīa in eodē statu. In q̄riū facit l. si. §. cōia p̄diorū. Sol. dic. vt plene per Bar. in l. si is qui pro emptore. de vsuc. Paul. de Cast.

§. Si seruus. Ex vulnere, quod apparebat mortale, non pōt agi de occiso, nisi mors ex ipso contigerit. Item mors retrotrahit ad t̄ps vulneris, licet uulneratus statū mutauerit, nisi ex hoc cōtingat impossibilitas iuris. h. d. cū l. seq. & iste tex. et multum facit contra doctrinā Doc. quod in fictione debeāt esse omnia in eodem statu. Nam licet vulneratus manumitratur. t̄n mors postea secuta retrotrahitur. Paulus.

Si dominus seruum. Licet seruus sit per dominum occisus, hæc t̄n actio bonæfidei possessori, & creditori pro ipsorum interesse cōpetet. Item si vnus ex coniunctis repudiat: hæc actio pro re legata remanet in solidum penes coniunctum. Item cum hæc actio concurret cum alia persecutoria, debet, quis esse cōtentus alterutra. Item habētī partem in re, cōpetit hæc actio pro illa parte, etiam contra socium. h. d. usque ad l. ait lex. Paulus.

1 Occidens seruum quem alij dare sub pœna promiserat, an ad pœnam teneatur.

A It lex. Hæc actio datur ad æstimationem damni, quāti plurimi fuit seruus occisus illo anno, hoc primo, & computatur annus a die uulneris, non a die mortis, cū mors trahatur ad diem uulneris. hoc secundo. Et non solum uenit damnum æstimationis corporis, sed omne aliud damnum extrinsecum, et quod uitare potuit illo anno dñs serui occisi. & etiam lucrum quod acquirere potuit ex persona ipsius serui. h. d. cum l. seq. & princ. l. inde. Neratius. Oppo. §. l. proinde. t̄ q̄ licet occideris seruum quem promiseram dare sub pœna, nō t̄n tenearis ad pœnā. Nam aut occidisti anteq̄ essem in mora, & tunc non incido in pœnam, quia non possum, modo committere moram, & sine mora non committitur pœna, ut l. lecta. §. sed cum forte. j. si cer. peta. Aut post morā. & tūc incidi in pœnam culpa mea: & ex illa sum damnificatus, non ex facto tuo, ergo non teneris. Sol. dicit gl. j. q̄ loquitur: quādo occidisti post morā, sed illo anno non fui in mora, & tradendo seruum poteram euitare pœnam, licet ergo tempore mortis non possem pœnam euitare, quam iam incurreram, tamen quia illo anno euitare potui, uenit illud damnum, sicut utilitas, quam potui illo anno percipere, licet tempore mortis nō possem, ut l. ait lex. in prin. quam solutionem no. Tu clarius dic, q̄ licet per moram incurrissem pœnam, tamen poteram purgare moram, quia non erat dies in obligatione. ut l. qui Romæ. §. Flavius. de uerb. obl. unde occidendo obtulisti mihi facultatem purgādi morā, & sic teneor ad pœnā, licet seruus mortuus sit. j. t̄ps, quo poteram moram purgare. ut l. scimus. in fi. C. de fidei. Sol. uero gl. loquit, q̄n mora non poterat purgari tempore occisionis, ut quia erat dies, & pœna. ut l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. Sed quærit gl. sequens, an liberer a pœna cedendo stipulatori q̄ te occisorem actionem l. Aquil. & nō clare soluit, dic, q̄ aut occidisti antequam in pœnam incurrerem, & tunc quæstio non est necessaria: quia non possum amodo incurrere, ut §. dictum est. Et ideo non teneor actionem cedere, sed penes me remanebit, ut §. eo. l. huic scripturæ. in prin. Aut postquam pœnā incurri, & tunc, aut non poteram moram purgare, ut quia erat dies, & pœna, & non liberor a pœna cedendo actionem, quia etiam tradendo seruum, si uiueret, non liberarer, ut d. l. magnam. Aut poteram purgare moram, & tunc quæstio est dubia. Nam ū, q̄ liberer cedendo actionem, sicut tradendo seruum si uiueret, ut §. tit. j. l. j. §. si post litem. Sed certe ibi conueniebat ex facto alterius. l. quadrupedis meæ, unde sicut liberor a damno præstando quadrupedem, ita cedendo actionem, quam habeo pro ipso. ut l. quod debetur. j. de pecul. sed hic conuenior ex facto meo. f. ex promissione, & ex mora mea, unde non liberor cedendo actionem, ut C. si cer. pet. l. nō aduersus, & de actio. & obl. l. eum qui. cum auth. ibi posita. & uide, quod no. per Dy. & Bar. j. sol. mat. l. si maritus. Paulus.

§. Si seruus. Si seruus cū libertate institutus occisus sit, nec substituto suo uulgari, nec legitimo hæredi.

redi testatoris cōpetit hęc actio ad æstimationē serui, vel hřditatis. h. d. tales. n. obtinent hřditatē iure suo, postq̄ seruus institutus non adiuuāt fm̄ gl. vnde nō est ei necessaria hęc actio p̄ hřditate. Sed quō pōt hoc esse, cū seruus sit statim necessarius hęres post mortem dñi? Rēspōdet gl. q̄ fuit occisus in vita dñi, hoc nō placet, quia tunc competeret hęc actio dño ad æstimationem, quā trāmitteret ad substitutum serui, vel legitimum hęredem, cuius contrarium hic dicitur. Vel dic secūdum gl. q̄ fuit institutus sub conditione, hęc est diuiniatio: vnde potes dicere, q̄ hic nō erat necessarius hęres postq̄ habebat substitutum vulgarem: quia vř ipsi per hoc dedisse licentiam abstinendi, & fecisse eum de necessario, voluntarium, vt l. si filius hęres, de lib. & posth. secūdum communem intellectum, quod ergo ibi dicitur in filio, habet locū in seruo, quod tene menti, quia est in peregrina materia: nam quæreres, & forte alibi melius non reperitur.

Idem Iulianus. Conditio potestatiua deficiēs per casum prouenientem ex culpa alterius, facit deficere legatum: vel institutionem. Sed q̄ illum cuius defectu, vel culpa deficiat, hř recursus. Item spei, quæ nondum certa est, sed ex arbitrio alterius dependet, non fit æstimatio in hac actione. h. d. Et ad primum dictum semper alleg. iste s. quod examina plene per Cy. in l. j. de inst. & sub. sub. condi. fac. & per Bart. in l. in testamento. de condi. & demon. Paul. de Castro.

§. Idem Iulianus. Licet tempore mortis seruus esset inutilis, si tamē illo anno fuit utilis, habetur consideratio illius tēporis cōtra occisorem, dummodo toto illo anno fuerit in rerum natura. Nam illius tēporis, quō in rerum natura non fuit, consideratio non habetur. Itē in hac actione consideratur illud, quod quis per iudicium serui sui poterat consequi. h. d. vsque ad §. hanc actionem. Paul.

- 1 Actio legis Aquilę quandoque persecutoria, quandoque mere pœnalis est.
- 2 Actione in factum, vel vili Aquil. intētata dup. ñ sicut in directa venire.

§. Hanc actionem. Hęc actio datur hęredi, sed nō in hęredem, nisi quatenus est locupletior: & cum ea concurrat accusatio legis Cornel. de fidei. Et in confitentem datur in simplum: aduersus negantem

- 1 datur in duplum h. d. vsq; ad §. si quis hoīem. Circa t̄ primum dictum no. q̄ hęc actio interdum est mere persecutoria, vt cū ago ad illud, quod mihi deest, & tibi adest, vt si occidisti bouē meū, & carnes comedisti: & tunc datur hęredi, & q̄ hřdem. Et si plures tenentur, vno soluente alter liberatur: vt l. j. C. de cond. fur. interdum est mere pœnalis, vt cū peto illud quod mihi nō abest, nec tibi adest, vt duplum in quo crescit per inficiationem: vel illud quanti plurimi fuit. j. annum: & tunc non datur q̄ hřdem, ante litem contest. post sic, & ita intellige hic, vt in l. j. C. ex delict. defunc. Item vno soluente alij non liberantur: & ita intellige litem Mela. §. sed si plures. s. e. interdum ex parte mea est persecutoria, ex parte tua pœnalis, vt si occidisti mihi equum meū, cuius æstimationē peto, nam tunc peto, qđ abest, & tibi non adest, & in hac eligitur media via. Nam in quantum pœnalis est, non datur q̄ hęredem tuum ante litem contestatam, vt hic. Sed in quantum persecutoria est, si plures tenentur, vno soluente, alij liberantur, vt l. j. §. si plures s. de eo per quem fact. est. & no. in d. l. item Mela. §. si plures. Circa vltimum dictum no. glo. quæ dicit, q̄ ille qui negauit. potest penitere ante litem contestatā, vt eui- ret pēnā dupli: post nō. Tu dic, q̄ etiam post, dummodo poeniteat, & p̄fiteat anteq̄ actor sit grauatus in onere probandi. Nam illud solum facit negatē teneri ad duplum, vt l. cum qui. in prin. de iureiuran. Item t̄ no. in ea. gl. in fi. q̄ in actione in factum, vel vtili Aquilia venit duplum, sicut in directa, de hoc vide Roffre. super actione in factum descendente ex l. Aquil. Paul. de Cast.

- 1 Confessio in iudicio facta de cuius contrario constat, an confitenti noceat. Et cui tum probatio contrarij confessioni incumbat, agenti ne, an confitenti.
- 2 Confessio extraiudicialis probationem inducit, quæ tamen in contrarium vicissim probationem recipiat.

Si quis hominem. Ille est no. §. confessio non nocet cōfidenti, cum de q̄rio constat per euidentiā facti. h. d. cum l. seq. & prin. seq. Et intelligit̄ etiam si facta sit confessio in iudicio, & post litem contestatam, & a sciente. Si verò non prohibetur q̄rium per facti euidentiā, sed alio modo: tunc distinguitur, aut facta fuit ante litem cōtestatam: aut post. Item aut a sciente, aut ab errante, quod dic: vt no. per Cynum. C. de cōfess. l. j. in 1. r. q. vbi declarat hunc §. & per Bar. in l. non fatetur. de confess. Si verò confessio emanauit extra iudicium: tunc semper pōt contrarium probari. Sed aliquādo requiritur scriptura, aliquando non, vt j. de prob. l. cum de indebito. in fi. & no. C. de non nu. pec. l. generaliter. Quod est verum, nisi fuerit confessus in scriptis, & scripturam suam postea negauerit, & conuictus fuerit. Nam tunc non potest q̄rium probare: ut eo. tit. auth. licet q̄ qui propriam, & ita intellige glo. magnam hic circa medium: quæ non usquequaque bene loquitur. Vltimo t̄ quæro, cui incumbat onus probandi, an confitenti seruum

se occidisse, q̄ uiuat: uel agenti q̄ mortuus sit. Ille tex. facit pro, & q̄. Tu dic: q̄ hoc ipso q̄ confessus est se occidisse præsumitur ita esse, nisi q̄rium probetur, ita intellige princ. §. quia confessio probat q̄ confitentem. ut l. Publia. in fi. j. de pos. Si aut probauerit q̄rium, tunc aut per euidentiā facti: ut quia exhibetur seruus uiuus, & non nocet sibi confessio, nec potest q̄rium probari. Aut probauit per testes, q̄ uiuebat, sed erat abiens, & tūc potest q̄rium probari per agentem. s. q̄ aliquo modo occisus sit, & hoc probabit per testes idoneiores, uel numero plures, & ita intellige si. §. fin. in gl. magna. in princ. Item quæro si confessus fuisse seruum meum occidisse: & appareat ipsum mortuum, sed non abs quo, utrum ex cōfessione teneat? uidetur q̄ sic, per istū §. si quis hominem. in fi. ubi dicitur sufficere, q̄ a quocūque occisus sit, & ita sentiunt hic gl. In cōtrariū facit l. proinde. in prin. ubi si apparet seruum mortuum sua morte non teneris. Sol. puto sic dicendum, quia aut fuisti confessus extra iudicium: & tūc quodocūque appareat non fuisse mortuum per te, nō nocet tibi confessio. Nam t̄ cōfessio extraiudicialis facit un̄ probationem: ut l. Publia. in fi. de pos. Sed hęc probatio recipit probationem in q̄rium. Aut fuisti confessus in iudicio, & tūc aut igno- ranter, & dic, ut l. non fatetur. de confess. Aut scienter, & tunc aut apparet de q̄rio, pura confessus fuisti occidisse gladio, qui apparet mortuus sua morte: & non nocet tibi confessio, ita intelligo. l. proinde. in prin. Nam hoc est notorium facti permanentis, cum ex aspectione oculorum appareat. Aut non probatur ita notorie, ut quia apparet ipsum occisum gladio, licet per aliū, nam quod alius fecerit, hoc transiit nec pōt probari p̄ prospectationē oculorū, & sic nō est notorium facti permanentis. Et isto casu dico, q̄ ex cōfessione teneris nec releuat te probatio in contrarium, quia confessio facta in iudicio scienter obligat confitentem. ut l. j. C. de cōfessis. Et ideo non admittitur probatio in contrarium, & ita intelligo §. istum in fi. cum gl. suis. Paulus.

§. Si procurator. Ex confessione facta per procuratorem ipse procurator uel administrator conuenitur. h. d. Sed an conueniatur dñs hoc non apparet. Tu dic, q̄ aut dedi mandatum ad sic confitendum, & conuenitur dñs, ut hic. in gl. in fi. quam no. pro eo. quod quotidie fit in instrumentis, quia constituit quis procuratorem ad confitendū debitum, nam ex cōfessione ipsorum præiudicabit dño. Aut nō dedit hoc mandatum, & tunc aut nullum aliud mandatum habeat, quia erat simplex confessor, & eius confessio dño non nocet, ut l. si defensor. in prin. j. de interro. actio. nisi dñs ratum habebat. Aut habebat generale mandatum ad agendum, & defendendum, & tunc aut confitetur per modum uoluntarię iurisdictionis, puta, non interrogatus nec coactus per iudicem, uel extra iudicium, & tunc conuenitur procurator, & non dñs, & ita debet intelligi hic. Aut per modum iurisdictionis contentiosę, ut quia coactus fuit per iudicem respondere libello uel positionibus actoris, & tunc conuenitur dñs ex hac cōfessione, nō procurator: ut l. non solum in princ. de procu. & plene per Cyn. de confess. l. j. in 1. r. q. & per Bart. in l. certum. §. sed an & ipsos. j. de confessis. licet Pet. ad istum. §. uideatur alium intellectum dare, iste tamen uerior. Pau. de Castro.

L E X XXVII.

- 1 Res corrumpi quot modis dicatur.
- 2 Verbum simplex compositi significationem importare. Et post specierum enumerationem consuetam clausulam adijci.

L. Si seruus seruum.

§. Inquit lex. Ille est bonus §. cum seq. usque huc expositum uerbum iusserit, quod est in tertio capite l. Aquil. hic exponit uerbum ruperit: & hoc facit usque ad §. si calicem. Et primo exponit significationem compositi. Secundo significationē simplicis. Tertio mistim tractat de utriusque. Secunda ibi rupisse, tertia ibi in §. si quis uestimēta. & h. d. Rumpi dicitur omne illud, quod corrumpitur. Et t̄ corrūpi potest res trib. modis. s. cum ipsum corpus rei non mutatur, sed aliquid amittitur, ex quo deterior redditur. Item cū ipsum corpus rei mutatur, non tamen perditur. Item, & cum perditur ex toto. Primo tamen casu, non competit hęc actio directa, sed utilis, uel in factum. Secūdo uero, & tertio competit directa. Item adusta corrupti appellatione continentur, quæ præmittuntur in uerbis l. Aquilię tāquam species, & subiicitur uerbum ruperit. tanquam genus. h. d. usque ad §. rupisse. Et t̄ no. q̄ uerbum simplex importat significationem compositi. Item no. si. q̄ post enumerationem specierum solet adijci generalis clausula. Et ad hoc alleg. In qua generali non continentur species enumeratę, sed ad alia referit: ut l. doli clausula. j. de uerb. obl. & l. stipulationē. §. cōes.

- 1 Percussio & vulnus quid sint. Et quid in statu o cauente de percussione, & vulnerante singulis eorum constituta pena.

§. Rupisse. Hic exponitur uerbum rūpi, prout capit in significatione simplicis. & dicit, q̄ rumpi dicitur illud, qđ uulnerat, uel scindit, aut percutitur. Itē uulnerari dicitur scinditur.

scinditur. percuti vero etiam cū non scindit, sed tumor infertur. Item pro talibus tunc competit hæc actio, cum damnum pecuniarum resultat, secus, si sola contumelia, quia tunc iniuriarum actio tantum locū habet. h. d. Et nota tria verba. scilicet percussio, & vulnerare. primum est generalis comprehendens alia duo. Secundum est minus generale comprehendens tertium tantum. Sed ipsum tertium est speciale. Item nota. ex hoc differentiam

inter percussorem, & vulnere. Nam ꝑ percussio est tactus cutis, vel corporis cum tumore, vulnus vero est scissio cutis, unde licet omne vulnus sit percussio, non tamen e contra. Ex hoc determinatur questio, si statutum dicit, ꝑ qui facit vulnus, puniatur in centum, qui verò simpliciter percutit in quinquaginta, & probatum sit, ꝑ percussit: non tamen, ꝑ cutem sciderit, vel sanguis exiuerit, non debet puniri tanquam de vulnere, quod est verum, nisi ex aliquibus aliis contrarium appareat: puta si testes dicunt, ꝑ percussit cum gladio in personam. Nam gladius est aptus ad sciendum, vt l. pignore. infra de furtis. & ad l. lul. de vi. pub. l. pen. §. telorum. vnde hoc ipso videtur probatum vulnus, & ita consuluit Bar. in consilio quod incipit, statuto communis Perusij, & adde quod no. per ipsum in l. libellorum. de accu. & quod habet in c. cum illorum. de sententia excommunicationis. in tex. & gl.

1 Impensam faciens in re aliena tanquam suam, num ipsam repetat.

§. Cæterum. Hic mistim tractat de ruptis, & corruptis, in §§. præcedentibus ponuntur plura exempla ad §. si calicem, ꝑ per te vide. Et ꝑ no. §. si oliuā, ꝑ ille, qui facit impensam in re aliena, tanquam in sua non potest repetere. ad hoc al. de hoc dic in l. si in area. de condi. indeb. & C. de rei vend. l. 2. & l. domum.

§. Si calicem. Hic incipit exponere verbum fregit & durat vsque ad l. quemadmodum. §. hac actione. h. d. Qui fregit rem meam per imperitiam, seu culpam, seu dolo, tenetur mihi l. Aquilia. h. d. vsque ad §. si quis seruū: & primo loquitur quādo fregit rem meam sibi locatā. Secundo quando rem sibi commodatam. Tertio quando nec locatam, nec commodatam. Secunda ibi, si cum. Tertia ibi, si quis edificij. No. ex §. si cum maritus, ꝑ si maritus tradit vxori iocalia ad se ornandum, in dubio non videtur donare, sed commodare. & ideo mortuo marito pertinet ad heredem mariti, & non ad vxorem: secus esset, si videretur donasse. & adde quod nota. per Bart. in l. pen. sol. mat. Item nota. in eo. §. ꝑ constante matrimonio potest esse litigium inter virum, & vxorem, facit l. nō tantum. & quod ibi no. infra de re iud. Paulus.

§. Si quis seruū. Si ex imperitia serui mihi locati ad custodiam muli perierit mulus meus, tenetur mihi qui seruū locauit, non ergo sibi: licet seruus debilitatus sit, sed si prout facto extranei, tūc vtrique nostrū tenet ille, tam mihi pro multo, q̄ locatori pro seruo. h. d. Paulus.

§. Item si victori. Qui causam ꝑstat, vt res mea rum actione vtili, nisi prouidere non potuerit damnum. h. d. cum l. seq. in prin. l. seq. Paulus.

L E X XXIX.

- 1 Iudicis autoritate cogere possum te, vt tollas, quod in tuo positum non iure habes. Et quid sit propria autoritate tollo.
- 2 Possidens ciuilitate ac naturaliter, an rem ipsius ingredientem propria autoritate repellere queat. Et quid si ciuilitate tantum.
- 3 Episcopus habens iurisdictionem in loco tollit ac frangit quicquid ad impediendam suæ iurisdictionis executionem, constructum est.

L. Quemadmodum.

§. Si protectum. Vulgaris §. est & semper alle. quod in alieno est, licet iure non ꝑdeat, autoritate propria tollere, vel frangere non licet. alias teneor, hac actione secus si in meo non iure positū sit. h. d. Et est bonus §. No. ꝑ licet possim te cogere per iudicem ad tollendum aliqd, quod nō iure positum habes in tuo, si propria autoritate facio, perinde teneor, ac si iure positum haberes, & sic propria ꝑsumptio facit licitum uideri ex parte alterius, quod erat illicitum. Itē no. ꝑ illud, quod in meo non iure sit positū, possum autoritate propria tollere, facit l. si vitem. §. ad ianuā. quod vi aut clam. vbi omnino vide tex. cum glo. Ex hoc ꝑ dicimus, ꝑ ille qui possidet rem ciuilitate, & naturaliter, potest ingredientem propria autoritate repellere. Et idem si possidet ciuilitate tantum, nam potest repellere clandestinū ingressorū, ut infra uti possid. l. j. §. inductū, & ibi no. per glo. & Bart. Idem est, si iustam detentionem habet, licet non possideat ciuilitate, uel naturaliter, vt l. hæc autem. §. si. quibus ex causis in possessionē eatur. & nota. in l. j. §. necessario. ꝑ si mulier ven. no. Item ꝑ per ista dicit Innoc. ꝑ episcopus q̄ hēt iurisdictionem in loco potest tollere, vel frangere quicquid constructum est ad impediendum executionem iurisdictionis, & idē no. in c. j. de immu. eccl. per istum tex. vbi omnino vide per eum, quia plura bona dicit, & adde l. si seruus. C. quod cū eo. & quod not. in Spec. de loca. §. nunc aliqua. ver. 48.

§. Si nauis. Si nauis vnus damnum dederit naui alterius culpa nautarum, hæc actio competit ꝑ illos qui fuerunt in culpa, nec refert, an vi impulsus acciderit. an nauis damnum dante. Et quando ad damnum sit æstimatio, interesse non dēt estimari, quod erat incertum, & a casu pendeat sed quod erat certum. hoc dicit in effectu usque ad §. hac actione. Paulus de castro.

§. Hac actione. §. tertio capite. usque huc tractauit de modis, per quos damnum inferitur: hic de rebus in quibus inferitur, vel personis per quas inferitur, pro morte uero animalium, quæ numero pecudum non continentur, competit hæc actio ex tertio capite l. Aquil. h. d.

- 2 Defendere se ei non licet, qui licite capi potest. Et quid si tunc se defendat, & ibidem occidatur. an mors pœnam aduersus occidentem desideret. Dicta in uno legis, uel statuti capitulo in alio repetita. censi.

§. Magistratus. Si magistratus alicui det iniuste dāvtili, aut in factum, secundum qualitatem damni dati, secus si iuste fecit, nec eius culpa, uel dolus interuenit. Item uerba quanti plurimi posita in capite l. Aquiliae censentur repetita in tertio capite, licet dictum nō sit expressè. h. d. vsque ad fi. l. No. ꝑ magi stratus. in fi. ꝑ quando quis potest licite capi, non est licitum sibi se defendere, & si hoc faciat, & occidatur, nulla pœna resultat, quod facit cōtra bannit os qui ex forma statuit possunt capi per quem libet priuatum, ut si aliquis voluerit eum capere, & ipse se defendendo fuerit occisus, nō puniatur occidens, quod uidetur hic expresse, & in l. si seruus C. de his qui ad eccl. confugiunt, & ibi uide per Docto Item ꝑ no. fin. l. quod dicta in uno cap. l. uel statuto censentur in alio ca. repetita, de quo vide plene per Bar. in l. prætor infra ui bon. rap. & in l. talis scriptura in fin. de legat. primo.

L E X XXX.

- 1 Prescriptio 30. ann. in actionibus personalibus num de iure fforum fuerit. Et extincto principali accessorium quandoque durare.

Q V occidit. Hic incipit mistim tractare de primo, & tertio capite l. Aquil. & h. d. Qui seruū alterius licite occidit, hac actione non tenetur. Si uero seruū alterius alteri obligatum occidat, tenetur creditori usque ad summam crediti, si sua interest, ut quia non poterat debitum consequi, nisi per retentionem ui, tenetur debitori in eo, quod summā debiti excedit. Itē quod creditor per hanc actionem consequitur, in debito imputatur. h. d. cum §. seq. Et ꝑ no. glo. super uerbo, amisit, quæ dicit ꝑ præscriptio xxx. annorum in actionibus personalibus non erat intenta de iure fforum, quæ gl. frequenter alle. Item no. ꝑ extincto principali durat accessorium. §. pignoris, facit quod no. ꝑ fam. erc. l. si pignori. & C. de luitione pig. l. intelligere. & in l. 2. & quod ibi no. per Cy. C. de iudic. Paulus.

§. Si quis alienam. Qui rem alienam consumit eo usu ad quem inuenta est non tenetur hac actione directa, sed utili. h. d. Simile in actione de paupere. Nam si canis tuus comedit carnes meas, uel porcus farinam, non competit illa actio directa, sed utilis, ut in l. j. post prin. §. iij. j. & ibi dixi. Paulus de Castro.

- 1 Culpa non vacat, qui quod euenire potest non ꝑuidet. Et ibidem cautela pro eo, qui aliquem mortificè uulnerauit, ut de occiso non teneatur.

§. In hac quoque. Si uero dolo, siue culpa quis alteri damnum dederit, hac actione tenetur, & dicitur culpam committere, et si non intendat damnum dare, si tamen negligenter se habuit, uel inaduertenter ubi debuit diligentiam adhibere. Item si ex uulnere nō mortifero quis ꝑpter negligentiam mortuus sit, non tenetur uulneras de occiso, sed de uulnerato tantum. h. d. usq. ad fi. Not. ꝑ in culpa est, qui nō ꝑuidet, quod uerisimiliter euenire potest. Item nota ultimū casum ad excusationem illorum qui aliquem nō mortificare uulnerant, & ꝑꝑ malum regimen moritur, ut non teneatur de occiso, est ergo cautela, ut faciant uideri per medicos uulnera, qui dicant non esse mortalia, & facient redigi in scriptis dicta ipsorū, ut si postea moriatur per illas depositiones, excusentur, bene faciet etiā iudex, si personaliter accedat ad uidentum uulnera, ut j. finium regun. l. si irruptione. §. ad officium, & ibi dixi.

L E X XXX.

SI putator. Qui aliud ex alto ꝑiiciendo in loco per quem publice transitur: aliquem læserit, siue in publico, siue priuato, tenetur hac actione nisi taliter denuntiauerit, ut periculum euitare possit: secus si nō publicè per locū transitus erat. h. d. Et no. illud ad quod alleg. ꝑ nō tenetur quis diuinare. Simile in l. si fideiusor. in prin. j. man. Item nota ꝑ denuntiatio tarde facta, ut non ꝑfit illi, cui fit, non releuat denuntiantem. Paulus

L E X XXXII.

Illud. Sicut in furto facto a familia, oēs de familia reputantur pro uno, ut censeatur unum furtum, & unica æstimatio

matio praestetur sic, & in dāno dato ab eadē, quia subest eadē rō. h. d. No. q̄ ubi est eadē rō, sit & idē ius, & ad hoc all. q̄ est vulg. gl. & alle. cōcord. tu addel. fi. C. ad l. Fal. de verb. obl. l. a Titio. & de transac. c. inter corporalia. infra de iniusto. test. l. 3. Paulus.

An pena insultus infundatur cum pena vulneris.

§. Si idem. Ille est no. §. qui primo vulnerat, & ex inter-uallo occidit, de vtroque tenetur. Si verò in-continenti, de occiso tātum, quia vulnera cū morte cōfundunt. h. d. No. f̄ ex hoc sol. q̄ōnis, si sit statutū, q̄ qui aliquem fuerit ag- gressus cum armis puniatur in centum: aliud statutū dicit, q̄ q̄ aliquē vulneravit, puniatur in cc. modo aliquis cū armis aliquē insultavit, & ipsum vulneravit, q̄ritur an teneatur de insultu: & de vulnere: & sic in 300. an. de vulnere t̄m. & sic in 200. R̄ndēt per hunc §. Aut in ipso insultu vulneravit: & tunc de vulnere t̄m, quia insultus confunditur cum vulnere: aut non tūc, sed ex interuallo, quod est si diuertit ad extraneos actus, & iterato redi- uit ad eū & vulneravit, & tunc tenetur de vtroque, per istū no. §. de quo vide, quod no. per gl. & Doc. C. de acc. l. quæ de crimine. & adde omnino, quod no. Bar. j. de adul. l. & si amicis. §. j. Specu. in tit. de sententia. §. j. ver. sed pone. Paul. de Cast.

L E X XXXIII.

Quis dicatur damnum pati, & qualiter aestimatur in pretium.

Si seruum. In hac actione non dēt res aestimari f̄m affe- ctionem damnū passi, sed secundū qd̄ cōiter valet. Itē q̄ si rē possidet, tūc d̄f̄ habere, quantū valet cōiter, non quantū ascendit affectio propria, vel alterius. f̄ Itē d̄nū d̄f̄ quis pati siue perdat, qd̄ habet, siue non acquisiuit, quod potuit. h. d. Et adde, q̄ pretia rerum considerantur secundum quantitatem reddituum, vt j. de le. j. l. si fundum per fideicom. & de reb. eo. l. si fundus. & C. de rescin. uen. l. si quos. Itē aliq̄n̄ debet autēdi, quod p̄t̄ percipi. j. 20. an. ut in Auth. de non alie. §. quia uero leonis, & adde quod no. in c. cum causam. de testi. Vltimo an affectio al- terius sit cōsideranda dic, ut in l. cū seruus. & ibi per Bar. j. māda.

L E X XXXIII.

Titio. Si seruus duob. legatus per aliquē occidatur, & alter ipforum legatū repudiet, competit hęc actio in solidū alteri p̄ ius accrescendi: uel no decrescēdi. h. d. cū l. seq. & prin. se.

§. Si dominus. Actio quæ nō p̄t̄ cōpetere defuncto, nec ēt h̄redi suo, nec ex eius persona. h. d. uel sic, ut magis declaretur, si seruus quem d̄ns cū libertate instituit, p̄ aliū mortifere uulnerē, & anteq̄ moriāt, sit effectus liber & h̄res: actio q̄ cōpetebat d̄no non transmittitur ad eū, nec ad h̄redem ipsius: quia nō debet sui ipsius aestimationem, sed ad coh̄redem eius pro portione h̄reditaria transmittitur. h. d. lbi in tex. Iusserit, supple & dictus seruus post mortē d̄ni su- peruixit, & sic effectus fuit liber, & h̄res: postea decessit ex eisdē uulnerib. relicto M̄uio h̄rede, quærit, an M̄uio cōpetet hęc actio pro aestimatione serui, quæ incēpit competere d̄no statim illatis uulnerib. quæ cōstabat esse mortalia, ut j. e. l. ita uulnera- tus, & respondetur: q̄ non, quia d̄ns non transmisit eam ad ser- uum ne sequat̄ incōueniens, q̄ quis petat aestimationē sui ipsius, ergo nec seruus ad M̄uium: quia nō potuit plus transmittere, q̄ haberet, & iste est effectus. Aget ex transmissione sibi facta per d̄m, qui licēt non transmisit ad seruū, trāsmisit ad coh̄redē, quia cessat absurditas, & sic no. q̄ q̄n̄ defuncto competit aliqua actio, quæ non potest transmitti ad aliquem ex h̄redib. nō pro- pterea ea transmittitur in solidum ad alios, sed pro portionibus t̄m h̄reditariis. quod tene menti: secus in seruo cōi, qui si stipu- latur aliquid, quod uni ex dominis acquiri non potest, quæritur alteri in solidum, ut supra de usufru. l. sed & si quid. §. si seruus fru- ctuarius, & in l. proinde, cum pluribus aliis, de stipu. seruo, quod est notandum, & uix alibi reperies. Paul. de Castro.

L E X XXXVI.

Liber homo. Pro damno dato iussu alterius tenetur mandans & mādatarius, si non habebat mandans ius imperandi: aliās teneēt mandans t̄m si factum non erat arrox. Sed si erat, tenetur uterque. h. d. tex. cū gl. Et nota eā maximē in distinctione, quā ponit circa finē, q̄ est bona, & clara, q̄ fuit gl. Azō. in summa quam recitat Ross. de uerbo ad uerbum super hoc titulo, licēt glo. hic non faciat de Azon. mentionem.

§. Si quadrupes. In hac actione non solū uenit aesti- matio rei interemptæ, sed etiā dā- num, quod quis propter interitum sentit, quod tamen euitare poterat, si non esset interempta. Item si seruus meus a te bona- fide possessus per seruum tuū occidatur, cōpetit mihi hęc actio noxalis. h. d. cum l. seq.

L E X XL.

Quamuis. Qui reperit alienū animal in fundo suo dans tibi damnum, nō debet ipsum lādere, uel in- cludere animo celandi, sed potest ipsum sine lāsione expellere, uel d̄no denuntiare: ut recipiat. h. d. & est pulchra l. quam decla- rat Ross. in tit. si quadru. pau. fe. dica. circa si. tene menti, quia se- cūdū Ross. quotidie quæritur a rusticis de casu huius l. Et uide cū

intit de pastu pecorum. qui ponit, unde habuerunt originē le- ges Longobad. & vnde illi Longobardi habuerunt originem, aliud ius est Federici. Paulus.

L E X XLI.

In lege. Si quis deleuerit testamentum alterius, nō tene- tur testatori hac actione, sed h̄redi, vel legatarijs sic, qui verò ipsum extraneis publicauerit, tenetur actione iniu- riarum, sed actione furti pro testamento deleto non tenetur, cū non habuerit animum furandi. Item cum hac actione concurrat actio depositi, & ad exhibendum. h. d. cum l. seq. Et no. q̄ in quā- tum dicit testatori non competere hac actionem pro testamēto deleto, debet intelligi, q̄n̄ fuit deletum in eius vita, tūc ergo nō competit pro aestimatione testamenti. i. eius, quod in testamēto continetur, cum possit aliud testm̄ facere, & sic non est damni- ficatus: sed pro aestimatione pergameni, & etiam salario notarij secundum gloss. nam oportet illam expensam iterum facere, quod non fecisset. In eo uero quod dicit, h̄redi vel legatario cō- petere, debet intelligi, quando fuit deletum post mortem testa- toris: Nam si in vita, non viderentur h̄res vel legatarij damni- ficati, cum testator posset testamentum reuocare, & sic depen- debat ex eius arbitrio spes, quam habebam: vnde non debet aesti- mari, vt s. e. l. inde Nera. §. 2. in fi. Item no. q̄ non dēt quis reue- lare secreta aliena, aliās tenetur iniuriarū, facit ad id, quod dixi j. ad exhiben. l. 3. §. penul. Sol. posita in l. qui tabulas. in fi. est vera. Paulus de Castro.

L E X XLIII.

Ob id. Pro damno dato in rebus h̄reditarijs h̄reditate ia- cente competit h̄redi postea aduenti hęc actio, li- cēt tempore damni dati non fuerit dominus. h. d. Paulus.

L E X XLV.

Superior sciens subditos delinquere ex delictio eorum tenetur.

In lege. Culpa in omittendo consistens ēt si leuissima sit, puniūt hoc primo. Item pro damno dato a seruo alterius d̄no sciēte & patientē teneēt d̄ns, ac si ipse dedisset, cū possit phibere, hoc secundo, Item licēt seruus vulneratus sanē, adhuc tū tenetur vulnerans pro expensis me- dicinæ, vel damni debilitationis. hoc tertio. Item hęc actio cō- petit p̄tet propositum damnum dantis, cum dabat opem rei illicitæ, hoc quarto. Item si duo ad inuicem colludant, & alter damnum recipiat, non tenetur alter, nisi appareat, q̄ dolo dam- num recipiat, non tenetur alter nisi appareat, q̄ dolo damnum dederit. h. d. usque ad l. scientiam §. q̄ cum aliter Et not. primū dictum de culpa leuissima, q̄ consistit in faciendo. pro quo ui- de qd̄ no. in l. si mora. sol. mat. & j. de pe. l. respiciendum. §. de- linquant. per glo. & Bar. Nota j̄ princ. l. scientiam. q̄ dominus- superior sciens subditos suos delinquentes. tenetur ex delictio, quod no. Paulo de Castro.

Defensionem quæ in alio lædendo consistit stricti iuris esse, ut quo ad impu- nitatem offendentem non egrediatur. Et quid si aprum ferire uolens, quod iure communi licet, hominem feriat, an teneatur.
Vindictam de iure civili nec licitam, nec permissam esse. Et quid si offensus in recenti dolore alium læserit.

§. Qui cum aliter. Qui se defendendo damnum de- dedit, offendenti hac actione non tenetur, secus si alteri. Item secus si vlciendo h. d. notabiliter No. f̄ diligenter: q̄ defensio quæ consistit in lædendo alium, est stricti iuris, vt sit impunitiua solum quo ad offendentem, nō quo ad alium. Ex hoc sequitur: q̄ si quis aliquem lædat dando ope- ram rei licitæ de iure communi, puta quis uolendo ferire aprum, ferit hominem, non teneatur, quia ferire aprum sibi licebat de iure communi, sed quando aliquis uult ferire hominem, hoc nō licet sibi, nisi de iure speciali p̄p̄ priuilegium defensionis: & iō si hoc faciendo lædit alium tenetur vt hic, quod not. & ita intel- ligel. respiciendum §. delinquant. in fin. infra de pe. & quod ibi not. per Bart. qui alleg. istum tex. sed facit prima facie contra eū nisi distinguas, ut dixi. Item not. quod si vindicta non est per- missa de iure civili, & ad hoc alleg. iste §. & adde quod no. Bar. infra de sicar. l. siue Nota tamen p̄ licēt uindicta non permitta- tur: si tamen quis in flagranti dolore aliquem per uindictam læ- serit, minus punitur, arg. C. de adulter. l. Gracchus unde cum quidam semel aliquem vulnerasset, & uulneratus post eum cur- rit, & occidit, consuluit Bald. me audiente, q̄ non erat decapi- tandus, sed mitius puniendus: q̄a hoc fecit iusto dolore: com- pulsus, ut d. l. Gracchus. Paulus.

L E X XLVIII.

Si vulnerato. Si postquā fuit actum de vulnere, seruus mortuus sit. potest agi de morte, sed in condemnationem deducitur, quod pro vulnere fuit solutū. h. d. cum l. seq. Et not. hic argumen. ad q. si statutum dicat, q̄ ille qui habuit pacem cum offenso, non debeat puniri, & aliquis habuit pacem cum eo quem vulnerauit, & post pacem mortuus sit ex eodem vulnere, an debeat puniri de morte: quæstio stat, vtrum illa pax videatur facta super vulnere tātū an super omni eo, qd̄ potest

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

potest sequi ex vulnere, & certè si fuit dictū expressè ex vulnere, non extenditur ad mortem, vt hic. Sed si simpliciter, videtur extendi ad omne illud, quod sequi potest ex vulnere, argum. s. de feruitu. vrb. prædio. l. si feruitus. De hac quæstione vide plenè per Bar. in l. damni. §. Sabini, de damno infecto. Item facit ad quæstio. Titius vulnerauit quendam, & accusatus fuit criminaliter de vulnere, & punitus secundum formam statuti, postea moritur ille ex illo vulnere, quæritur an debeat puniri de morte. Nā ista. l. loquitur cum primo fuit actum ciuilitè, sed nos loquimur cum primo fuit punitus criminaliter, de hac quæstio. vide plenè per Bar. in simili. §. de accusatio. l. senatus. Paulus.

L E X L.

Si quis fumo. Qui non occidit, sed causam mortis præstat tenetur actione in factum. Item in hac actione venit damnum, quod non iure datur, nec videtur damnum per iniuriam dare, qui dum prodesse contendit rei suæ, destruit rem alterius, quæ simili modo esset peritura etiam si non destruxisset. h. d. tota l. & declara. §. per l. si alius. §. est & alia. infra quod vi aut clam.

L E X L I.

- 1 *Etymologia num efficax præstet argumentum.*
- 2 *Vulnerans mortiferè quod constat, perinde statim tenetur, atque si prorsus occidisset. Et quid si alius irruerit, qui omnino occidat, an prima cum vltimis vulnerib. confundantur, vt de occiso prior ladens non teneatur.*
- 3 *Mors in vno eodem homine duplex considerari potest. Et annus, quot dies habeat.*
- 4 *Absurdum vnum per aliud absurdius tollitur. Et absurdius esse maleficia impunita relinqui, quàm nocentes absolui.*

Ita vulneratus. Ista est pulchra. lex Bal. si vnus occidit, vterque tenetur de occiso. h. d. tota lex. Not. ¶ primo ibi tracta. videlicet, quod est licitū est arguere ab etymologia vocabuli, concor. infra si cer. pet. l. 2. §. appellata. Secundo ¶ not. quod cum quis aliquem mortaliter vulnerat, & certum est vulnus esse mortale, statim tenetur ac si occidisset. Sed vtrum possit statim accusari criminaliter antequam moriatur? dic. vt no. in l. damni. §. Sabini, de dam. infec. Si vero non constabat esse mortale, tunc expectatur euentus, vt s. e. l. huic scripturæ. Tertio not. quod si alius postea occidat, etiam ipse de occiso tenetur, & sic vulnera prima non confunduntur cum morte, nec contra. & hoc quoniam inferuntur a diuersis, siue incontinenti, siue ex interuallo, vt s. e. l. illud. §. si. Et aduerte diligenter, quia quoniam primo vulnerat, deinde occidit ex interuallo, dicitur ibi simpliciter, quod tenetur de vulnere, & de morte, nec distinguitur, an vulnus primum fuerit mortale, vel non. vnde etiam si sit mortale non videtur, quod teneatur pro illo, nisi de vulnere. ne vnus, & idem de duplici morte eiusdem hominis teneatur, quod esset inhumanum. Sed quando inferuntur a diuersis, tunc vterque tenetur de occiso, vt hic, quod teneantur: quia per illum §. limitatur ista l. & ille per istam l. Item ¶ not. quod in vno. & eod. homine potest considerari duplex mors. si ficta. & vera. Item no. quod annus habet cccxv. dies. Item ¶ quod absurdum tollitur per absurdius. i. vt vitetur absurdius permittitur absurdum. Item not. quod absurdius est maleficia remanere impunita, quàm nocentes absoluerè. Paulus.

L E X L I I I I.

L. Si ex plagis.

§. In cliuo. Si per mulum vnus detur alteri damnū culpa illorum quæ aialia regunt, tenent illi, qui fuerunt in culpa hac actione, sed si culpa ipsorum non fuit in causa, sed feritas animalium, tenetur dominus animalium, actione de pauperie. Si uerò neutrum in causa fuit, tunc neuter tenetur, nec regentes nec dominus animalium. h. d. Et no. tex. ibi, quia respondi ius esse in causa positum & c. qui quotidie all. quod ex facto ius oritur. Paulus.

§. Quidam. Pro damno dato seruo tuo ab animali tibi vendito, postquam factum fuit tuum per traditionem, non potes agere contra venditorem. Sed si antequam sit factum, agere potes, nisi culpa ipsius serui datum sit. h. d. Vel dic. quod non facit differentiam, an sit factum tuum, vel non, sed an emptio sit perfecta. vel non. Et hæc videtur magis amica literæ. Paulus.

§. Cumpila. Si vnus ex ludentibus ab altero damnum recipiat in ludo, non habet hanc actionem & qui dat causam damni, tenetur actione in factum. h. d. cum l. se.

L E X L V.

Legis. Ista est notabilis lex. & singularis cum l. seq. Si creditor rem debitam interimat ante moram debitoris, liberatur debitor. Et habet hanc actionem contra occidendum: sed si post moram, liberatur, non tamen habet actionem. h. d. no. Et no. pro declaratione huius l. tres casus. Nam interdum ipse debitor rem debitam interimat, interdum extraneus, interdum ipse creditor. Primo casu perpetuatur obligatio, ut in l. si ex legati causa, in fin. & l. si seruum, de ver. obl. Secundo casu aut extraneus interimat in perniciem creditoris, & tunc liberatur debitor, nec vllam habet actio-

nem contra occidentem, sed ipse creditor habet actionem de dolo contra occidorem, ita intelligitur l. arbitrio. §. si. §. de dolo. Si verò fecit in perniciem debitoris, vel dubitat, dat actio l. Aquiliæ debitori, vt s. e. l. huic scripturæ, in prin. Sed an teneat illam cedere debitor, vel non, vt quod sic, per illum tex. in contrarium tamen facit.

Finium regundorum.

Rubrica.

Visum est supra de realibus actionibus. Item de personalibus in rem scriptis, hic ponit de quibusdam mistis tam in rem quàm in personam, vt patet Insti. de act. §. quædam, & in l. j. huius tituli. Sed quoniam in quibus casibus competat hæc actio? respondeo. in tribus. Primo vt ponatur termini qui nunquam fuerunt, puta si habeamus fundum communem pro diuiso tu, & ego, & diuidimus eum hoc acto, vt habeas tertiam partem, & ego duas, certè interest mea, vt termini ponantur ne in futurum mihi controuersiam facias, & isto casu ponentur expensis amborum, arg. j. l. 4. §. j. versiculo, sed si mentor. Secundo competit, quoniam semel fuerunt termini qui postea per te fuerunt turbati. Nam agitur, vt reponantur, & tunc fit expensis tuis, vt ar. j. ad exhib. l. sed & si. §. interdum. Tertio competit quoniam de parte mea aliquid occupasti terminis amotis, vel non amotis, tunc agitur vt illam partem restituas, & terminos serues, & de hoc loquitur. l. 4. §. j. ita no. per Cy. C. eo. l. si. & per Rosfr. in libello super hac actione. Et quæ sint necessaria vt hæc actio competat, dic. ut ibi per eum. Vltimo no. quod in hac actione cum duabus sequitur. vterque est actor, & reus, vt j. famil. ercis. l. inter cohæredes. §. qui familiae, licet alter principaliter altero, ut s. de iudi. l. in tribus, quod ad quid proficit, habes in c. ex literis. de proba. Paulus de Castro.

L E X P R I M A.

- 1 *Actio finium regundorum in rem num sit an in personam. Et an stricti iuris, an bonæ fidei. Item an ex contractu, an quasi.*
- 2 *Actionis finium regundorum a quo tempore incipit præscriptio currere. Et cum aduersus occupatorem competit, quanto tempore præscribantur.*



Finium regundorum actio.

Vsq; ad l. 4. §. j. quatuor facit. Primo dicit, qualis actio sit ista, & respondet, quod mista tam in rem, quàm in personam. Secundo per quibus prædiis competit. Et respondet, quod pro rusticis tantum, licet in finio sit paries, uel arbor. Tertio quid veniat in hac actione, & respondet, quod interdum veniunt ad iudicationes. scilicet confinia dirimi, uel termini poni. Nam de parte vnus adiudicatur alteri. & alter sibi in pecunia condemnatur. Quarto pro quota rei competit, & respondet, quod non solum pro tota, sed pro qualibet parte. h. d. vsque ad l. 4. §. si in iudicio. Quæritur ¶ glo. qualiter dicatur in personam, uel in rem. Item, an sit bonæ fidei, vel stricti iuris, & de his dic. vt in ea. Tertio quærit, an sit ex contractu, vel quasi, & respondet, quod non. Sed est datiuæ, vt j. e. l. si. Pe. & alij, quod immo est: ex quasi contractu, sicut est actio famil. ercis. & communi diuidendo. vt Insti. de oblig. quæ ex quasi contractu. s. item si inter aliquos. Et no. per Cy. C. e. l. si. Quarto quærit, quoniam nascitur. & respondet, quod ex quo fines turbare ceperunt. Tu dic. quod hoc est verum, quoniam agit pro finibus turbatis, sed si agatur, vt ponantur fines, qui nunquam fuerunt, nascitur ex eod. die, ex quo ad hoc agi poterat, iuxta ea, quæ dixi in rubrica. Item si agatur pro occupatione partis alterius, nascitur ex die occupationis, vt no. in d. l. si. per Cynum. Quinto ¶ quærit a quo tempore incipit præscriptio. respondet, quod a die qua possit agi. Alij vero dicunt, quod cum petit, vt fines ponantur nunquam currit præscriptio, sed cum agitur. ut restituatur, quod captum fuit de fundo alterius, tunc currit, de quo per Cy. in l. j. §. ad hoc, de anna. exce. in confinibus. aut episcopatu, vel parochiarum certum est, quod non currit præscriptio, ne ex eo confundantur dioceses vt in c. super eo. de paroch. & plenè no. xj. q. 3. quicumque & in c. inter memoratos. xvj. q. 3. Vltimo quæritur cum competit contra occupatorem, qualis præscriptio currat, videtur quod xxx. annorum, vt l. si. C. e. Tu dic. quod aut occupauit sine titulo, & verum est, aut cum titulo, & sufficiunt x. vel xx. anna. ita intelligitur l. 2. §. sed & si fundum. j. pro empt. & glo. in fi.

- 1 *Fructus naturales bonæ fidei possessor non lucratur. Et quid de industrialibus num. seq.*
- 3 *Exceptiones si quæ pendente lite fieri debeant, quæ tamen vtrunque partem respiciant, ab vtraque parte fieri debere. Et quid si vnâ tantum respiciant partem.*

§. Iudici. Hic ponitur quod sit officium iudicis in hac actione, & respondetur, vt condemnet alterum alteri ad interesse, quod tribus modis consideratur. Primo in fructibus perceptis de parte alterius indebite occupata, qui quidem si naturales sunt, indistincte ueniunt restituendi. Si uero industriales, non dummodo sint percepti bona fide. & sint consumpti, aliàs sic. Secundo consideratur in eo, quod alter soluit pro communi utilitate, puta agrimensoris, qui terminos posuit. nam alter restituet partem suam. Tertio in eo, quod interest alterius propter alterius contumaciam in non parendo iudici. h. d. usque ad §. si dicantur. Et no. pro intellectu, quod hic loquitur, quando actio proponitur contra illum, qui occupauit de fundo alterius, quo casu,

casu aut fines non sunt turbati, nec vertuntur in dubium, & nō proponetur hęc actio, sed rei vindicatio, vt no. per gl. j. eo. l. si irruptione. aut sunt turbati vel in dubium vertuntur, & tunc proponetur hęc actio, per q̄ principl̄ petetur fines declarari p̄ iudicem d̄re esse in tali loco, & in q̄nam implorabitur officium iudicis mercenarium, vt condemnet aduersarium ad restōnem eius, quod occupauit. Et aduerte, quia magis interest sua implorare ad hoc officium iudicis, q̄ intentare rei v̄dicationem, q̄a primo casu non hēt necesse probare dñiū eius, qđ occupatum est. Sed sufficit probare terminos d̄re esse in tali loco, quæ probatio leuius fit, q̄ probatio dñi, cum sufficientia monumenta s̄t priuata, & alia, q̄ in alijs causis nō sufficientia, vt in cap. cum cām. de p̄batio. & ibi no. j. eo. l. in finalib. nam hoc factū, q̄ quid vltra illos terminos occupatum est, restituēt, vt j. eo. l. si irruptione. & l. de mō. Sed cum agit rei v̄dicatione, oportet probare dñiū, qđ est difficile, vt no. C. de probationib. cum res. & proponēt officium iudicis ad restōnem omnium fructuum nālium, ita intelligit̄ primū d̄m §. fm̄ gl. tales em̄ non lucrāt̄ possessor ēt bonæ fidei. vt j. de vsu. l. fructu. Tertio proponēt ad restōnem fructuum industrialium post litem conte. perceptorum, vt in §. post litē. Sed ante si erat bonæ fidei possessor, non veniunt, quia lucratur, si cōsumpti sunt: aliās veniunt a p̄rio sensu. Sed a malæ f. p̄nt̄ condici qđōne sine cā, de quo dic, ut l. & ex diuerso. de rei vend. Item no. j. diligenter tex. cum gl. q̄ bonæ f. possessor lucratur fructus industrialiales consumptos, et si nō hēat titulum. Item ēt si factus sit locupletior, quia nihil restituere tenēt, fm̄ gl. hic, & Inst. de officio iud. circa prin. licet alia gl. quæ est in §. si quis a non dño, Inst. de re. diu. dicat p̄rium, sed ista variat fm̄ Doct. in l. certum. C. de rei v̄. licet Bar. alr̄ dicat in l. & ex diuerso. q̄ quem fortiter facit iste tex. Item j. no. in ver. sed si mensor, p̄ quem patet, q̄ si aliquæ exceptiones veniunt fiendæ lite pendente, q̄ respiciant vtranq. partē, ab vtraq. debent fieri, puta, si cōmittat cā cōsulenda iuris peritis, vt iudex p̄nuntiet fm̄ dicta eorum, vel si eligantur, q̄ reuideant computa. facit j. de adul. l. si exposulauit, & ibi no. & j. tit. j. l. ex te. in prin. & ad l. Falc. l. quantitatis. Sed si respiciant vnam partē tm̄, illam solā facere d̄t, vt C. de erog. mili. anno. l. fili. 12. Et uide quod nō. in cle. quamuis, de appella. per gl. Pau. de Cast.

- 1 Actio civilis cum accusatione criminali intentari licet non possit: officium tamen iudicis pro re civili potest.
- 2 Index maleficiorum, num de civili principaliter cognoscere queat. Et quid incidenter.

§. Si dicantur. Quæstio finium non solum potest terminari per hanc actionem, sed et incidenter per officium iudicis deferuens actioni criminali. h. d. no. Et j. no. q̄ licet civilis actio non possit simul intentari cum criminali accusatione, ut C. q̄n̄ civilis actio. l. j. officium t̄n̄ iudicis p̄ re civili sic, vt hic, & C. de cond. ob turpē cām. l. quod euitādi, & j. de fur. l. interdum. §. q̄ furem. & ibi uide oīno Bar. l. rē not. q̄ iudex maleficiorum, licet de qđōne civili non possit principaliter cognoscere, vt l. solemus. §. latrūculator. §. de iud. in incidenter t̄n̄ sic, vt hic. Paul.

Verfic. Si alter. Pro duob. fundis diuisis competit hęc actio, licet uterq. eorum sit plurium dñorum, & in adiudicationib. quæ fient, q̄libet habebit portionem, quam habet in fundo, sed pro fundo cōi, & indiuiso non p̄petit, nec etiam pro cōi, & proprio. h. d. vsque ad §. non solum. Nota tex. ibi, q̄m̄ magis fundo, q̄ sn̄a datur fundo, vide And. de Barul. in l. domini, de agricol. & censu. & quod scripsi in l. nutu. §. si. de lega. 3. ex eo, quia dñs fundi. Et est arg. q̄ si condemnetur aliqua apotheca, vel nauis, videatur dominus condemnatus. Ad hoc facit j. de trib. l. p̄curatoris. §. si plures, & de annu. leg. vbi videtur expressum, & vide ibi Bar. Paulus.

- 1 Actionem finium regundorum, num fructuarius, vel creditor ius pignoris habens intentare possint. Et an sn̄a cum ipsis lata domino præiudicet.
- 2 Confinium a vicinis, quid distet: Et in quibus spectatur.
- 3 Actio finium regundorum, vt competat, quæ sint necessaria.

§. Non solum. Non solum pro duob. fundis, sed pro plurib. prædijs hęc actio locum hēt hoc primo, & competit tam dño, q̄ habentib. ius in re. h. scđo: p̄ ædificijs aut vrbans non cōpetit, nec ēt pro rusticis, q̄ non sunt cōfinia interueniente via publica, vel flumine publico. h. d. vsq. ad l. de domo. j. Not. fructuarium, uel creditorem habentem ius pignoris posse int̄rare hanc actionem. Sed an sn̄a lata cum eis noceat domino: v̄t q̄ non, nisi sciuerit, & passus fuerit ut l. sape de re iud. quia ius eorum separatū est a iure dñi. j. scđo j. no. dif ferentiam inter confinitatem, & vicinitatem. Nam vicinitas proprie cadit in prædijs urbanis, ut hic, licet etiam in rusticis cadere possit, vt j. de aqua plu. ar. l. si tertius, in princi. confinitas autem proprie non cadit nisi in rusticis. Sed q̄ro, quod remedium dabitur in vrbans volentib. domum diuidi per parietem: v̄t, q̄ hęc actio sit vtilis, vt in gl. si. huius lin. contrarium facit §. qui communē. §. vnde verius dic, q̄ implorabitur officium iud. ar. j. de dam. inf.

l. fluminū. §. j. & ita v̄t tenere Roff. pro quo bene facit ti. proximi. l. puto. in prin. Et idem v̄t dicēdum in casu §. q̄ cōem si dñs nollit diuidere proprium, vel cōem prout ibi d̄r, nam æquū est sibi succurri. Idem ēt v̄t dicēdum in casu, qui ponitur in fine l. vltimo j. collige, quæ sunt necessaria ad hoc, q̄ hęc actio competat, primo ut prædia sint rustica, ut §. eo. l. 2. in prin. Scđo, q̄ sint diuisa: secus si essent communia p̄ indiuiso, ut §. ea. l. §. q̄ communē. Tertio q̄ ille, qui agit, nō hēat partem in eo fundo illius, q̄ quē agit, & ratione cuius agit ut e. l. §. q̄ cōem. Quarto, q̄ sit dñs, uel hēat ius in re, ut hic, & in §. finium. Quinto q̄ prædia sint vicina, ut in fi. l. Sexto, q̄ sit q̄. finium. vt l. si irruptione. §. ad officium. j. eo. Septimo, q̄ ille qui agit, non turbauerit fines, alias excluditur, ut C. eo. l. si p̄stitit. Octauo, q̄ agat j. tempus debitum. l. j. 30. annos, ex quo ista actio sibi incipit p̄petere, vt C. e. l. si. & l. j. de anna. excep. quod tamen limita, & declara, ut dixi §. eo. l. j. Pau. de Cast.

LEX VII.

De modo. Qui capit vltra debitam portionem per hanc actionem refundere tenetur illud plus. h. d. cum prin. l. seq.

- 1 Index cum de rebus præteritis agitur probationes testium inquirere debet, & instrumentorum, nec sufficient, quæ ipse vt priuatus vidit. Et quid vbi quæstio est de vulnere, an sit mortale, an ipse an per medicos despiciere debeat, & nu. 2.

§. Ad officium. In ijs, q̄ hēt causam de præsentis inspectione oculorū iudicis, vim habet probationis. Ad hoc allegat. Cum tagitur de reb. præteritis, iudex debet inquirere probationes testium, & instrorum, nec sufficeret, q̄ ipse vidisset tanquam priuatus, iuxta ea, quæ no. C. ut quæ defūnt aduo. partium. l. j. Sed in ijs, q̄ hēt cām permanentem de præsentis iudex potest se informare per inspectionem oculorū, & ex hoc solo iudicare, hoc probat iste §. Et est ar. j. q̄ cum quæritur de vulnere, an sit mortale, iudex non debeat hoc totū cōmittere medicis, sed ipse potest p̄sonaliter ire, & videre fm̄ Bal. facit, quod no. §. de fer. l. 2. in fi. de const. c. romana. per Inno. adde c. quia iudicante. extra de præsum. Paul.

LEX IX.

Iudicium. Licet vnus fundus vicinus diuidatur, uel alienetur domino tamen alterius fundi non tollitur hęc actio. Pau.

LEX X.

Iudicium. In iudicijs diuisorijs quilibet est actor, & reus. h. d. quod declara. vt l. in trib. §. de iud. & in c. ex literis, de proba.

LEX XI.

In finalibus. Termini non præsumuntur mutati, nisi probetur mutatio. Item p̄batio terminorum fit per instrā antiqua Bal. & intellige et si sint instrā priuata, puta, libri antiqui, quod declara, ut in c. cum causam. de p̄ba.

LEX XII.

Eos terminos. Vēditor inter emptores potest esse testis in cā finium, ad hoc alle. Sed miror, quia hoc non dicit hęc l. nec aliquo mō cōgruit literæ. Pone ergo casum per l. j. C. eo. fm̄ quam. h. d. si dñs duorum fundorum confinium alterum vēdat demonstratis certis nouis finib. non debet emptor sequi antiquos fines, sed nouos. h. d. Rō est, quia liberum fuit venditori designare quantum uendere uolebat, & istum intellectum sentit gl. in d. l. j. dum alleg. hanc legem. De primo vero intellectu, & alijs, quæ circa ipsum sunt, vide quod no. per Cy. C. de testi. rationib. & de fal. l. si a te. & per Inn. in c. quoniam aliqua. & c. in super. de testib. Lex finalis narrat constitutionem Gregam, quam non expedit legere.

Famil. erciscundæ. Rubrica.

LEX PRIMA.

- 1 Actio familiae ercisc. ad quid principaliter detur.
- 2 Actione famil. ercisc. qui agit, nec possidet, exceptione excluditur, secus in eo, qui possidet. Et cur ita diuersum.
- 3 Possessionis effectus, atque commoda.
- 4 Dominium quando incidenter in iudicium deducitur possessio, an ab onere probandi releuet.
- 5 Constitutio principis si dicat, quod habentes baroniam tantum de principis fisco, percipiant, quid si quis sit in baronia possessione, an vt percipiat pensionem necesse habeat dominum se probare.



Hęc actio. In hac l. ponitur, vnde oritur hęc actio, & ad qđ cōpetit, & cui cōpetit, & qualr̄ in ea p̄cedit, & qđ oportet ea p̄ba. h. d. Hęc actio dat h̄rib. uolentib. h̄rita tē diuidere, & p̄petit tā possidētī, q̄ nō possidētī, si t̄n̄ agat, q̄ nō possidet, repellit p̄ exceptionem, ne p̄iudicium fiat h̄reditati, per quā exceptionē agēt petitione Pauli Cast. Nouæ prælect. in ff. Vet. H hanc-

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

hæreditatis primo intentata. Sed si agat ille, qui possidet phanc exceptionē, non repellitur: cogitur tñ incidenter probare se hñdem, quod nisi fecerit, nō pōt in hac actione victoriā psequi. h. d. & est no. l. & magra. No. q̄p hæc actio principat̄ datur ad diuidendā hæreditatem. Ex quo sequitur, q̄ vbiq̄ in hoc iudicio aliquid aliud venit, q̄ diuisio hæreditatis, illud non expeditur iure actionis. sed officio iudicis mercenario deseruienti huic actioni. Exempla patent j. e. l. 2. §. si. cum l. seq. vsq. ad l. si hñs. & l. Pomponius, & l. puto. §. si dolo. cum similib. Secundo j. no. q̄ cum agit ille, qui non possidet, excludit̄ per exceptionem, secus in eo, qui possidet. Rō diuersit̄ est quia qñ non possidet habet petitionem hæreditatis q̄ possidentem, ergo non potest prius mouere hanc actionem, per q̄ fieret petitioni hæreditatis præiudicium, quia si pronuntiaretur pro eo in hac actione præsumeret̄ hñs, ergo primo debet petitionem hñditatis intentare, vt s. de pet. hæ. l. si q̄s libertatem, & idem in communi diuidendo s̄m gl. & bñ, vt j. de exce. l. fundi, & l. fundum. Sed cum agit ille, qui possidet: tñc nō competit sibi petitiō hæreditatis, quia non datur possidenti, sed q̄ possidentem, vt l. r̄. s. de pet. hæ. ergo non habet locum illa exceptio, ne præiudicium fiat petitioni hæreditatis, quæ non est in rerum natura. vt l. sed & si lege. §. item si rem. de pet. hæ. & hoc sentit gl. pe. quæ incipit, nisi fortē, in fi. Tertio j. no. ex hoc effectū possessionis quia fecit quem admitti ad iudicium, qui aliās non admitteretur, ad hoc alle. hæc l. habet, plures alios effectus: nam iudicis officium. vt s. de offi. proc. Cæsa. l. si. & de libe. cā. l. liberis. §. vlti. Item transfert in alium onus probationis, Inst. de interd. §. commodum. Item iuris præsumptionem pro possidente. vt C. de proba. l. 2. Item habet effectum, quo ad executionem sn̄a, de quo dic, vt l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. & alios effectus naturales, de qb. in l. 2. §. ex j̄rio, de acq. pos. j̄ Item in fi. tex. expl̄sum de directo q̄ illud, ad quod alleg. ista l. q̄ cum dñum deducitur in iudicium incidenter: possessio non releuat ab onere pbandi. Nam licet agens possideat, & ab hac actione non repellatur, non tñ obtinet, nisi se hæredem probet. In j̄rium facit, quod no. per Cy. C. qui accus. non pos. l. non ignorat, & in l. 2. C. quæ sit long. consue. quæ omnes alle. hanc l. in j̄rium. Sed dic, q̄ aut ille, qui deducit dominium incidenter in iudicium, non agit de ipso dñio, sed de alio penitus diuerso, & tunc possessio releuat ab onere probandi, vt cum quis agit confessoria pro seruitute: nam licet dicat se dñm rei, cum dicit competere seruitutem, non tñ agit ipso dñio, sed pro seruitute, q̄ est diuersa. Et iō præsumitur dominus rei, si est in possessione: ita debent intelligi gl. & Docto. in j̄rium. Aut agit de ipso dñio: & tunc secus, vt hic: nam ille, qui agit hac actione, petit sibi adiudicari partem, tanquam vero heredi, quia diuisio hñditatis implicat hoc in se: & ideo non adiudicatur, nisi se probet hæredem, vt in hac l. quæ malè alle. in j̄rium. Et ista faciūt ad q. dicit̄ q̄stō Regis, q̄ oēs hñtes baronias deant hñe certas pensiones de camera Regis, vnus est in possessione baronia, petit pensionem, an habeat probare se dominum baronia, certè non, quia non agit de ipsa baronia. ut in gl. dicti §. sed si quærat̄. Sed pone, dicit̄ q̄stō Regis, q̄ habentes baronias possint petere de decennio in decennium eas sibi renouari, dñ q̄ nō habet ius in ea, q̄ ritur an habeat probare, cum sit in possessione, & deducitur ius suum in q̄nam: rñdeo sic, per istum tex. cum agatur de ipsa baronia, licet. n. principat̄ agatur de baronia renouatione, tñ hoc includit dñum baronia. Vltimo quæro pone, q̄ illi, qui non possidet, non opponitur exceptio, de qua hic, vtrum procedat iudicium: rñdeo sic, quia præposteratio exceptionum non vitiat iudicium, vt l. 2. C. communi diuid. & l. si mancipium. §. j. j. de euic. hoc intellige vnus tantum ad aliam: secus si vnus ad seipsam: ita no. ibi & p Bar. in l. prolatam. C. de sententijs. Pau.

L E X II.

1 *Filius in legitima sola hæres propriè non dicitur. Et ideo eius possessio bonorum dicitur non hæreditatis.*

PER familiæ. Hæc actio competit ad diuidendam hæreditatem qualitercunq. delatā, pro quarta non, quæ debetur ex constitutione diui Pij: nam non competit directa, sed utilis, cum ille non sit hæres, vel bon. poss. Item pro bonis, quæ tpe mortis nō fuerunt hæreditatis, sed peculij: postea vero facta sunt hæreditatis, hæc actio competit, & uterq. in hac actione est actor, & reus, & datur non solum inter oēs hæredes, sed inter alios. h. d. vsq. ad §. si. Et j̄ no. hic optimum text. q̄ filius in legitima sola non est propriè hæres, & ideo, dicitur possessio bonorum, non hæreditatis, de quo not. C. de rei vend. l. cum a matre. & facit C. ad l. lul. maie. l. quisquis. §. ad fœminas, per Iac. But. in l. quoties. C. de hæ. inst. Paul.

- 1 *Iura incorporalia actione famil. erc. non venire, possunt tamen vni adiudicari, non diuidi, quia iure ipso diuisa censentur.*
- 2 *Cessionarium procuratorem in rem suam dici. Et qualiter debitorem obligatū habere dicatur. Et quo nomine agere ad rem cessam possit.*

3 *Procurator in rem suam inuito creditore, num quis constitui possit. Et cessionarium in locum cedentis poni.*

§. In hoc iudicium. Debita, & credita hæreditaria per hanc actionem nō veniunt diuidenda, sed officio iudi. alteri ex hæredib. adiudicanda sunt, q̄ ex hoc efficietur procurator in rem suam, vt partim suo, partim procuratorio noie agat, & conueniat̄. h. d. cum l. seq. No. j̄ q̄ iura incorporalia non veniunt in hac actione, quia diuisa sunt ipso iure, nec aliter diuidi possunt. Item q̄ possunt vni adiudicari, hæc adiudicatio fit officio iudicis deseruientis huic actioni, vt in prin. l. planè, in fi. rōnem dixi. s. eo. l. j. Item j̄ no. q̄ cessionarius dñ procurator in rem suam, nec hñt debitorem obligatum supple directa actione, sed vtili sic, vt in glo. q̄ ad hoc sp̄ alle. de quo dic, ut plenè no. j. de act. & ob. per Bar. & in l. j. C. e. tit. per Cyn. Item no. q̄ cessionarius agit procuratorio nomine cedentis, q̄ est verum, qñ intentat directam actionem, q̄ penes cedentem remansit, sed si intentat vtilem: agit noie suo, vt no. j. de procura. l. si quis in rem. & C. de procu. l. qui stipendia. j̄ Item no. secundū gl. q̄ potest fieri procurator in rem suam ex parte rei inuito creditore. Sed iste tex. innuit j̄rium, q̄ hoc non præiudicat creditori. Et iō intelligo tex. sic, q̄ si plures hæredes ex causa hæreditaria tenentur vni: possunt isti agere inter se, q̄ vnus solus eorum soluat & licet hoc non noceat creditori, quin possit oēs conuenire: tñ pōt prodesse, quia si vult, pōt illum solum cōuenire, licet nō sit sibi obligatus, nisi pro parte, & hoc pp̄ authoritatem iudicis, sicut alias contingit hoc pp̄ fauorem dotis. j. de lega. 2. l. cum ab vno. & iste vñ verus intellectus huius l. in fi. Vltimo no. illa uerba illo loco & c. q̄ cessionarius ponitur loco cedentis, & sic facit p uerbis notarij, qui in instrumentis cessionum dicit, ponens eum in locum suum & c. facit j̄. ad Treb. l. qui quadraginta.

L E X III.

Cæteræ itaque res.

§. Mala medicamenta. Ea quæ reprobata sūt, vel illicita veniunt in hoc iudicio corrupenda, non diuidenda: item tabulæ testamēti, & aliæ cautiones hæreditariæ penes illum deponi debent, qui ex maiori parte est hæres, alij vero debent habere copiā, & si omnes æqualiter hæredes sunt, nisi consentiant, apud quem sint, puenitur ad sortes, non ad licitationem. h. d. vsq. ad l. si hæres. Pau. de Castro.

L E X VII.

- 1 *Hæres pro parte, num insolidum debitum, vbi cohæres adire est impeditus, petere possit. Et qd si factō petat, & obtineat, an victoriam cōicere teneatur.*
- 2 *Actio prima, num per sn̄am innouetur, an vero ei noua actio adijciatur.*

SI hæres. Si vnus ex hæredib. insolidū egerit q̄ debitorem hñditarium, & obtinuerit, licet tñ indēbitè: dēt alteri cohñdi cōicere victoriam, uel nō uti sn̄a, nisi p sua parte, nec dēt alteri negligentia imputari, si tpe, quo alter egit, ipse agere non poterat. h. d. & est pulchra l. & no. Not. j̄ q̄ hñs p parte non pōt petere debitū hñditarium insolidum, licet cohæres sit impeditus adire, de hoc s. si pars hñd. per. l. 2. Item q̄ licet nō possit, si tñ egit, & obtinuit, competit sibi actio insolidum ex sn̄a, & si sn̄a iniusta facit ius, vt j. eo. l. cum putarē. Tertio no. q̄ istam victoriam iniustam tenet cōicere cohñdi. Et hoc j̄. dicam. quia illud super quo erat obtenta, erat cohñdi cōe, aliās iniustam victoriam nō tenet q̄s alteri cōicere, ut j̄. ad Treb. l. debitor. §. si. Quarto no. tex. ibi, aut excipiendi & c. coniuncta glo. q̄ dicit, q̄ tñc faceret excipiendi ptatem, qñ non vtetur sn̄a, nisi pro parte lua, nā cohñs tunc ager actione prima. Ex j̄ quo sequit̄, q̄ p sn̄am cōdemnatoriā nō nouat̄ prima actio tañ, q̄ tollat̄. Sd̄ actio actioni adijcitur, de hoc plenè in l. j. C. de vlu. re iud. Vltimo no. q̄ impedito non potest silentium imputari. Pau. de Cast.

L E X VIII.

- 1 *Originalia instrumenta authentica dici.*
- 2 *Instrumentorum copia, num fidem faciat.*

POMponius. Si testōr mandauerit, ut apud vnū hñditaria, non añ sibi tradunt̄, q̄ alij copiam habuerint, & et ipse cauerit, q̄ originalia exhibeat, cum opus fuerit. Itē si seruus, qui negotia hñditaria administrauit vni ex hæredib. prælegetur, non ante sibi traditur, q̄ rationes reddiderit. h. d. Et j̄ no. q̄ originalia instrumenta vocantur auth. de quo vide plenè per gl. j. de fi. instr. l. 2. Item j̄ no. q̄ copia instrumentorum non facit fidem, ideo necesse est, vt originalia producantur, simile s. eo. l. q̄ sunt. de hoc in auth. si quis in ali. C. de eden. Pa. de Cast.

- 1 *Emphyteuticæ res, & si alienari vetitæ sunt, diuidi tamen inter hæredes possunt. Et quid in feudis.*
- 2 *Laudimia, num de rebus diuersis peti possint. Et alienationis prohibitio qualiter intelligatur.*

§. Idem

§. Idem Pomponius.

Hæc actio competit pro oib. reb. hæreditarijs, siue fuerint in dño hæreditatis tpe mortis defuncti, siue p herede sit acquisitū dñi ex cā pcedenti. Item cōpetit et pro illis, q̄ sunt in dño vtili, vel bonafide possel. & et pro accessionib. rerū hēditariarū: nec non hēditarijs reb. sub p̄dōne legatis p̄dēte p̄dōne. Item p̄ ijs reb. hēditarijs, q̄ per extraneū titulo possident, si tñ litis pendentia p̄ illū p̄pleat vsucapio: expirat quo ad illa iudiciū inter cohæredes inchoatum. h. d. v. l. q. ad l. sed si vsucapio. §. 1. Et t̄ no. in l. item p̄ dia. q̄ res emphyteuticæ p̄nt diuidi inter hēdes: licet. n. sint phibitæ alienari, nō tñ prohibent diuidi, quod est notandum. Idem in feudis, vt in tit. quib. mo. feu. amit. §. itē si fuer. & in §. r. de alie. feud. p̄. Idē in alienatione in reb. eccl̄asticis, vt iubemus. de sacros. eccl̄. & adde c. ex insinuatione. de iure patro. & quod no. in gl. eo. tit. c. illud. in gl. fi. in contrarium facit §. de transac. l. cum hi. §. si vni. Sed ibi subest alia ratio. Et t̄ ista sunt in arg. ad q. q̄ de diuisione non soluat laudimium, quia non requiritur laudatio domini, vel consensus. Item not. l. alienationes. q̄ vbi prohibita est alienatio, intelligitur de voluntaria: nō de necessaria, & ad hoc semper alie. pro quo l. peto. §. prædium, de leg. 2. & l. filiusfam. §. diui. in fi. de leg. 1.

- 1 Actio famil. ercisc. pro quib. reb. non competat. Et diuisorium iudicium, vbi deficit officio iudicis subueniri.
- 2 Vsfusfructus Titio, & suis hæredibus legatus, vbi locus substitutioni fuerit, qualiter huiusmodi hæredibus competere dicatur.
- 3 Hæreditarium nomen in solo vsufuctu an reperiri possit.

§. Vsfusfructus

Vsfusfr. communis plurib. hæredibus hæreditario iure non potest per hanc actionem ita diuidi, vel alteri adiudicari, vt sibi incipiat competere, & alteri desinat, officio tamen iudicis succurritur diuidere volentib. quo ad commoditatem cum præstatione cautionum. h. d. v. l. q. ad l. & puto. §. 1. Et not. hanc actionem non dari p reb. quæ non p̄nt ita diuidi, ut uni incipiat competere, alteri desinat. Item no. q̄ vbi deficit diuisorium iudicium, succurrit officio iudicis, quod dicit §. ti. i. l. sed & si loci. §. fi. Et aduerte, quia illud quod adiudicabitur vni de parte alterius, non finietur ex p̄sona illius, cui adiudicatur, sed illius, de cuius parte adiudicatur. ut l. necessario. §. si. cum ibi no. de periculo, & commo. rei vend. Item no. in verbo hæredib. legatus, q̄ m̄ unum intellectum gl. q̄ t̄ si legatus vsufu. Titio, & hæredib. suis, licet in persona hæredum sit nouus vsufu. non ille, qui erat in persona Titii: tamen videtur habere ex causa hæreditaria, aliàs non competeret hæc actio, & tamen ex persona Titii non habent, quia finitus fuit vsufu. Titii morte sua, & nouus incipit, ar. j. de uer. obl. l. stipulatio ista §. si quis ita. facit l. hæreditarium de bo. aut. iud. po. Item t̄ no. q̄ si legatur ab hæredib. proprietas deducto vsufuctu, in isto vsufuctu dicuntur hæredes, & sic in solo vsufuctu potest cōsistere nomen hæreditarium. Vnde est argu. q̄ si testator instituit uxorem suam in vsufu. Titium verò in proprietate, quod ambo sunt hæredes vniuersales, & tenentur ad onera hæreditaria. adde quod no. j. de usufu. leg. l. si. aliàs est si alii, & melius, & tene m̄ti. Paul.

§. Iulianus.

Si in diuisione adiudicetur uni fundus alteri vsufuctus appellatione fundi sola proprietates continetur. h. d. no. quæ sit ratio diuersi. vide in gl. ex qua no. q̄ uerba sententiæ debent interdum impropriari, ut ualeat, & non pereat. Adde quod not. per Cyn. C. de anno. l. 1. & uide l. Proculus. §. de vsufuctu. quod ibi dixi §. sequens breuis est. Paul. de Castro.

§. Sed si dolo.

In hac actione uenit dolo, & culpa cohæredis, dum tamen commissi sit tantquam ab hærede. Item cum ista actione potest alia concurrere. Item pro furto serui hæreditarii facto alteri ex hæredib. non datur noxalis actio, sicut contra cohæredem, sed succurritur per hoc iudicium, ut sibi resarciatur damnum, uel seruus adiudicetur, damnum passo. Item contra cohæredem non habetur consideratio dupli, sed simpli tantum. h. d. v. l. q. ad l. his consequenter, & vide pro intellectu ipsius, quod no. per Cul. de Cug. C. eo. l. incerti. Item quod hic dicitur de culpa, qualiter ueniat culpa, dic ut j. l. hæredes. §. non tantum. Pau.

L E X XVIII.

- 1 Optionis legatum generale esse.

His consequenter.

Si seruus hæreditarius uni ex hæredib. prælegatus damnum dederit in hæreditate. non ante traditur, q̄ de ipso habeatur. h. d. cogitur etiam p̄legatarius resarcire damnum. ut §. eo. l. & puto in fi. Item si negotia heredi administruit, non ante traditur, q̄ rationes reddiderit. ut §. eo. l. Item Pomponius. Et t̄ not. hic in uerbo, generaliter, q̄ legatum optionis est legatum generale. In contrarium facit l. si domino Stich. de leg. 1. Solu. dic. q̄ illud non est legatum generis, sed speciei de genere: & ideo dicitur hic generaliter legatur, facit c. ex parte, & quod ibi no. de offic. deleg.

- 1 Occidens testatorem, uel eum, cui ab intestato succedere debet, priuari debet iure ac commodo hæreditatis eorum. Et quid si uulnere tantum: aut eius uxorem occidat. Et quid si fratrem, & quod ab eo aufertur, cui applicari debeat.
- 2 Priuatus, an de iure fisci opponere possit.

§. Sed an in

Prosequenti ius suum nō obstat exceptio criminis, per quod non sit ipso iure priuatus, sed ueniat priuandus per sententiam ad commodum alterius, q̄ excipientis, ad hoc alle. text. cum gl. No. ex tex. & glo. pen. t̄ Primo, q̄ occidēs testatorem, uel illum, cui ab intestato potest succedere, debet priuari iure, quod habet in hæreditate sua, ut hic, & j. de bo. dam. l. cum ratio. §. fi. Sed quid si uulnere dicit, q̄ non uenit priuandus, nisi exhæredetur, uel per testatorem expressè priuetur, ut in Auth. cum de appellatione cog. §. causas, & C. de reu. do. l. fi. Secundo no. q̄ idem est, si occidat uxorem testatoris, uel filium, quod est singulare, contra hoc facit l. codicil. §. matre. de leg. 2. ubi frater occiderat filium sororis, & tamen sibi succedebat ab intestato. Sol. ibi succedebat ipso iure, ut ibi: sed uenit priuandus per sententiam, ut in gl. facit l. ex facto, de uulg. & pu. Quid de illo, qui occidit fratrem testatoris? uide, quod no. in c. unico: an ille, qui occidit fratrem, dom. feu. amit. x. coll. Tertio no. q̄ illud, quod aufertur, debet applicari fisco, quod est uerum, nisi habeat concurrentem in gradu, quia tunc applicaret illi, non fisco q̄ m̄ Bar. quia ita no. in d. l. cum ratio. §. fi. de bo. dam. per l. 2. §. si fratris. si quis ali. testa. prohi. melius facit in Auth. de nup. §. ingratitude. Sed audiui Bal. reprehendentem ipsum per istum tex. cum gl. Nam tunc ille frater si debet sibi applicari, posset sibi de hoc opponere, quia non opponeret de iure tertii, sed sui cuius contrarium dicitur hic in tex. & glo. de hoc uide omnino, quod not. Gul. de Cug. l. fratris. C. de inoff. testa. Ultimo no. gl. quæ semper alleg. q̄ de iure fisci non potest priuatus opponere, adde quod not. in corpore de incestis nup. circa prin. unde dicit Inn. q̄ ad offensum solum pertinet excipere de offensa, & non ad alium, ut no. per eum extra de senten. exc. c. sacro. facit. j. quibus ex cau. in possel. ea. l. Fulcinius, quod si aduersus.

- 2 Patronatus ius omnibus commune esse hæredibus, licet unus tantum extestatoris mandato extruxerit capellam. Et an inter hæredem, & testatorem, aliquis contractus iniri dicatur, quando testator de aliquo hæredem grauat.

§. Idem ait.

In hac actione uenit id, quod testator fieri uoluit, & officium iud. imploratur. h. primo. & si aliquis ex hæredib. sit de hoc grauatus facere compellit, licet ad hoc etiam competat præscriptis uerbis actio. h. secundo. Item ueniunt sumptus per alterum ex hæredib. facti, & usura ipsorum atpe mora. h. tertio, usq. ad §. Celsus. t̄ No. text. ibi monumenti. sequitur etiam, q̄ licet unus ex hæredib. extruxerit capellam de mandato testatoris, tñ omnes habent ius patronatus, casus est hic, qui alibi non reperitur. Item no. tex. cum gl. dicit præscriptis, quod inter testatorem, & hæredem cōtrahitur p̄ctus in-nominatus do, ut facias. Nam cū testator ipsum grauat aliquid facere ut ipsum instituere, ut illud faciat. Sed p̄rium uidetur, q̄ hæc actio oriatur rōne alicuius p̄ctus initi cū testatore, sed potius ex quasi p̄ctu, qui oritur ex aditione hæreditatis. Nam tunc heres ut contrahere cum creditoribus & legatariis, & aliis creditoribus, ut ex cau. in pos. ea. & ista est uerior. not. tamen glo.

- 1 Modus agendi in actione familiae ercisc. remissiuus. Et quid si duo domum conduxerunt, an alter aduersus alterum agere queat, ut pensionis partē soluat, si timeat ob eam non solutam in rebus, uel corpore molestiam ferre.
- 2 Conuentionale pignus ut non liberatur, nisi in totum satisfacto, ita nec p̄torium.

§. Celsus.

In hac actione uenit, ut cohæres cogat soluere partē suā debiti, p̄ quo res hæditaria obligata est & si alter in solidū soluere uult, potest facere sibi cedi actiones p̄ cohæredes. Quod si nō fecerit, nihilominus per hanc actionem cōsequitur, & ueniunt et lucra p̄ alterum ex hēditibus p̄cepta cum aliis cōicanda. h. d. usq. ad l. si filia. Not. ex primo t̄ §. modū agendi, q̄ ago p̄ te, ut alteri soluas. Et iō si duo scholares conduxerunt domum, pōt alter agere p̄ alterum, ut soluat partem suā pensionis, si dubitat ex hoc molestari in reb. uel in persona a locatore. Item §. si filius declara. ut dicam j. e. l. si filia. §. 1. Itē t̄ no. in §. & cum unus, q̄ sicut pignus conuentionale non liberatur, nisi totum debitum soluat, ita nec pignus p̄torium.

L E X XX.

- 1 Contrahentium imperitiam à iure suppleri. Et ubi materia, super qua stipulatio initur rem magis, quam personam concernit, licet circa personam exprimat, non tamen ob id redditur stipulatio personalis.

SI filia.

Si soror promisit conferre, quod ipsa de dote exegerat: etiam quod eius hæres exegit conferendū est. hoc dicit. Et nota ibi nam imperitia, & c. q̄ t̄ Imperitia contrahentium suppletur a iure secundum subiectam materiam adde, quod no. C. de rei uxori. a. si. §. & ut plenius, per Cynū. Item nota quod ubi materia super qua interponitur stipulatio, concernit rem magis, quam personam, licet exprimat circa Pau. Cast. Nouz prælect. in ff. Vet. H 2 ca

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

ca personam, non tamen redditur stipulatio personalis, facit quod no. ad Treb. l. postulantem, ad prin. secus si personam concernat, vel esset indifferens, vt j. de serui. leg. l. si. & de liber. leg. l. non solum §. tale legatum. Pau.

§. Si filius. Filius succedens patri cum fratrib. percipere debet ante omnia illud, in quo iussu patris obligatus est, vel quod in patris utilitatem conuertit se obligando, vel quod patiuntur vires peculij, si peculiaris fuerit obligatio. h. d. ista tria dicta sic declara. Nam si filius iussu patris se obligauit, tam ipse, quam pater est obligatus in solidum, vt j. quod iussu per totum, si decedit pater plurib. filijs relictis, omnes sunt obligati per hæreditaria portione illa obligatione, qua erat obligatus pater, & sic in filium, qui se obligauit concurrunt duæ obligationes, vna propria, & illa est in solidum, alia hæreditaria, & illa est pro parte. Cui ergo possit in solidum conueniri ex propria obligatione: æquum est, vt sibi prouideatur, quod aut partem percipiat, aut totum debitum, & caueat alios defendere, vt j. proxi. Sed si se obligauit sine iussu, tunc aut conuertit in utilitatem patris, puta, recepit mutuo certum, de quo emit domum, quod in hæreditate est, & cõis alijs filijs, certe cum ipse possit in solidum conueniri ad illa certum, det aut omnia percipere, & sibi ca uere, vt in scdo dicto. Si non conuertit in utilitatem patris, tunc si quod habebat peculiũ, percipiet, quod patiuntur vires peculij: puta, pater concessit sibi in peculiũ, vt inde faceret sibi apothecam, & se exercitorẽ: ipse recipit mutuo duo milia, & posuit in mari, & perdidit: certum est, quod pater tenebat, quatenus erat in peculio. scilicet ad mille, & eodem modo hæres sui, percipiet ergo dicta mille, quod sunt in peculio, & non ultra, ita intellige vltimum dictum, & probatur j. eo. ver. percipere.

1 *Alio familiæ eriscunda num ei detur, qui hæres non est.*

2 *Cohæredes filij dotem uxoris quæ magna sit percipere volentis, si velint communiter onera matrimonij ad impediendam perceptionem sustinere, an audiendi sint.*

Verfi. Hoc amplius. Filius succedens patri cum fratrib. percipere potest dotem uxoris, vel minus, quam cõis pater receperat, & cauere se defensorum fratres, dotem verò quam ipse percipit sibi percipiet, quatenus patiuntur vires peculij, vel in rem patris versum est. h. d. vsq. ad §. si pater.

1 *Quæro, hic loquitur in filio instituto: quod in exhæredato: dic idem sicut in gl. vt j. de do. præle. l. 2. in prin. Et notandum, quod actio familiaris eriscunda detur illi, qui non est hæres, vel fortè dic, quod implorabit officium iudicis descendens ex ægitate l. si is. §. j. de iure do.*

2 *& ita debeat intelligi, quod ibi dicitur de utili iudicio. Secundo quæro, quod si fratres, & cohæredes volunt sustinere onera matrimonij, quia nolunt, quod deducatur, quia fortè dos est magna, & onera modica: respondeo, non debent audiri, quia in uerecunda petitio est eius cuius contrarium essent postulaturi. ar. §. de per hære. l. & si rem, & pretium: & ita tenent Doct. C. eo. l. 2. vbi omnino vide. Tertio quæro, hic loquitur, quoniam matrimonium constabat. Sed quid si solum erat tempore, quo fratres veniunt ad diuisionem, utrum possit frater recipere dotem uxoris defunctæ, ut ipsam restituat? videtur quod non, nam tunc cessat ratio istius §. Breuiter dic, aut fuit sibi prælegata per patrem: & tunc potest indistinctè percipere, vt l. 2. in prin. & l. pater dotem, de do. præle. Sed si prælegata non fuit, tunc distingue tres casus, aut ista dos veniebat statim restituenda, quia consistebat in immobilibus, aut ex interuallo, quia consistebat in mobilibus iuxta §. exactio. de rei vxor. act. Aut nullo modo veniebat restituenda, quia ex pacto, vel statuto debebat maritus lucrari. Primo casu non percipiet, quia cum restituenda sit statim: ita potest restitui per manus fratrum, qui sunt ad hoc obligati, sicut per manus ipsius mariti. Vnde circuitus est vitandus. vt l. dominus testamento, de condi. inde. facit l. si mulier, & quod ibi no. j. de condi. ob causam. Secundo casu dic, quod aut matrimonij sustinebantur adhuc onera, ut quia solum erat matrimonium morte mariti, & j. annu vxor erat alimentanda ab hered. mariti iuxta ea quæ no. in d. §. exacti. & tunc hæredes dicti mariti venientes ad diuisionem cum fratribus ipsius mariti debent eam percipere, quia subest ratio huius §. j. & l. si is. §. j. de iure do. Si vero non sustinebantur ista onera, ut quia solum fuit matrimonium morte uxoris, & sic commoda dot. j. annu debebant remanere penes patrem mariti, tunc secundu ista tempora non debebat percipere, quia ista commoda erant communia inter omnes fratres, cum filius non haberet proprietatem in aduentitijs. Ita intelligitur l. pater dotem, cum glo. de do. præle. hodie vero quia istud lucrum prouenit occasione matrimonij, debet esse præcipuum ipsius vt l. 1. C. de bo. quælibe. & iõ poterit dotem percipere sicut Bar. in d. l. pater dotem. Tertio casu distinxit Dy. quod aut matrimonium fuit solum in vita patris, & tunc dos, quam lucrari debebat, det esse communis inter omnes filios. Aut post, & tunc ipsius mariti tamen, vt in l. 2. C. eo. vbi vtr probari, & ita tenet ibi Cy. Bar. aut in l. si cum dot. §. transgrediamur. in fi. fo. matr. dicit hoc esse uerum de iure isto. hodie vero indistinctè dictum lucrum debet esse præcipuum mariti, vt d. l. 1. de bo. quælibe. Ego puto dictum suum uerum, quando lucrum dotis proueniebat ex statuto, vel consuetudine, vel ex legato uxoris, uel ex pacto interposito per ipsum maritum, & ita intelligitur d. l. 1. de bon.*

quælib. Sed si pactum de lucranda dote esset interpositum per patrem communem, tunc quocumque soluat matrimonium, puto quod lucrum sit commune inter fratres, quia non intendebat pater proficere uni filio tamen: sed sibi, & per consequens omnibus filiis, nisi contrarium dixisset expressè, vt §. de pact. l. auus. ergo dicit omnibus. prodesse, nec dicit aduentitium, sed profectitium ex quo prouenit ex prouisione patris, vt l. sed & si plures §. in arrogato. de vul. & l. profectitia. §. si. de iure do. Et ad distinctionem facit l. postulante. §. si. ad Treb. quæ no. & tene menti. Vltimo circa versiculum percipere, vide quod no. in Spe. de iud. §. sequitur, versic. sed quid si conuentione manente.

§. Si pater. Diuisio bonorum, & distributio onerum hæreditariorum facta per patrem inter liberos non cenietur donatio inter viuos, sed habet vim vltimæ voluntatis, & seruanda est, tamen per hoc iudicium, quam per actionem. h. d. An ista diuisio habeat vim testamenti: dic, vt no. C. e. l. quoties. & l. filii. Itẽ potest fieri in minus solenni voluntate. vt C. eo. l. si.

L E X XXI.

Papinianus ait. Si vni. Si testator grauauit vnum ex hæredibus. vt in solidum suscipiat onera hæreditaria, cogitur hoc facere per officium iudicis deseruiens huic actioni, salua tamen Falcidia, & de hoc ceteris cohæredibus. cauere tenetur. h. d. pro cuius declaratione, vide l. seruo legato. §. si testator. de leg. 1. & de leg. 2. l. cum ab vno. de leg. 3. l. fideicommissa. §. interdum. Paul.

1 *Expensas factas a patre in vno filiorum in studio agente post patris mortem, an recte ceteri repetant. Et quid si pro vno filiorum condemnato iudicatum fecit, soluitque.*

§. Idem scribit. Filius pro parte succedens patri potest in parte percipere illud, in quo pater eius pro ipsius munere, vel dignitate obligatus erat, siue fuerit adeptus dignitatem in vita patris, siue post mortem. Secus si pater pro illo, non erat obligatus. h. d. no. vsq. ad §. idem Pap. & est vulgaris, & no. per quod determinatur, quod si pater tenuit filium in studio, & ipsum fecit doctorari: quod post eius mortem alii fratres non possunt recuperare expensas factas per patrem. Et idem si pro talibus expensis se pater obligasset, quia potest ille filius eas percipere. Sed si nondum profecerat studium in vita patris, nec pater pro ipso se obligauerat per mortem patris non potest petere a fratrib. vt teneant eum in studio, vel faciant ipsum doctorari cõibus bonis, sed debet hoc facere de sua tamen portione, licet Dy. tenuerit prius, vt no. per Bar. j. ad municipales. l. Lucius. §. idem respondit, & de collat. dot. l. j. §. sed Castrense, versu. planè. Ex hoc et patet, quod alii fratres non possunt petere post mortem patris, ut eis fiant similes expensæ, quas pater fecit in alium si pro illis non erat obligatus pater. vt j. de munerib. & hono. l. 1. r. i. fine, & ibi notat. per Dy. & Bar. Sed quid si vnus ex filiis fuit cõdem natus pro maleficio, & pater soluit condemnationem, an alii filii possunt repetere post mortem patris? vide Gul. de Cug. C. e. ti. l. incerti. & Bar. in l. sicut, de pe. leg. & Bal. in auth. si capti. de Epis. & in Specul. de iudicijs. §. censetur: uersiculo, quod si alter ex cohæredibus. cum versiculis sequentibus. vbi plenè tractat materiam huius §. Itẽ quid econtra, de lucro acquisito per unum ex filiis, an sit cum aliis communicandum. Vide in eo. §. versu. vt autem simplex, & Bart. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. de administratione tutorum, & cætera.

§. Idem Papinianus. Hoc dicit, si vnus ex hæredibus grauatus sit soluere totam dotem: cogitur hoc iudicio alios indemnes conseruare. Itẽ legatum uxori relictum in recompensationem dotis, & per ipsam non acceptatum remanet penes illum, qui sustinet onus dotis. h. d. usq. ad §. si. uide l. cum ab vno. de leg. 2. Et not. secundum ista iura: si maritus legabat uxori: debebat esse vxor contenta alterutro, vel legato, uel dote, hodie potest petere vtrumque. ut C. de rei vxor. sciendum, nisi sit dictum expressè contrarium, quod animo compensandi, vt C. de hæred. inst. l. si compensandi. & no. per Bart. in l. si cum dotis. §. si pater. sol. matr.

§. Idem scribit. Hoc dicit, id quod vnus ex hæredibus implendæ conditionis causa capit, non tenetur communicare cum aliis, licet ex hæreditate fuerit. h. d. contra illud facit l. nec ulla. §. idem erit dicendum. in fin. sui, de petitione hæreditatis. vbi talia veniunt in petitione hæreditatis. Solut. petitio hæreditatis datur contra hæredem putatiuum, qui nullum ius habet in hæreditate, ideo tenetur restituere hæreditatem, & quicquid ex ea vel propter eam percepit. Sed hæc actio datur contra cohæredem, qui habet ius in parte. Vnde non tenetur illam partem restituere, nec aliquid, quod occasione illius perceperit, licet fuerit ex hæreditate, si tamen non habuit titulo hæreditario. Pau.

L E X XXIII.

1 *Index in sententia plura faciens capita, & in vno eorum purè pronuntiauit, an in alio illud modificari queat.*

Item

Item Labeo. Si vnus ex hæredibus pecuniam hæreditariam subtrahit: tenetur alteri cohæredi ad restitutionem partis: si cum extraneo partitus est, tenetur communicare illud, quod penes eum remansit, hoc primo. Item iudex famil. ercisc. per adiudicationem, vel diuisionem dirimere debet controuersiam inter partes, & ei, quod vni adiudicat in ipsa adiudicatione seruitutem imponere potest. Sed si purè vni adiudicet: alij adiudicatis seruitutem amplius imponere nõ potest, hoc secundo. Item hæc actio competit in rebus, & personalibus præstationibus hoc tertio vsque ad s. familia. Et nõ diligenter tex. cum glo. & etiam, qd si in sententia iudex faciat plura capitula diuersa, & in vno capitulo aliquid purè disponat: non potest in alio capitulo modificare, quod est valde singulare, nisi in primo capitulo dixerit saluo eo, quod j. dicam, s. m. gl. parua, quam no. nam tunc nõ vñ purè disposuisse, & alie. hæc gl. qd si iudex in snia non condemnat partem in expensis, sed reseruat earum condemnationem, pöt quodocunque postea condemnare, de quo vñ casus in l. terminato. C. de fructib. & lit. expen. s. m. verum intellectum, quod ibi tenet Bar. licet alij cõtra. tñ practica est, qd condemnat, & reseruat taxationem. Paulus.

S. Papinianus. Hoc dicit, iudex fami. ercisc. potest rē, quæ apud hostes est, vni ex hæredibus adiudicare ppssem postliminij, & si non redeat, pecuniam q̄ ille soluit, recuperat, nisi dubius euentus fuerit æstimatus: præstationes etiam eius rei, quæ est apud hostes, vel nõ est in rerum natura, in hac actione veniunt. Item contra bonorum possessores, & fideicommissarios vniuersales, vel hæredes eius, qui apud hostes decessit, hæc actio locum habet. h. d. vsque ad l. hæredes. S. j. facit ad primum dictum c. abbate sanè. de re iud. lib. 6.

L E X XXVI.

Hæredes eius.

S. Si miles. Inter hæredes diuersarum hæreditatum hæc actio locum non habet. Quantum ad illum, qui conuenitur hac actione, nil interest, possideat, vel non possideat. vsque ad s. de pluribus.

S. De pluribus. Si plures hæreditates ex diuersis causis habeo communes cum vno, vel cum pluribus: & sit de vna, vel pluribus quæstio, hoc iudicium necessarium est ad ipsas diuidendas. Possum etiam agere de vna tantum omittis aliis. h. d. vsque ad s. si testator. Quæro quõ intelligitur vnum iudicium. Rñdeo. i. vna instantia, vnus libellus, & vna actio simpliciter, vel in genere intērata s. m. gl. Nam per hoc videntur intentare tot actiones, quot sunt hæreditates. Ex qua gl. no. qd est reperire actionem in genere, de qua dic, vt nota. per Cyn. in l. j. C. de actionib. & obliga. Item quæro quid si haberem hæreditatem cõmunem tecum, aliam cum Titio, an possim vos quærere vno libello? dic, qd nõ, Sed tot sunt necessarij, quot personæ, vt j. de aqua plu. arcen. l. s. iter. s. Cassius, & ibi notat. Pau.

S. Si testator. Si testator habebat rem cõmunem cum hæredibus: pars testatoris dūtaxat, venit in hoc iudicio adiudicanda, vel diuidenda, etiam si partem suam propriam ille cum quo erat communis, vendiderit. h. d. secundū verum intellectum, licet glo. multum se inuoluat. Ad hoc, quod dixi de vendicatione: faciebat dubium l. ex hæreditate. j. cod. Sed solue, vt in glo. finali.

- 1 Titulus generalis, & specialis quando in vno concurrunt: magis spectatur specialis, quàm generalis. Et quid si quis totam rem hæreditariam dicat, partēq; petat, in qua succūbat, an debeat res tota censeri nõ esse hæreditaria.
- 2 Sententia lata pro vno prodest etiam ei, qui post sententiam ab eo, qui obtinet, causam habet.

S. Quod pro emptore. Illud quod alter ex hæredibus possidet titulo non hæreditario, non uenit in hac actione. Item qui partem rei hæreditariæ, quæ ipsum contingebat, petiit rei vendicatione, & succubuit, excluditur ab hac actione, tam in illa, q̄ in altera parte. h. d. vsque ad s. an ea. No. j. etiam in primo dicto, qd quando in vno concurrunt titulus generalis. s. hæreditarius, & specialis. s. pro emptore: magis inspicitur specialis, quàm generalis, de hoc tertio textus no. l. ante vitium. s. ex facto. de diuersis, & temporalib. præscriptionibus & ibi no. Item no. ex secundo dicto, qd si quis dicat totam rem esse hæreditariam, & petat partem ipsum contingentem, & succumbat: videtur per sententiam declaratum totam rem non esse hæreditariam, vt patet in fine s. quod intellige, quo ad aliam partem, quantum ad præsumptionem, quia ista sententia nõ nocet alteri, quo ad eius præiudicium, vt etiam hic colligitur ex textu, & glossa. super verbo traditus. Item nõ nota. qd sententia lata pro vno, prodest illi, qui post sententiam habet causam ab eo. de hoc, in l. si a te. s. fina. de exceptione rei iud.

S. An ea stipulatio. Stipulatio rei indiuisibilis nõ diuiditur inter hæredes pro hæreditariis portionibus, sed ad quemlibet eorum transit in solidum actiue, & passiuè, & etiam facto vnus hæredis tenentur in solidū ad interesse omnes pro hæreditariis portionibus, & ideo debet iudicis officio cautio interponi, & ille cuius facto fuerit ad interesse commissa, cõseruet alios indemnes, qui ex hoc conueniri possunt. hoc dicit in effectu, vsque ad s. idem iuris. declara istos textus per l. 2. infra de verb. obligatio. & dic, vt ibi plenè notatur. Pau. de Castro.

S. Idem iuris. Stipulatio quãtitaris diuiditur inter hæredes pro hæreditariis portionibus, ex l. 12. tabu. vno tamen non soluente, pœna committitur in solidū, ad quem omnes tenentur pro hæreditariis portionibus & ideo ille cuius facto commissa fuerit, cogitur alios indemnes conseruare, & si alter ipsorum totam summam soluerit, ne pœna committatur, reperita quolibet pro parte. Idem si soluit, ne pignus distrahatur, vel ne seruus noxæ detur, quē retinere expediebat. Idem vbi quid aliud fecit, quod fieri intererat, neque poterat p parte fieri. hoc dicit vsque ad s. non tantum, & declara illum s. vt plene habetur in l. eadem. s. Cato. & l. quinta. s. si sortem, de verbor. obligationib. & supra si quis cautio. l. si seruus. s. si plurium. & c. Pau. de Cast.

S. Non tantum. In re cõmuni tenetur quis parem diligentiam adhibere, quam in re propria, non maiorem: bene tenetur de dolo, & leui culpa, non leuissima.

S. Si incerto. Si vnus ex hæredibus impedit cõmunem electionem propter suum dissentium, tenetur aliis ad interesse. Bal. & no. gl. magistrum quæ est hic, & signa, quæ multum plene ponit, quot habeant electionē in legato generis, de quo plene uide in l. legato genera. de leg. primo.

S. Si filius. Filius soluens condemnationem paternam, non videtur soluere animo donadi, sed animo repetendi, & ideo post mortem patris a fratribus repetit. hoc dicit, multum no. Paulus. Quid econtra de patre soluente pro filio? dixi s. eo. l. si filia. in s. idem scribit, & ibi dedi remissiones. Gl. opponit ad id, quod dicitur de filio soluente in vita patris, qd repetit per hanc actionē. Nam videtur hic aliud, qd modo faciat tantum hæres: vt supra eo. l. puto. s. sed si dolo. Sol. dicit glo. qd ipse ciale est in filio, dic, qd ratio specialitatis est, quia in vita patris videtur indirecto hæres, vt in l. in suis. de liberis & posth. & sic illa cõtemplatione videtur soluere. Sed quid si filius in vita patris aliquid furatur de bonis paternis: utrū post mortem patris per hoc iudicium debeat restituere, vel veniat in iudicio restituendū? Nam de extraneo hærede certum est, qd non, vt in dicto s. sed si dolo. Sed in filio videtur dicendum, qd sic, per istum tex. In contrarium facit, quia non dicitur facere tantum hæres cum delinquat, vt infra de acquiren. hæred. l. fuit quæstionis. Solu. de hoc dic plene, ut notatur per Guiliel. de Cug. C. eod. l. incerti. Pau. de Castro.

S. In famil. ercisc. iudicio nihil dēt. Iudex famil. ercisc. nihil debet relinquere indiuisum. Item curare debet, ut in rebus quas adiudicat de eiuictione caueatur. Item pecunia prælegata vni ex hæredibus si non reperitur in hæreditate: soluenda est pro hæreditaria portione de cõmuni, nõ de parte cohæredum. h. d. vsque ad l. in hoc iudicio. Paul. Primum dictum declara per ea, quæ habentur supra eo. l. si filia. s. famil. ercisc. & j. eo. l. in hoc iudicio. De secundo dicto dic, vt C. eod. l. familia. & de verb. oblig. l. qui Romæ. s. duo fratres. & ibi notat. Ex tertio dicto no. singulariter, qd si sint tres hæredes, & testator vni ex eis præleg. 30. licet pecuniam non dimiserit in hæreditate: tamen alij duo hæredes non tenentur in solida 30. vel non tenentur in solidum ad 30. Sed quilibet ipsorum ad 10. vel pro hæreditaria portione. Et sic hæres cui factum est prælegatum, computatur in numero heredum grauatorum ad dictum prælegatum, & sibi ipsi debet contribuere, sicut quando prælegatur res hæreditaria vni ex hæredibus. Nam alij non tenentur tradere, nisi partes quas habent in illa iure hæreditario: quod est valde singulare. Hoc intelligo uerum, quando prælegatum fit isto modo, puta, Titium Seium Caium hæredes instituo. Itē Titio prælego. Et idem si diceret grauo hæredes meos, vt Titio cohæredi ipsorum dentur centum: nam in istis verbis grauaminis comprehenditur ipse Titius. scilicet, vt tantū minus debeat habere, quantum tangeret partem suam, si fuisset grauatus dare vni extraneo. Secus putarem, si alij cohæredes propriis nominibus essent grauati dare cohæredi: quia tunc ad totam summam tenentur, nec debet ille computari, quemadmodum si essent grauati propriis nominibus dare uni extraneo. Nam ipsi tenentur ad totam summam, & ille qui non esset grauatus ad nihilū, ut infra de leg. j. lab omnibus. in principio, & in l. si a Titio. ubi declaratur iste s. nota. quem nota. Paulus.

Pau. Cast. Nouæ prælect. in Dig. Vet.

L E X XXVIII.

In hoc iudicio. Si iudicium sit inchoatum cum pluribus ex vna causa in omnium persona ferenda est sententia, nec valet, si ferretur in personam vnius, & non in personam aliorum, h. d. secundum intellectum, quem puto ueri, licet gl. declaret male. Pone casum, q̄ eramus, quatuor cohæredes, moui hanc actionem contra tres, petens hæreditatem diuidi, & certas expensas, vel sumptus, quos in hæritate feci: iudex vnum de istis mihi condemnauit pro parte sua, de aliis mentionem non fecit: certe non valet sententia, quo ad illum, quia debebat alios condemnare, vel absolueret, & sic est hic casus de eo, quod notatur C. si aduersus rem iudicatam. l. j. v. delictet, q̄ si peto centum, & iudex condemnet in quinquaginta, & de aliis mentionem non fecit condemnando, uel absoluendo: non valet sententia. Prædicta uera, quando ex vna causa vnum, uel plura petuntur, secus si ex diuersis causis. Paul.

L E X XXIX.

Rempignori. Si res testatoris obligata vni ex hæreditibus prælegatur: de communi pecunia luit debet, non autem a cohæredibus in solidum. h. d. Paulus, simile s. eo. l. hæres. in fine.

L E X XXX.

- 1 *Actionem, & retentionem habere eum, qui pro sibi adiudicato soluit. Et qua sit ea actio. § nu. 4.*
- 2 *Cohæres partem debiti recipiens, in soluentem ius pignoris transferre videtur. Et qualiter id intelligi debeat.*
- 3 *Cessione, vel translatione iuris hypothecæ, an personalis quoque actio cessare videatur.*
- 4 *Hypothecaria sine principali an cedi possit.*
- 5 *Creditor in re obligata debitoris procurator esse censetur, Et qui animosè amplius licitatur, ac soluit, quam debeat, non recuperat amplius solutum.*

SI pignori. Res obligata testatori, potest uni ex hæreditibus adiudicari, ut tamen soluat cohæredi partem, quæ sibi debetur: nec cauebitur soluenti de euictione. † Sed bene habebit retentionem, & etiam actionem contra debitorem in eo, quod soluit cohæredi, etiam si plus soluit, q̄ sibi deberetur, si hoc expediebat debitori. Paulus. Et est difficilis in textu, est tñ notabilis. No. q̄ cū res obligata adiudicatur uni ex hæreditibus, q̄ soluit æstimatione cohæredi: nō cauet sibi de euictione & est rō s̄m textū, q̄ nec cauetur illi, qui soluit æstimationem litis. Ista tamen ratio non est bona, nec sufficiens, cum ille, qui soluit litis æstimationem, est in culpa, quare rem non restituit. Et pp̄ hanc causam, sibi cauetur de euictione, ut patet in l. & ex diuerso §. petitor, de rei uendi. Sed iste, cui adiudicatur nō est in culpa. Præterea hoc uñ cōtra l. cohæredes, circa finem. s. eo. ibi dum dicit. Item curare debet, ubi cauet illi, cui fit adiudicatio quod nō fieret. si ei imputaretur soluenti litis æstimationem. Dic ergo, q̄ ratio est, q̄ creditor cum rem obligatam uendit, uel ius, quod in ea habet, non tenetur de euictione, ut C. creditorem euic. pign. nō debere. l. j. & l. 2. sed sufficit, q̄ p̄bet aliqua de quib⁹ ibi h̄r per gl. facit de euictionib. l. in creditore, cum ergo iste cohæres, cui soluitur, sit creditor pro parte, & ius suū uendat cohæredi: non tenetur de euictione se obligare. Secundo no. q̄ ille, cui adiudicatur pro eo, quod soluit, habet retentionem, & actionem. Sed quæro, q̄ actionem? Rñdeo s̄m gl. quæ incipit. i. e. con trario duplicem actionem. s. hypothecariam, si caderet a possessione rei. Item & actionem negotiorum gestorum, quia utiliter gessit negotium debitoris. Ex primo dicto no. q̄ † cohæres recipiendo partem debiti, uidetur transferre in soluentem ius pignoris, quod habebat. Hoc uñ probari s̄. de negotiis gest. l. fideiussor. Vbi dicitur, q̄ uñ ius suum uendere, ex qua uenditione, ipso iure transfertur ius quod habebat, ut in l. 2. C. de act. & oblig. glo. tñ dicit, q̄ cohæres cogitur ad cessionem expressam. Sed non uideo ad quid sit necessaria, cum ipso iure transeat in eum ius ignorantem, nisi dicas quod, prodest, quo ad faciliorem probationem. Iuxta ea, quæ notantur per Bar. in l. 4. §. nunc de effectu. de liberatione leg. Sed tunc q̄ro quo remedio coget ad hanc cessionem expressam? dic, officio iudicis, ut no. j. de lega. j. l. si res obligata. Et adde quod prædicta probatur de his, quæ in prior. credi. locū succedūt. l. j. & l. ij. & j. quæ res obligari possunt. l. Aristo. Nā ibi per gl. & Doctores ponuntur tres casus ad sciendum, utrum ille qui soluit, succedat in ius pignoris. Sed iste uidetur quartus. s. cū soluit cohæres, cui res obligata adiudicatur, qui non cōprehēdit sub aliquo de illis trib. Immo indistincte succedit in ius pignoris, quod no. & tene mēti. Item † quæro s̄m gl. utrum p̄ cessionem, uel translationem iuris hypothecæ uideat cessa actio p̄sonalis, gl. q̄rit, & tenet finaliter, q̄ non, quia ad translationem accessorij non uenit principale, secus econtra, quam gl. no. quia quotidie ad ea recurritur. Ex † qua habes, q̄ pōt cedi hypothecaria sine principali, & ad hoc alleg. Simile notatur C. de pig. l. usufrucap. ff. de pig. l. j. §. cum prædium. Secundum uero dictum gl. de ac. nego. gest. probatur in d. l. fideiussor. de nego. gest. Tertio no. q̄ ille cui adiudicatur, habet actionem pro toto eo quod soluit, etiam si plus sol-

1 *Præscriptio in criminalibus per libelli oblationem interruptitur.*

§. Quinquennium.

Postulatus est per oblationem, s. libelli. Et no. q. in criminalibus. præscriptio interruptitur per oblationem libelli. quod est valde notandum, vbi cūq. inuenitur de criminalibus. in civilibus autem requiritur interrogatio, vel litis contest. vt no. in l. sicut. & l. cum notissimi. §. in his. C. de præsc. xxx. vel xl. ann. Et no. s. de vñc. l. si alienam.

§. Hoc amplius.

Interruptio civilis solum prodest interrupti. h. d. tex. cum gl. Nor. fin. huius. l. in ar. q. episcopus non possit dispensare de adulterio commissio cum vi. vt c. ar. si clerici. de iudi. quod dicit, quod episcopus possit dispēfare, intelligitur de simplici. quod h. c. o. in scō.

L E X X X X.

1 *Accusans ex officio num de calumnia teneatur. Et ultimam termini diem in termino computari.*

2 *Paria esse si quis dicat a diuortio, & a die diuortij.*

Pater. Non summatur. No. q. ille qui accusat ex officio tenet de calumnia euidenti, nō præsumpta, vt no. j. de accu. l. 2. Item no. q. vltima dies termini computatur in termino. Calumnia. l. euidenti, ut in gl. No. q. paria sunt dicere, a diuortio, vel a die diuortij. vt hic cōiuncto. §. sex mensium. s. l. prox. Quod facit pro statutis, vel citationib. q. dñt a tali die, & c. quia paria sunt a tali die, vel ab actu commissi tali die. Diuortio. hodie vñr. q. a die commissi criminis. cum statim possit maritus accusare et cōstante matrimonio, ut in Aut. vt liceat ma. §. quia vero pluri. & intellige hic, diuortio. i. ab eo momento, quo fit diuortium. & sic de momento ad momentū computatur. Sed supra. l. prox. in §. sex mensium dicitur. q. a die diuortij. Sed idem est dicere a die diuortij, q. a diuortio, quod est notandum. nam paria sunt dicere. q. tempus currere incipiat a tali actu, vel a die quo actus celebratur, nam vtrobique computatur de momento ad momentum. Quod bene no. ad terminum statutorum. & iudicis. secundum Bar. Dic. No. q. vlti. dies termini computatur etiam in illo die quo fieri possit id, quod poterat fieri diebus præcedentibus. Paulus.

L E X X X X I.

Quinquennium. In tempore continuo non computantur dies quibus quis impeditur agere, vel accusare de iure. h. d. no. Concor. l. prima. in fi. de anna. Excepti. C. Sed dies quibus impeditur agere de facto bene computantur. Sed si iusta causa est, conceditur restitutio in integrum. s. de fer. ru. prædi. l. Atticilius. & no. per do. in l. j. C. de bo. mater. & d. l. j. in fi. de anna. excep.

L E X X X X I I.

1 *Accusari duo simul quando dicantur. Et an testes qui deponunt, se successiue per rimulam hostij vidisse, singulares dici debeant.*

2 *Mandans ac mandatarius simul in eodem libello accusari possunt. Item, & falsos testes producens vna cum ipsis testibus.*

Nihil. Dummodo vtrunq. occidat. Verbis quæ requirunt vtrunq. occidi. s. eo. l. patri. Seruata. q. rō locum habet etiam si sine vulnerib. filia fugerit, nō tñ voluntate patris. & no. q. paria sunt aliquid fecisse. vel per eum non stetitisse quin fecerit, quod verum, non solum vt excusetur a pœna illius actus omissi, sed etiam a pœna alterius actus commissi, ut hic probatur.

§. Cum altero.

Adulter, & adultera simul accusari non possunt, sed cum altero eorum bene potest accusari, qui domum præbuit, vel consilium ad ma-

liferium committendum. Finiatur. & ideo non currit tempus ad accusandum. s. l. prox. Duos. s. in crimine adulterij. s. adulterū. & adulteram, sed in alijs criminibus secus, nam etiam. x. accusari possunt eodem tempore, si eiusdem maleficii sint participes. C. si reus, vel accusator. mor. fue. l. j. & ibi no. in l. hos accusare. §. lex Julia. s. de accus. Et tñ no. q. simul duo dicuntur accusari qñ pendente iudicio, q. vnum accusatur alter, licet eodem libello non fuerint accusati. Quod facit ad quæstionem testium dicentium, se per rimulam hostij aliquid uidisse successiue, nam ex hoc non redduntur singulares: nam simul dicuntur uidisse. licet viderint successiue, continuato tamen tpe. de hoc s. de vul. & pu. l. Corn. in fi. melius. j. l. seq. & ibi, est casus. No. q. si. tex. in arg. q. mandans, & mandatarius possunt accusari simul in eodem libello, quia sunt participes eiusdem criminis. Item producens falsos testes simul cum testib. accusari potest de falso. Casus est hic in rōne sui. de quo tamen Cy. multum se inuoluit. in l. j. C. si reus, vel accus. Sed Bar. determinat. per hunc tex. in d. l. hos accusare. §. lex Julia. de accus.

L E X X X X I I I.

1 *Mulier si cum seruo adulterium commisit, vter accusari prior debeat.*

2 *Testes, vt non sunt ante lit. contest. in alterius præiudicium recipiendi, ita nec aliquis torquendus.*

§. Si quis adulterium.

Si seruus adulterium committit, primo debet accusari mulier, q. seruus. h. d. vel sic, si adulterū fuit cum seruo commissum, est ab adultera incipiendum priusquam ad ferui torturam veniatur. h. d. est ratio q. ne seruus intortura ad confitendum afferat aliquod præiudicium mulieri, nam licet eius confessio plenum præiudicium non facit mulieri, facit tamē aliqualem præiudicium, ut hic pbat. extra. eo. c. significauit. secus in snia, quæ lata q. adulterum nullum facit præiudicium adultere. sup. eo. l. denuntiasse. §. quæritur. Et no. secundum Iac. de Are. q. si sic t. tests ante lit. contesta. non sunt recipiendi, q. aliquem, ita nec aliquis torquendus est in alterius tale quale præiudicium an lit. contest. quod est notandum. In gl. j. a snia. Ista est vera. uel et dic. C. e. si dum. Sed ista nō est vera. sup. de accu. seruos. §. si. Paul.

1 *Princeps mandans castrum diruendum ita mandare videtur, ne postea adificetur.*

§. Si quis adulterium.

Paria sunt adulterum cū vxore repertum permittere abire: uel ipsum in domo amicabiliter detinere. & mādarū leg. indefinitum intelligitur perpetuum. h. d. notabiliter. Adulterum repertum cum vxore non dimiserit, s. m quod l. phibet. vt s. e. l. mariti lenocinium. in princ. Retinuerit. s. in domo amicablr. Nouercam. cum nouerca repertum. In uxorem. s. repertum. Verbis. quæ loquunt de demittente adulterum cum uxore repertū. & uxorem detinētem, quod facit pro statutis, q. b. cauetur. q. syndici comitatus debeant malefactorem punire, q. si malefactores dimiserint, condemnent in centum, & syndicus aliquem. pone Stichum in maleficio repertum non dimisit abire, sed retinet eum domi, q. puniatur ex mente statuti. Verbis. q. b. vñr. satisfactū dimittendo. Nam. l. præcipit marito, q. uxorem dimittat. non tñ vetat quin reducere possit. Sed certe vetare vñr. ne fraus fiat, ut sequitur. Et est in ar. s. m Doct. q. si princeps decreuit, aliquod castrum diruendum, vñr. uetare ne postquam dirutum est, cōstruat. Pœnæ ergo intelligunt esse perpetuæ: si sine pñitione tps inducuntur, quod est verum, qñ imponuntur pro maleficio. s. de l. seruo. Secus si pro contumacia, quia tñ sunt temporales quousq. durat contumacia. extra. de constit. c. ex literis. & adde quod hñ j. de pœ. l. præiudicium. Fiat. hodie q. quia post quam mulier detrusa est in monasterium, licet marito eam recuperare. C. eo. euidētis. Sed hodie contra, dic, ut extra. de iureiu. c. quemadmodum. in fi. & 3. q. j. ca. si quis uxor. cum plurib.

L E X X X X V.

Accusaturus.

Libellus malè conceptus potest emendari, & per ipsum non interruptit præscriptio, q. per solam libelli dationem solet interrupti. h. d. multum singulariter. Sed in ea quæ interruptitur per litis contest. inspicitur, an ipsa litis conte. fuerit legitima, ut mutatur in l. j. C. de lit. contest. Si tempora. s. quinquennij in gl. ad primum dic, q. d. ibi erat fundus officio suo, hic non, ar. s. de re iud. iudex. ad aliud dic, quod ibi per electionem ius eligendi expirauit, hic, non.

L E X X X X V I.

Si minor.

Post pubertatem. sed etiam si malitia supplet ætatem. extra. de despon. impu. c. puberes. & adde. de delictis puerorum. Pau. de Cast.

L E X X X X V I I.

1 *Veritas spectanda potius, quàm opinio.*

2 *Adulterij pœnam, quæ sunt, quæ totaliter, excusent ac tollant.*

3 *Penitentiam locum non habere in eo, qui ab accusatore est praeuentus. Et nulla ignorantia nupt. incestus confirmat.*

4 *Adulterium cum incestu cum simul committuntur, an duo oriuntur delicta & sic due actiones. Et quid si ex forma statuti utrunq. delictum puniri debeat. Et mulierem sicut masculum mortis poena plecti.*

Si adulterium. Si committatur incestus cum nupta, & sic concurrat cum adulterio, vel cum soluta, & sic concurrat cum stupro: quia ambobus casib. datur opera rei illicitae, punitur foemina, sicut masculus: & quia duplex est delictum ex uno facto descendens, duplex oritur accusatio. h. d. primo vsq. ad verum, quia multum interest. Et supple, nec tunc aliqua datur excusatio mulieri, vel masculo ratione alicuius ignorantiae cum det operam rei illicitae, vt in versu. fratres circa si. Nam inspicimus potius, quod est in veritate, quod est in opinio. s. de iniur. l. cum qui. s. si iniuria.

Item supple, quod tunc in nullo mitigatur poena. Nam mitigatio non fit, nisi ratione ignorantiae, vt in versu. nonnunquam. quae non incidit in his casib. & sic habes primam partem. Secundo dicit, in ver. quia multum. quod quando contrahitur incestus sub colore matrimonij, & sic dando operam rei licitae, si quidem ambo ignorant ius, & factum, eis parcitur, si vero sciunt utrumque tunc nulla datur excusatio, sicut cum datur opera illicitae rei. Si vero sciunt factum. vt puta consanguinitas: Sed ignorant prohibitio

2 nem iuris: tunc poena intelligitur etiam in masculos. Aqua poena tria sunt, quae totaliter excusant. s. sexus, & iste non excusat ab ignorantia iuris naturalis, sed positiui tantum. Secundo excusat aetas. nam minor xxv. ann. ab utraque ignorantia excusatur. s. iuris naturalis, & positiui, postquam dat operam rei illicitae, & sic melioris conditionis est minor, quam mulier. Tertio excusat poenitentia. nam si poenitentes incestus nuptias diuertant in continentiam, antequam accusetur:

3 tunc omnis poena remittitur eis. Ex quo no. poenitentiam non habere locum, postquam quis ab accusatore praeuentus est. Item incidenter dicuntur duo, primo, quia propter nullam ignorantiam incestus nuptiae confirmari possunt. Secundo quod licet ratione sexus, aetatis, vel poenitentiae praesumatur ignorantia iuris: non tamen in aliquo praesertim talis error praesumptus: nisi per partem allegat. h. d. multum notabitur & magistraliter, & ad istud ultimum sp. alleg. ver. Idem Polloni. est eum valde notab. & singularis in hoc, quod est eo casu quo pars habet pro se iuris praesumptionem, non potest iudex supplere de facto, sed oportet, quod pars alleget factum super quo fundatur iuris praesumptio, tenendum est menti, quia non habet alibi. In tex. adulterij poena. vult dicere, an si vnica tantum accusatio oriatur, puta adulterij tantum, vel stupri tantum, vel incestus tantum, & videbat quod sic, quia vnicum factum est, sed licet sit vnum factum, dicit Iuriconsultus, quod est duplex delictum. s. adulterium, & incestus, ex hoc sequitur determinatio secundum glo. nam si duplex, ergo duplex accusatio, quae quidem accusationes possunt eodem tempore a diuersis intentari, non ab eodem, & licet vnus succubaret in vna, non tamen nocet alteri. C. de accusatio. l. q. de crimine. Item si ex forma statuti, vel consuetudinis diuersae poenae, & reiterabiles imponerentur pro utroque delicto: tunc licet punitus esset ex vno delicto, nihilominus puniret ex altero, secus si poena non est reiterabilis. s. de ferijs, l. vulgaris. & quod ibi no. in gl. Sed si esset vnum factum ex quo vnum tantum delictum oriret, quod pluribus legibus puniret alia. s. de accus. l. senatus. & dic, ut ibi. Item not. in verbo si. s. secundum Bar. & mulier puniret poena mortis, sicut, vir. nec obstat auth. Sed hodie, quia loquitur in adulterio solum. Paulus.

4 *Peccans in principali scienter rei illicitae operam dando, a iure in omnibus quoque accessorijs in dolo esse praesumitur.*

Versu. Quia multum interest. Hic respondet tacitae obiectioni, nam posset opponi ad praedicta, quod mulier propter ignorantiam excusari debeat a poena incestus, quia poenitendo incestus nuptias excusat propter ignorantiam. Sed non debet, quod verum est illud, cum mulier errat in facto, & per poenitentiam in iure: secus si scit utrumque. quia tunc committit contumeliam iuris, & sanguinis. Sed in eo casu non vtrumque praesumit scire, cum det operam rei illicitae, & sic contumelia iuris & sanguinis. Nam si cum peccat in principali scienter dando operam illicitae rei: ius praesumit in omnibus accessorijs in eodem eundem dolum adesse, ar. C. vñ vi. l. si quoniam. & sic non obstat opp. Quare incidenter queritur, quod si sciat factum, & ius? & responderetur mulierem excusari totaliter si errat in iure positiuo. Sed si masculus, vel mulier errant in iure naturali: non excusantur totaliter, sed propter errorem mitius puniuntur, nisi aetas, vel poenitentia est ab hoc excusant. h. d. vsq. ad si. Poenam, nam cum poenitentia. s. per iuris ignorantiam naturalis, vel positiui, si masculus minus punitur propter ignorantiam iuris naturalis, ergo foemina multo fortius. & ita debes intelligere versiculum praecedentem. Fratres, hic ponit exceptionem, quia opponitur de l. j. C. de interdi. matri. dic, vt in gl.

1 *Libertus patronum quanquam accusare potest, occidere non potest. Et an filio bannitum patrem ex forma statuti occidere liceat. Et cur non idem in patrono.*

2 *Iuri communi per ciuitatis statutum in vniuersum non posse derogari.*

§. Imperatores. Maritus occidens uxorem in adulterio deprehensam, pro iustum dolorem mitius punitur, quam si alias homicidium commisisset: quia ultimo supplicio non punitur. Sed si humilis persona sit, in opus publicum traditur. Si vero honestior in insulam relegatur. h. d. §. liberto. libertus non potest criminaliter accusare, nisi in crimine adulterij, vel ubi suam iniuriam prosequeretur. eo tamen casu non permittitur sibi patronum occidere, cum eius famae parcere debeat, multo magis, & uitae. h. d. In tex. parcendum. No. quod licet libertus accusare possit patronum, tamen occidere non potest: quia ratione superioritatis debet sibi reuerentiam exhibere, per quod terminatur secundum Dyn. quod si per formam statuti bannitus potest impune occidi, filio non licebit patrem bannitum occidere propter reuerentiam paternam, sicut non licet huic propter reuerentiam paternam, ubicumque igitur licentia datur priuato occidendi propria auctoritate, debet intelligi de illo cui reuerentiam non tenet exhibere, & idem secundum Dy. vñ de quocumque superiore ratione iurisdictionis, quae est notandum. Sed ista sunt vera, nisi dictus superior propter delictum perdat ius superioritatis: ut hic, quia licet patronus committat adulterium cum uxore liberti, non propea desinit esse patronus. Sed in questione de bannito secus est: quia cum perdat puta ciuitatem, perdit ius patrie potestatis, quae est de iure ciuili, ut Inl. de pa. pot. in prin. & ideo cum tunc non teneat sibi exhibere reuerentiam, potest impune occidere secundum Bar. quod dicit ita se determinasse Bicorni, & est catus in l. minime. s. de relig. & sump. fun. l. 3. §. transugas. & quod ibi no. j. de sicar. Tu aduerte, nam aut istud bannum fuit illatum a principe, si quidem illatum erat propter delictum contra rempublicam commissum: tunc quia reputatur hostis ciuitatis, licitum est eum interficere, & impune, ut d. l. minime. Si vero propter alud delictum, vel propter contumaciam: tunc non est licitum alicui priuato interficere. Sed publico executori duntaxat, maxime si non est damnatus ad mortem, sed deportatus, vel alias relegatus. s. de custo. reo. l. si. ver. quod ipse custo. Et quod no. p. Dyn. in l. in laqueum. s. de ac. rer. do. & ad l. lul. maiest. l. cuiuscumque. ver. pen. Secundo vero casu cum illatum est bannum a ciuitate: tunc idem si propter contumaciam, vel delictum contra rempublicam commissum sit damnatus. Sed si fuisset rebellis ciuitati, & propter hoc esset bannitus, tunc, aut quis, an liceat eum interficere iure communi: & dico, quod non, ut d. l. minime, quia propter tale bannum non perdit ea, quae iuris communis sunt. i. vrbis Romanae, & tenetur sibi reuerentiam exhibere filius, cum non perdit patriam potestatem de iure communi, cui non potest per statutum ciuitatis derogari vniuersaliter. Sed vigore statuti praesertim talem occidi, bene posset, quia talis bannitus perdit ea, quae sunt illius ciuitatis a qua bannitus est: iuxta illa, quae not. per Iaco. de Are. in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. & per Bart. in questione disputata, quae incipit Lucanae ciuitatis statuto cautur & c. Paul.

1 *Necessitate, quae fiunt, quatenus fieri intelligantur.*

§. Si quis in honore. Magistratus potest accusari de adulterio, & tenebitur caere de iudicio sisti. Sed prosequutio accusationis differtur usque ad finem officij. h. d. Primum deum est verum, si accusatio non erat tempore peritura durante magistratu, alias secus. s. de offi. praes. l. senatus.

Secundum deum intellige in crimine adulterij, cuius praescriptio per solam libelli oblationem interruptitur. s. eo. l. mariti. §. quinquennium: nam tunc dabitur libellus, & stabitur cautioni de iudicio sisti. duntaxat, ut hic. sed si esset talis praescriptio, quae non interrupteret, nisi per lit. contest. tunc etiam lite contestata procedit contra magistratum: quia si ea, quae propter necessitatem fiunt, eatenus fiunt, quatenus exegit necessitas, ut d. l. senatus. Item si esset talis, quae non interrupteretur, nisi per suam: tunc etiam usque ad sententiam procederetur. l. sed si restituatur. §. j. s. de iud. Postulat. per dationem libelli. Accusatio. i. accusationis.

L E X XXXIX.

Vim passam. Non summatur. Vide Bal. C. de fide inst. & amif. ubi declarat hanc l.

L E X XL.

Quaesitum. Non prohibetur mulier a marito dimissa illi nubere, quem maritus habet suspectum de adulterio. Item si maritus uxorem propter adulterium dimissam reduxit ius accusandi perdit. h. d. & incidit in crimen lenocinij. s. eo. l. si quis adulterium. §. j. Pau. de Cast.

L E X XLI.

1 *Probationes factae non dato termino ad probandum, an valeant.*

2 *Lex in crimine de adulterijs: quomodo in practica respectu probationum faciendarum reducatur.*

3 *Accusator in crimine adulterij si testes paratos habeat, an statim debeat probationes facere. Et quid in alijs criminibus.*

In crimine. In crimine adulterij nulla datur dilatio ad probandum, nisi causa cognita. h. d. & tamen habes, quod probationes fiunt in crimine adulterij. sup. eo. l. 2. circa si. & l. capite quinto. propter quod dicitur Doc. hic esse causam, quod valent probationes factae non dato termino ad probandum. facit j. de qo. l. vnus §. cogniturum. secundum Iac. & notatur.

atur.

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Nouo.

De vi publica. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Arma hodie portare habere, uel uendere, an liceat.*



Ege Iulia. Qui tenet arma in domo, uel in uigilatione, uel commercij tenet hac l. h. d. cum l. seq. hodie uero p Auth. de armis, et ex dictis causis non licet tenere, nec et portare, uel uedere, nisi quibusdam personis ad hoc deputatis, sed nec et a se defendendi licitum est portare arma offensibilia, uel defensibilia. Civitatem, uel extra, ut patet per totam const. de Armis. de iure uero fforum non reperitur prohibitum portare arma defensibilia, ut loricas, uel scuta. Sed nec et offensibilia, dum tamen ad sui tutelam. j. eo. l. pe. §. si. Sed de consuetudine non seruatur. ut etiam hodie per consti. Federici pmissum uiatoribus portare enses accinctum, uel alligatum sella iuxta ad sui defensionem x. col. de pace te. & eius uol. §. mercator. licet de iure. C. esset penitus prohibitum, & etiam faciendi facultas prohibita, nisi certis personis. ut C. de gladiis. & ut usus ar. in scio. prin. interdic. sit lib. x. Et ideo sunt tria, que inspicunt primum utrum sit pmissum portare arma. Secundum utrum sit pmissum tenere, Tertio utrum sit permissum uendere, & distingue secundum diuersa iura fforum. C. & Auth. ut dixi ex consuetudine tamen probatur, & maxime Mediolani, ubi fiunt arma, & uenduntur.

LEX IIII.

In eadem. Hic ponuntur multi casus, quibus quis punitur quando contra statum publicum. §. preterea, j. ea. l. & quando contra priuatum. & uide per te, quia non expedit summare. Pau. de Cast.

LEX V.

- 1 *Questio civilis si in criminali incidat utra prior expediri debeat. Et quid contra.*
- 2 *Iudices seculares, an de clericis cognoscant. Et qui nuntium sententiam de mandato exequentem impedit, seq. armis defendit lege Iulia de vi publica tenetur.*



Vicatu. In §. si de vi. si questio civilis incidat in criminali, prius expeditur criminalis, §. civilis, ad hoc allegat. Sed quid est, si criminalis incidat in civili? dic, aut incidit p modum accusationis principi, & tunc idem. C. de or. iu. l. si. aut p modum exceptionis, tunc si quidem in causa civili prius intertata agebat de ppropriate, neutra pferret alteri sed utraq. simul expeditur, ut l. pe. eo. ti. de or. iud. Sed si agebatur de poss. tunc civilis pferretur criminali, si criminalis requirit altiore indaginem. C. de edic. diui Adri. tol. l. 2. Si de ui. si criminali ut pgruat ti. In §. q. uacatem. l. honesta, uel inhonestam, que querela est ad honestam, nam in illis idem est l. imperialis. C. de nupt. si aut oino esset inhonesta, & turpis, tamen rapiens non tenetur. sup. de fur. l. ueruntamen. & C. de rap. uir. l. prima. in princ. Nota que quomodo iudices seculares ad ecclesiasticos iudices mittunt clericos qui eos cum mitra uel alio simili puniant, cum de hoc se intromittere non deant. Bart. & est no. in l. q. dolo. Not. que qui nuntium exequentem sententiam cum mandato impedit, & non pmittit exequi, sed cum armis se defendit, tenetur hac l. hoc uerum, si sit certum, que sit illius iudicis, & het mandatum, & modum non excedat ut l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. Pa. de Cast.

Ad l. Iul. de ui priuata. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Pœna ordinaria, & extraordinaria, an pro eodem crimine imponi eidem possit. Et quid de duob. ordinarijs Et an infamis possit esse iudex.*



De vi priuata. Damnatus hac l. perdit etiam partem bonorum, & infamis efficitur, propter quod ab honore uel dignitate repellitur, & in hanc l. incidit, qui ex naufragio dolo malo aliquid accipit. licet etiam ex constitutionibus principum extra ordinem puniatur. h. d. Et no. ultimum, quia per hoc uidetur, que ex eodem crimine possit alicui imponi poena ordinaria, & extraordinaria, facit ca. j. extra de calum. & de rap. c. in archiepiscopa. Sed duæ poenæ ordinariæ imponi non possunt et ex diuersis legibus. l. senatus. de offi. præf. Infamis. No. que infamis non potest esse iudex. & hæc exceptio debet opponi ante litem contestatam, si est iudex delegatus. Sed si est ordinarius, non potest contra eum hæc exceptio opponi per subditum, ar. in l. Barbarius. de of. præto. & l. senatus. de of. præf. de quo dic. ut no. p Inn. in c. scisciratus, de rescrip. de of. del. cum super. per Bar. in l. q. dam consulebant. sup. de re iu. Eadē poena. f.

tatur §. de feri. l. si. Et no. C. de dila. l. j. In alijs aut criminibus datur una dilatio sine causæ cognitione: ut d. l. si. de fer. Et not. que modum practicandi hanc l. nam si accusator petat terminum ad probandum, iudex interrogabit, ubi sunt testes, utrum absentes uel presentes: si quidem sunt absentes, dabit dilationem, ut hic. Si uero sunt presentes, tunc non dabit: sed expectabit eum quantum sibi videbitur, & si nimis differt, tunc reum absoluet, per quod patet non resultare: absurditatem, que quidam dicunt, uidelicet, que non dato termino ad probandum poterit accusator producere testes. j. totum terminum, quo instantia criminalis durat, & sic per hoc instantia adulterij fieret longior. quod est contra mentem huius l. nam hoc non est uerum, quia iudex expectabit eum quantum sibi videbitur. uidelicet j. tot dies quibus potuerit probationes adducere, quo non facto reum absoluet, ar. l. hæc dō. ff. de qd. & dem.

Et iste est uerus intellectus per Doc. male uisus. Ultimo que no. que in crimine adulterij debet accusator adducere probationes, que primum potest, si habet testes paratos. Sed in alijs criminibus non cogitur ducere, nisi termino sibi dato: unde si daretur potest in toto termino producere testes, & adde, quod no. in d. l. fin. §. de feri.

LEX XLII.

- 1 *Ingenuus, & libertus respectu diuersorum idem haberi censeri que potest. Et par in parem imperium non habet.*
- 2 *Dispensationes alterius subdito ditioni, an possint aduersus ius superioris in ditione operari*

Slis, qui. Dispensatio alicui concessa sibi non prodest, quo ad suum superiorem, sed quo ad extraneos. sic h. d. vel sic, qui ius annulorum aureorum impetrauit reputatur ingenuus, quo ad extraneos, non quo ad suum patronum, facit l. et, in prin. supra de bo. liber. & supra de iure annulo. aureo. l. si. & penultima. Et sic que nota quem reputari, ut ingenuum, & libertum respectu diuersorum. Ex hoc sequitur, que ingenuitatis status non contrariatur statui libertinitatis, alias simul non possent in uno concurrere. Sed status libertatis bene contrariatur statui seruitutis, quia non potest unus esse liber. & seruus diuersorum. Patet etiam argu. predictorum, que si sint duo domini unius castri, & unus uendit partem suam uni subdito de eodem castro que ille emptor potest dici dominus ex persona uenditoris, & subditus ex persona domini alterius, nam ille uenditor non potuit uendendo ius consocij sui auferre. C. de p. muni. rer. alienan. l. falso. & ideo si delinquit, poterit per alium dominum tanquam subditus puniri, licet ille, que uendit non potuisset, quia nulla ratione subditus erat. Et par in parem non habet imperium, ut l. ille a quo. §. tempestiuum, ad Treb. & c. innotuit. de elec. facit c. cum capella. de priui. ubi dicitur, que eadem capella potest esse subdita, & libera quo ad diuersos, facit l. loci corpus. §. competit. §. si serui. uend.

LEX VLIII.

- 1 *Occidens bannitum non legitime, uel de banno extractum, an puniendus sit.*
- 2 *Stuprum ne an adulterium commississe dicatur, qui cum nupta coiuuit, quam solutam credebat. Et uoluntas, & propositum distinguit maleficium. numero 3.*

Sex lege. Qui ducit in uxorem illam quam putabat a marito iuste repudiatam, licet non esset, de adulterio non punitur. secus si sciebat. h. d. Inducit que in ar. de illo, que occidit bannitum, que erat extractus de banno, uel non erat legitime bannitus, utrum puniatur si statutum dicat, que bannitus possit impune occidi, & dic, que si sciebat non iuste bannitum: tenetur, ut hic, & ar. in l. 4. §. condemnatum. §. de re iud. & ibi per Dy. Si uero ignorabat, tunc non tenetur poena homicidij, quia caret dolo, ut j. de fca. l. in l. sed tamen posset puniri extra ordinem arbitrio iudicis. quia fuit in culpa non explorando utrum legitime bannitus esset, uel non ar. j. de reg. iu. l. qui cum alio. & l. q. cum alterius, & j. de pe. respiciendum. §. delinquent. Facit que et ad q. de illo qui commisit stuprum cum nupta, quam putabat solutam, an dicatur commississe adulterium, uel stuprum tamen? & dic, que commisit adulterium, quia cum dat opera rei illicitæ inspicitur, que est in ueritate, non que est in opinione. §. de iniu. l. eum qui. §. si iniuria. & uide, quod no. §. eo. l. si adulterium cum incestu. Sed cum datur opera rei licitæ inspicitur opinio, ut hic, & ita intelligitur que id, quod dicitur uoluntas, & propositum distinguunt maleficium, sup. de fur. quia iniuriæ. in prin. licet illa uideatur contra. Sed ne obster, dic que uerum est quo ad delinquentem, ibi autem domum frangens non committit furtum, & ista est pulchra limitatio si bene inspicatur.

na. svt repellatur a dignitate vel honore. Rediguntur, vt sunt omnes damnati ex causa famosa, tales enim a dignitate, vel honore repelluntur. C. de dign. l. neq. famosus, li. 12. hoc vult dicere iste versiculus, licet gl. multum labore.

L E X II.

1 obligatio ad penam legis Iul. de vi priuata. vnde nasci dicatur: Et qui consentit in delictum, non consentit in penam. Et quid in delictis.

1 **H**ac lege. Non summat. Tenetur. i. punit. nam quod patet, quia ad ipsam imponendam non intenditur actio, sed imploratur iudicis officium nobile, quod non presupponit oblationem. l. q. per collusionem. s. de ac. emp. & de annu. leg. l. Quintus Mutius. s. Pomponius, & no. s. de da. inf. l. cum postulasent, & hoc est regulare in omni poena, quae resultat ex crime publico. Alij dicitur esse ad illam eum obligari, quia delinquendo consentit, vt puniatur. s. de postula. l. j. s. ad bestias. Ex quo consentu oritur obligatio. Sed si non placet: quia licet consentiat in delicto, non consentit in poena, quae imponitur in eo. In criminibus. aut priuatis bene resultat oblatio ad penam, vt patet s. in toto libro de priua. delic. in qb. poena petit iure actionis: patet esse in l. j. s. de act. & obl. quia dicit oblationem oriri ex delicto. s. in publicis criminibus. ad poenam extraordinariam applicandam parti ratione sui interesse: sicut oritur oblatio & actio in factum. j. de fal. l. q. p. noie. s. pro socio. l. nec quicquam, & hanc non puto oriri ex consensu, licet ex legis autoritate. Verberetur. s. cum dolore pulsaretur. s. de iniur. l. lex Cornelia. s. inter.

L E X VII.

1 Debitor uendendo rem alij obligatam, an dominium traditione in emptorem accipientem transferat. Et quid in iuribus incorporalibus.

2 Emptor iuris incorporatis, an impune quasi possessionem propria autoritate apprehendere possit.

1 **C**reditores. Si creditor in bonis debitoris, propria autoritate. i. sine iudicis licentia ius sibi dicit, ius suum amittit, & si per uolentiam facit, hac lege tenetur. h. d. cum l. seq. quod plane de ca. vt plene no. in l. j. s. quod met. ca. Si in rem. i. sibi debitam, vel non: nam antequam sibi tradatur, non dicitur sua, sed debitoris, licet dicatur sibi debita. Hinc est, quod debitor alteri tradendo, & uendendo transfert dominium. C. de rei ven. l. quoties. facit l. ex stipulone. de acq. pos. & C. eo. ti. l. minus instructus. hoc est verum in reb. corporalibus. in quibus cadit uera traditio. Sed in iuribus incorporalibus. in quibus uera traditio non cadit, ex sola cessione transfertur omne ius, quod quis habet. s. de pig. ac. l. j. & notatur per Compostella. in c. j. extra de const. hoc patet in cessione, vel in datione actionum, per quas transferuntur utiles ipso iure sine alia traditione, quae non in eis cadit. C. de ac. & obl. l. 2. Ex hoc sequuntur duo notabilia. Primo, quod si ius incorporale conceditur duobus. ille qui est prior, est potior in iure. Secundo si res tradatur, in qua illud ius fundatur, ut l. creditor. s. si. cum l. seq. s. qui pot. in pign. habe. Sed in corporalibus. potior est ille, cui prius traditur, ut d. l. quoties. Secundo sequitur, quod ille cui simile ius venditur, potest propria autoritate occupare. Nec in hanc l. incidit, dum modo nihil corporale attingat: istam rationem ponit Inn. notabiliter. in c. cum nostris, extra de concess. preb. secus si aliquid corporale attingeret, ut in c. licet, de preb. lib. 6. Intrauerit, et si per ipso esset lata sententia: quia non licet propria autoritate executionem facere. l. miles. s. iudicati. de rei iud. Secus si habet licentiam a iudice, vt j. subijcitur in uerbo nullo concedente, a contrario sensu, & s. de acq. pos. l. iuste possidet, & no. in d. s. iudicati, & C. vnde vi. l. meminerint, per gl. nam talis sententia etiam si sit iniusta ipsum excusat. ar. s. de susp. tuto. l. qui testamento.

L E X VIII.

1 **S**i creditor. Debitoris occupet. Sed si in re mea quam naturaliter, & ciuili possideo, tu aliquid facis, licitum est propria autoritate occupare. s. ad l. Aquiliam. l. quemadmodum. s. si protectum. & s. quod ui. aut clam. l. quod vitem. s. si ad ianuam. Idem si tantum ciuili possiderem, quia licitum est mihi illam ciuilem possessionem defendere. s. uti poss. l. j. s. interdictum, & ibi no. in gl. Idem si retinerem licet ex decreto iudicis. l. hac autem. s. si. sup. de quib. cau. in poss. ea. & notatur per Bar. sup. si mulier ventris nomine. l. j. s. necessario. Et adde quod no. Inn. in c. j. extra de immu. ecclesiae. & per gl. in cle. 2. de censu. & in Spec. de loc. s. nun aliqua ver. quadragesimo octauo, & d. l. hac autem, in fin. & dico, quod illum tex. intelligit melius Bar. in l. j. s. necessario. alleg. quam aliquis alius.

De sicarijs. Rubr.

L E X P R I M A.

1 Qualiter puniatur testis, qui falsum deponit in causa capitali.
2 Negatiuam quandoquis quis probare cogitur.



Ege Cornelia. Incendium est et si in de non sit secuta mors. Et qualiter puniantur incendiarij: Vide quae plene in no. C. de accu. l. datam, & c. praeterea, extra de sententia excom. Qui uel falsum testimonium. Not. istum ver. in causa capitali tenetur hac l. quod intellige, si ex illo testimonio fuerit quis condemnatus, alibi dicitur, quod tenetur poena talionis, sicut accusator calumniosus, ut h. r. 3. q. 5. hac imago, & vide quod no. 2. q. 3. in gl. summæ.

1 **S**. Diuus. Absolui. s. totaliter. si casu fecit. C. eo. l. eum. Sed si per culpam non totaliter, sed leuius punit, vt in gl. & j. de poe. l. respiciendum. s. delinquent, & incumbit sibi onus probandi, quod non fecerit animo interficiendi, quod qualiter probari potest, notatur. C. eo. l. quia probatur ex coniecturis, quia erat amicus suus, uel consanguineus praestito iuramento purgationis, ut ibi notatur. Et sic no. casum, in quo quis tenetur probare negatiuam, uidelicet, quod non sit dolus, & est ratio, quia cum actus sit de se probatur, praesumitur contra eum. C. de iniur. l. si non conuicij. alius qui dolum allegat, dolum probare tenetur. l. quoties. C. de dolo, & l. qui dolum. s. de probatio.

1 Impunitum esse quod, quis ad sui defensionem facit.
2 Sui in substitutione qui dicantur.
3 Testatoris uerba ad iuris subtilitatem non semper sunt restringenda.

1 **S**. Item diuus. No. s. m. Iac. de Are. impunitum esse, quod ad propulsandam iniuriam suam & tuorum quis facit: ad ea quae notantur in l. ut uim. s. de instit. & iur. & dicitur sui. oes qui per ipsum testimonium ferre non coguntur. vsq. ad septimum gradum, ut no. gl. C. ad Turpil. l. pen. istud facit ad questionem. s. cum quis instituit in testamento Titium, & tuos. de quibus intelligatur. Nam dicitur quidam, quod non intelligitur, nisi de filiis in parte constitutis. Nam alij sunt extranei. sed ego puto, quod intelligatur de oibus agnatis vsq. ad gradum octauum, qui possunt ad eius successionem uenire, puto tamen eos substitutos s. m. ordinem, ut priores in gradu prius uocentur ad substitutionem, arg. de leg. 2. l. peto. s. fratre, & l. cum pater. s. pen. & ad Trebe. l. haeredes mei. s. peto. quia non sunt semper uerba testatoris ad subtilem iuris interpretationem restringenda. de leg. tertio. l. non aliter, & d. Bart. aliquo modo in l. Gallus. s. primo. & bene s. de li. & post.

L E X III.

1 Poena legalis si per statutum alteretur, an poenitio remaneat. Et statuta dicentia bannitum interfici posse, bene fundata esse.

1 **E**iusdem legis. In prin. Sed si causa hominis necesse poena capitis, alius poena relegationis: quia illa est mala occasio. j. de pe. si quis aliquid. Pigmētarij. i. speciatij, sic cicuta herba pestifera. cuius succo mortuus est Socrates. Et facit ad id, quod no. per Bar. in l. 2. s. de pub. iud. ubi dicitur quod rit, nunquid si poena legis alteretur per statutum remaneat poenitio: & dicit, quod sic, quia licet poena sit mutata, tamen accusatio durat, ut hic est casus. Itaque no. quod statuta dicentia bannitum interfici posse, esse bene fundata per hunc tex. Transfugas est si sint legitime banniti pro crimine contra rempublicam commisso. Pau. de Cast.

L E X IIII.

1 Dolus in eo qui in officio delinquit non requiritur, ut puniatur.
2 Iudex reum cum excessu torquens, ita, ut inde mors ipsi reo contingat, an sit puniendus, licet dolo careat, & qua poena.

1 **L**Ege Cornelia. Si positus in magistratu facit aliquod illicitum contra necesse hominis, tenetur hac l. h. d. Et no. quod in eo non requiritur dolus, qui delinquit in officio, ut puniatur etiam totaliter, sed sufficit lata culpa. C. de custo. reo. ad commentariensem, & sic grauius punitur, quam alij. Secus si delinqueret extra officium, quia tunc punitur mitius etiam si dolo delinquat. j. eod. l. pen. & per istud principium dicitur, quod si iudex posuerit aliquem ad torturam, & excessiue torserit, ita quod mors secuta sit, licet dolo careat, quia uideretur ad uindictam publicam fecisse. s. de iniur. l. quod reipublicae: tamen debet decapitari, si fuit in lata culpa, quod est notandum secundum Bar. hic, & ita ponitur casus, & no. per Cy. in d. l. ad commentariensem. Pau. de Cast.

1 Culpa lata in maleficijs, an dolo equiparetur. Et an quis puniatur pro leui, & leuissima culpa.

S. Cum quidam. Qui per lasciuiam, aut latam culpam mortis causam alicui praebet,

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Nouo.

bet, non punitur poena capitis, sed relegatur. h. d. & sic mitius punitur, quam delinquit per culpam, quam per dolum, quia lata culpa non æquatur dolo in maleficijs. j. e. l. 3. Et dicitur quidam, quod nulla culpa facit quæ condempnari criminaliter, nisi lata, & de hac loquitur hic, & no. Cy. in l. si quis non dicam. C. de epi. & cle. Sed tu dic, quod est per leuem & leuissimam punitur quis criminaliter, licet leuius quam per latam. j. de poe. l. respiciendum. §. delinquunt. Item no. quod tunc punitur quis criminaliter ex lata culpa, cum ipsa tedit principalem in læsionem. alterius, alias secus, ut l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. §. de adul.

- 1 *Fauori publico an per priuatum renuntari possit. Et quid, si statutum puniat alium percutientem, an punit percutientem eum, qui uelit.*
- 2 *Absens ad mortem damnari potest.*

§. Idem diuus. Non est licitum aliquem et uolentem castrare, vel spadonem facere, et si sit seruus, & hoc fecerint, vel se sponte, ad hoc tradiderint, in hac incidunt, & capite puniuntur, & poterunt in absentia condemnari. Sed qui seruum castrandum tradiderit, duntaxat in dimidiam bonorum multabitur. h. d. vsq. ad l. 3. & hoc est statutum in publicum fauorem, ut ciuitas, & imperium liberis repleat. j. de bo. d. a. l. si. §. pe. & sol. mat. l. j. & ratio non potest et per uolentem huic fauori renuntari, ut hic patet, & §. de iniur. l. j. §. vsq. adeo. licet iniuria priuata remitti possit, ut ibi. Per hoc patet, quod si statutum dicit, quod percutiens aliquem in tanto puniat, quod et percutiens uolentem incidit in statutum, quia fauorem publicum respicit, & bonos mores, & hoc est verum, quo ad publicam uindictam. Sed ipse percussus non agat iniuriarum, quia iniuria non infertur in uolentem. Secus si statutum respiceret tantum priuatam utilitatem, ut si diceret, quod nullus ingrediatur possessionem alterius, nam ingrediens possessionem uolentis non tenet, nec quo ad ipsum uolentem, nec quo ad rem publicam, ar. dicti. §. vsq. adeo, & l. j. §. inde queritur. §. de nou. ope. n. un. & de seruis expor. l. j. Item no. casum speciale in ver. & hoc crimine, in quo damnatur quis absens ad mortem, & est alius. C. de poe. l. ne diu. §. m. Bar. est alius in crimine legis lulie maiest. ut h. in quadam noua constitutione Federici, quam edidit in ciuitate Pifarum §. m. Bar. Gl. tñ hic dicit, quod in absentia non damnabitur ad mortem sed relegabitur, quæ poena irrogari potest in absentem. Tu dic. Nam illud est verum, cum tale crimen est, ex quo etiam presenti non ueniret imponenda poena capitalis, sed relegationis: ut j. Si autem capitalis ueniret imponenda, & tunc in absentia non debet etiam relegationis sententia ferri, ut notatur in l. absentem. j. de poe. per gl. super uerbo relegationem, quæ contradicit huic, sed illa uera secundum Dy.

L E X VII.

- 1 *Culpa lata an puniatur, si non sequatur euentus.*
- 2 *Culpa lata in maleficijs innominatis an dolo æquiparetur, & quid in maleficijs nominatis.*

In lege. Ad poenam l. Corneliae imponendam sufficit dolus animus, licet non sequatur euentus maleficij. Sed lata culpa non sufficit, quam in maleficijs non æquiparatur dolo, ad hoc alle. Circa primum dic, quod si non sequitur euentus, aliquantulum leuius punitur quam si sequeretur. §. de extraord. crim. l. in princ. & innuit in tex. in l. aut facta. §. euentus. j. de poe. facit quod notatur in Spe. de accu. §. j. ver. quid si per actum fuerit. Circa §. m. dic, quod in maleficijs, vel delictis nominatis lata culpa non æquatur dolo, siue sint priuata crimina, siue publica. & si ue queratur de poena criminali, siue ciuili, ut est furtum, & iniuria, uel homicidium & crimen falsi. §. de fur. l. j. & l. falsus. §. q. alienum. & l. inter omnes. §. recte ibi. qd in dolo & c. & C. de fal. l. nec exemplum. Sed in maleficijs innominatis, ut cum punitur actus, vel factum, qui non cadit in nomen alicuius maleficij, tunc lata culpa æquiparatur dolo §. si mens. fal. mo. l. prima. §. primo, & si quis testa. liber. esse iustus l. prima. §. non aut. nam ibi punitur seruus, qui aliquid subtrahit pendente condone libertatis quod furtum dici non potest, ut l. serui. & filij. §. de fur. ut oriat actio furti. Sed actus est de se malus, & ideo lata culpa æquiparatur dolo, & est ratio in prædictis, quia in maleficijs innominatis imponitur poena extraordinaria ad arbitrium iudicis. §. de extraord. criminibus. l. j. §. j. & no. de iniur. l. quod fenatus. Sed ad poenam extraordinariam sufficit lata culpa, ut §. eo. l. corporalia. §. primo. Sed in nominatis criminibus imponitur poena ordinaria ad quam rursus requiritur dolus. Cetera dic, ut d. l. prima. §. non autem. si quis testa. liber. Bar. & adde gl. quæ cum ista l. all. in l. in actionih. §. de in litem iurand. l. lata negligentia. Pau.

L E X VIII.

Si mulierem. Si mulier dat carnem, ut abortum faciat, in exilium damnatur ex hac l. h. d. hoc est uerum, antequam partus sit formatus in utero. ut ante xl. dies, uel

§. m. alios 45. Sed postquam esset in utero formatus, tunc puniretur poena capitis, quia esset homicida. j. de pe. l. si quis aliquid. §. qui abortionis, & no. §. de extraor. crimi. l. diuus, & dic, ut ibi in gl. pe. nam uero irregularitatis non incurrit, nisi qui partui iam formato mortis carnem præbet. extra de homi. c. sicut Dy. Paul. de Cast.

L E X XII.

- 1 *Voluntas in maleficijs an spectanda sit, non euentus: Et an uoluntas quandoque puniatur. Et quid in eo qui plus delinquit, quam credidit, aut uoluit.*

Furem nocturnum, licitum est interficere, si parcere quis ipsi non potest sine periculo suo, vel suarum rerum. h. d. d. tex. cum gl. Furem autem diurnum non potest quis interficere, nisi timeat piculum personæ, quia telo se defendit, nam piculum rerum timere non potest, quia potest diurnus cito recognosci, & in iudicio conueniri, & idem esset in nocturno, si eadem ratio subesset, §. m. Doc. Ex prædictis patet et intel lectus ad l. j. C. unde ui, ubi dicitur quod licitum est uim uel repellere cum moderamine inculpate tutelæ, quod intellige, si aliter se defendere non potest, ut l. scientiam. §. cum aliter. ad l. Aquil. Et certe locum habet, et si timeat periculum rerum suarum. Vnde si uis mihi res meas auferre, & ego timeo ipsas non posse recuperare, quia es potes, uel te non cognosco, licitum est mihi te interficere, & idem si uelles me uerberare, licet non interficere, nam si permittitur pro periculo rerum irrecuperabilium, fortius pro periculo personæ, quod non perpetuo secundum Bar. & est ualde bonum dictum.

L E X XIII.

- 1 *Vim uel repellere licere cum inculpatæ tutelæ moderamine, qualiter intelligendum sit. Et an uerberare, uolentem occidere liceat.*

Diuus Adrian. In maleficijs spectatur uoluntas, non euentus. Sed alibi dicitur, quod spectatur euentus, ut j. de poen. l. aut facta. §. euentus, & dic, quod utrunque procedit in diuersis casibus. & ideo lex ista legitur quatuor modis. Primo, quod delinquere uoluit, & tamen delinquit, & tunc inspicitur eius uoluntas, de fur. l. qui iniuriæ. in princ. Sed circa hoc dicas, quod fuit ipse in culpa, & tunc punitur, sed mitius habita distinctione inter latam culpam, & leuē, & leuissimam. §. eo. leg. Cornelia. §. i. & l. in se. Aut delinquit per casum, & tunc, aut præcessit culpa, & idem per omnia. C. eo. l. i. & ibi notatur. Sed si nulla præcessit culpa, tunc in nullo tenet, quia casus fortuitus non meretur poenam. C. e. l. eum qui. & j. de poe. i. respiciendum. §. delinquunt, in fin. C. de pig. act. l. q. fortuitis. Secundo legitur in eo, qui uoluit delinquere, sed non perfecit, ut ex sola uoluntate puniatur, ut supra e. l. prima. circa princ. & §. diuus. & C. eo. l. i. s. qui cum telo. quod est uerum: si processit ad aliquem actum. Secus si staret in finibus solius cognitionis. j. de pe. l. cogitationis. Item est uerum in grauioribus criminibus, secus in leuibus, ut l. i. §. i. quod quisque iuris. Item est uerum, si actus quem fecit, est de se punibilis, secus si esset permissus. Nam et si delinquere intenderet, non delinqueret. §. de fur. l. falsus. §. qui alienum, & l. inter oēs. §. recte, uerbi. per primum, & de iniur. l. apud Leonem. §. si quis uirgines. his enim omnibus casibus inspicitur euentus, non uoluntas. Item posito, quod sola uoluntas interdum puniatur, tamen mitius punitur, quam si sequutus fuisset euentus. §. de extraor. crimini. l. i. prædicta uera de iure cōi, de consuetudine uero, uel statutis locorum potius inspicitur euentus, quam uoluntas, ut no. in Spe. de accusatore. §. i. ver. quid si primo actum fuerit, & ista due puniuntur, ut in glo. Tertio modo legitur extra glo. in eo qui uoluit delinquere, sed plus delinquit, quam uoluerit, quo casu dic, quod aut plus delinquit circa eandem rem, aut personam, & tunc inspicitur euentus, non uoluntas postquam dabit operam rei illicitæ, ut patet supra de adul. l. si adulterium cum incestu. in princ. & de iniuriis. l. eum qui. §. si iniuria. & ideo si credebam tantum vulnerare, sed occidi, teneor de occiso. Item si credebam furari rem prophanam, & erat sacra, teneor de sacrilegio. Item si credebam uerbera re ignobile, & ille erat nobilis, teneor tanquam uerberas nobilem, argu. iurium allega. Si uero plus delinquit circa diuersas res uel personas, quam putauerit, tunc aut illud uerisimiliter poterat credere, & inspicitur euentus, ut C. ad le. Iulia. de ui pub. l. si quis ad se fundum. Item ille, qui congregat gētes ad faciendum tumultum, tenetur de cæde cuiuscumque, et si sit mortuus unus de parte tua, quod tamen non putabat, & ideo si quis disposuit ignem in domo unius, ut illam tantum combureret, tenetur etiam si combussisset domum uicinorum, nam euenire posse prospicere debuit. supra ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac actione. Si uero uerisimiliter illud non debeat credere, tunc aut delinquit in alias personas uel res principaliter, ut puta, credebam vulnerare Titium tantum, & vulneraui alium, quod se interponebat, uel alium prætereuntē, & tunc teneor de utroque. sup. ad le. Aquil. l. scientiam. §. q. cum aliter, puto tamē, quod non ad poenam criminalem, sed mitius puniar, quia non fui in

fui in dolo. Item hoc est verum, quando dabam operam rei illicitam volendo hominem percutere. Sed si dabam operam rei licite, ut quia volebam percutere feram, & percussi hominem praterentem, non teneor dummodo non fuerim in aliqua culpa, ut est casus in d. l. respiciendum, §. delinquent. in fi. facit l. si putator. ad le. A qui. Sed si delinquo in aliam personam per quam de qua non cogitabam: puta, credebam percutere patrem. & ipse erat filius. & sic deliqui in patrem: non teneor quo ad patrem, & sic inspicitur voluntas, ut est casus. §. de iniur. l. eum qui. §. fin. Quarto modo legitur in eo, quod credebat delinquere uno modo, & uno genere delicti, & ipse deliquit alio modo, vel alio genere: ut inspicitur quod putabat, sed ista lectura non procedit, quia in iure inspicitur euentus, non voluntas, sup. de crimine expil. hæredi. l. si. & istud est notandum. Pau. de Cast.

L E X XVII.

1 Occiso vno in rixa cum teneo de occiso, cuius ictu perijt occisus, si de eo constat. Et quid si non constat. Et qualiter teneantur socij, si plura intercesserunt vulnera.

2 Delinquentibus pluribus qualiter teneatur vnus ex alterius delicto.

Si in rixa. Si in rixa fuerit vnus percussus a pluribus. dicitur ictus vniuscuiusque contempari. h. d. Sed ad quid dicitur gl. quod ille puniatur, qui habuit animum occidendi alij non. Tu dic clarior, quod ille teneatur de occiso, cuius ictu periit. Nam si plura fuerunt vulnera, & vnus tantum erat mortale, ille puniatur de occiso, qui mortale intulit si constare potest quis fuerit. Sed alij qualiter punientur? dic, aut queritur de poena ciuili, aut pecuniaria, aut de poena criminali, aut de poena canonica, ut irregularitatis. Primo casu punientur de vulnere tantum non inspecto, an voluerit occidere, vel non: nam quo ad illam poenam magis inspicitur factum, quam voluntas, & hic est casus in l. item Mela. §. si plures. ad l. A qui. hoc verum, si vulnera non mortalia precesserunt mortale. Si vero mortale precessit: tunc sequentia vulnera, licet ex se non erant mortalia, tamen propter mortale precedens censentur mortalia in hominis debilitate, & sic tenerentur de occiso. In Bar. ar. §. ad legem Aquilam. l. in hac actione. §. si quis seruum egrotum. Sed non videtur verum: quia ex quo fataliter erat vulneratus, & sic non poterat euadere, sequentia leuia vulnera non dant mortem, licet accelerent eam, vnde videretur dicendum, eos potius mitius puniri tanquam vulnerauerint iam mortuum, qui de proximo moriturus erat, ar. de testamen. mili. l. ex eo. & sup. de dam. infe. l. damni. §. Sabini. Sed dictum Bar. bene procedit, quando precedens vulnus non est mortale, sed propter sequentia efficitur mortale: & sequentia propter precedens, nam tunc quilibet videtur dare causam mortis, & sic quilibet tenetur de occiso, ac si omnes simul occiderint, & hoc est, quod dicitur gl. hic, & hoc puto verius. Secundo casu cum queritur de poena criminali: aut illi qui vulnerauerunt non mortaliter venerunt cum animo, & proposito interficiendi, licet vnus tantum interfecerit, & tunc perinde tenentur, ac si occidissent. supra eo. l. prima. §. diuus. Sed si hunc animum non habuerunt ab initio, vel in ipso actu: tunc tenentur de vulnere tantum, ex quo ipsi non interfecerunt, sed alius: Ita dicitur in gl. quæ sic debet intelligi, quod est verum de iure cõi, de consuetudine vero, vel statuto. In m. quod non consideratur animus, sed euentus, ut dixi sup. in l. diuus. tunc dicitur idem per omnia, ut in primo casu dixi. Tertio casu cum queritur de poena canonica. Irregularitatis dicitur, quod illam non incurrit, nisi qui interficit, non illi qui vulnerant non fataliter, etiam si habeant animum occidendi: nam & ibi inspicitur exitus, non voluntas, ut extra de homic. significasti. hæc vera, cum constat de illo ex cuius ictu perit, sed si non constat: tunc aut vulnera sunt æqualia, vel vnus non est magis mortale, quam aliud, tunc omnes tenentur de occiso, ut in glo. & iam dictum est. Sed si vnus tantum est mortale, non tamen constat quis illud intulit: tunc nullus tenetur de occiso, sed omnes de vulnere, & hoc ne in dubio innocens condemnatur, §. de poen. l. absentem, licet Bar. videatur dicere contrarium, sed non placet. Et idem est ubi vnus tantum percussit mortaliter: sed non constat quis: nam omnes absoluntur, h. d. glo. ordinaria, in l. item Mela. in §. sed si plures. in j. glo. §. Doct. omnes dicunt esse contrariam huic gl. Sed re vera non est, quia illa loquitur, quando vnus tantum fuit vulnus mortale, & non constat quis intulit. Ista vero loquitur, quando vulnera omnia fuerunt æqualia, puta, omnia mortalia, vel omnia non mortalia per se: nam tunc quilibet videtur dedisse causam mortis: & ideo quilibet tenetur de occiso. Sed gl. contraria, vnus tantum dedit, sed non constat quis, & ideo in dubio sanctius est nocentem absolueret, quam innocentem condemnare, ut in d. glo. quæ debet limitari quo ad alios, qui non dederunt causam rixæ: Ille vero qui causam dedit, tenetur, etiam si non constat quis occidit, ut l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iulia. de vi pub. quod est verum, si non pretertextu officij: quia tunc habet locum. §. sed si plures.

Sed si pretertextu officij, quia tunc iufficit vna poena omnibus. l. tutorum. de administratione tuto. Ex prædictis patet, quod si plures delinquent, quilibet tenetur sua poena, nec poena vnus liberat alium, ut d. §. sed si plures. Sed interdum æqualiter, interdum inæqualiter, & hoc cum non delinquent sub pretertextu officij: nam tunc omnes tenentur vna tantum poena. §. de pub. l. si militi. & sup. de admin. tuto. l. tutorum. Per quas leges determinatum fuit, si statutum dicit, quod si custodes carcerum recipiant pecuniam ab incarceratis, puniantur poena quadrupli, & soluendo vnus tantum quadruplum pro omnibus. ceteri liberentur: quia delinquit sub pretertextu officij. Item ista vera, cum queritur qualiter plures delinquentes puniantur. Sed si queratur qualiter vnus teneatur ex delicto plurium? dic, quod aut ille non fuit in dolo: & tenetur vna tantum poena, & illi plures reputantur pro vno. sup. de pub. l. si cum exegisset, & si fa. fur. fec. dicatur per totum. Si vero fuerit in dolo: tunc aut queritur qualiter ex persona plurium puniatur, & tenetur pro singulis. l. j. in prin. si fam. fur. fecis. dicatur. Sed si queritur qualiter teneatur ex persona sua plures delinquentes dic, quod vna tantum poena, a g. sup. ad leg. Iul. de vi priua. l. 2. & id si mando pluribus. quod faciant vnum maleficium, vna tantum poena punior ex mandato meo.

L E X VI.

1 Qualitas in mandatario delictum aggrauat in mandante. Et quatenus id verum sit.

Adl. Pompeiam de parricid. Rubr.

Vtrum. Filius istius de morte patris tenetur poena parricidij, & idem in extraneo si consilium dedit, quod filius interficeret patrem. h. d. Si occiderit dic, ut in gl. Et sic no. quod qualitas, quæ est in mandatario aggrauat delictum in mandante. Nam si mando filio alicuius, quod patrem interficiat, vel si præsto auxilium, vel fauorem, teneor lege Pompeia, sicut ipse filius: & tamen si per me ipsum facerem, solus tenerer. l. Cor. de Sicar. istud est verum in qualitate, quæ inerat, in principio. mandatario, sciente ipso mandante: secus in illa, quæ superuenit ex postfacto præter eius propositum, nam illa non aggrauat delictum. sup. de fur. l. is qui opem. vbi dicitur, quod licet ipse fur sit deprehensus in furto: non tamen tenetur furti manifesti: quia illa qualitas ex postfacto superuenit. Ex quibus conclude ad duas quæstiones. Prima est si statutum dicat, quod popularis vulnerans popularem puniatur in centum, nobilis vero teneatur in duplum: & vnus popularis mandat vni nobili, quod aliquem vulneret, certe punietur in duplum, sicut ipse nobilis: quia qualitas illa inerat a principio. Secunda est, si statutum plus puniatur furtum factum de nocte, quam de die, pone mandauit tibi, & opem præstiti, ut faceres furtum de die, & tu fecisti de nocte, certe punior, ac si fuisset factum de die, quia præter propositum meum, argumen. dictæ l. is qui opem, & dic, ut ibi plene per Bar. Paulus de Castro.

L E X VII.

Si sciente. Non solum filius patrem interficiens hæc tenetur, sed etiam quilibet extraneus opem præstans filio, & etiam qui fuit causa, ut ille opem præstaret. h. d. In gl. quando dicit no. arg. pro qua gl. facit l. ordine. §. in fraudem. j. ad municip. & in Auth. de san. epi. §. omnibus. colla. 9. in Auth. ut nulli iud. §. si quem adulterii. Sed certe iura ista loquuntur, quoniam contractus tendit in præiudicium aliorum, quam contrahentium, nam tunc adhibitus est, ut proxeneta teneatur illis. Sed casus gl. loquitur quando tendit in præiudicium illius tantum, qui proxenetam adhibuit, unde non videtur, quod illud possit eis impingere, argu. de lega. j. l. si seruus plurium. §. si hæredi. & C. de seruo pig. da. ma. l. 2. & quia nemini officium suum debet esse damnosum. sup. ex quibus causis. ma. l. videlicet. & hoc puto verum. Et si diceres, si istam rationem non videtur, quod vsuræ reperi possint etiam a mutuante, responderetur, quod alia ratio est in mutuante, cum ex mutuo lucrum senserit licitum, quod ab eo extet, ut l. propterea §. meminisse. de inoffi. testam. & de calum. l. in hærede. vnde non potest repetenti turpitudinem imputare, de qua lucrum sensit, & facit quod no. in l. alias. §. fin. de iureiur. per Bartol. Poena. Bar. dicit, quod hodie locum habet poena huius l. per l. j. C. cod. aliter l. non leguntur.

Ad leg. Corn. de falsis. Rubr.

1 Falsum quot modis committatur.

2 An magis credatur, testibus quam notario.

Pauli Cast. Nouæ prælect. in Dig. Nouo.

¶ Iste titulus diuiditur in tres partes. Primo loquitur de vere falso, quod punitur pl. Corne. Secundo de quasi falso, qd punitur per senatusconsultum. Tertio ponit, quæ sit pena falsi, vel quasi si mil. Secunda ibi testamenta. Tertia in fi. Et no. ¶ qd falsum committitur septem modis, qui ponuntur vsq. ad §. ad testamēta. Primo cum mutatur veritas cum expressione falsitatis, & de hoc loquitur principium. Secundo vero cū pecunia recipitur, vt mutetur, licet mutata nō sit, & de hoc loquitur §. item q ob instrūda. Tertia cum veritas ipsa venditur, vt si testis recipiat pecuniā vt etiam verum testimonium dicat, & hoc colligit in versiculo sed & si quis. in verbo dicendum, cum glo. Quarto modo cum celatur veritas, non tñ exprimitur falsitas, & hoc dupliciter, nā interdum celatur tacendo, & de hoc in eodem versiculo in verbo, vel non sciendum. Interdum vero ꝓmittitur ipsam veritatē corrumpendo, vel peruertendo, & de hoc in versiculo qui rationibus, & prædicta locum habent, cum veritas facti mutatur aut supprimitur. Quinto modo ꝓmittitur cum mutatur, vel supprimitur veritas per iuris ministrum, & de hoc in versiculo, sed si iudex. Sexto cum procurator aduocatus, aut iudex reuelat secreta iuris partis vnus alteri, & in versiculo is qui deposita. Septimo committitur cum notarius solennitatem iuris scienter ommittit. C. de test. l. iubemus. in fi. vbi ex tex. notabilis casus in principio, qd notarius qui scribit aliter dicta testium, q̄ dixerint, vel aſt iudici ostendit, q̄ dixerint, pœna falsi punitur. h. d. ¶ Sed qualiter probatur hoc si notarius dicit, qd testes dixerint vnum, & testes dicunt se aliter dixisse cui creditur? & vñ dicendum, qd credat testib. per istam literam, aliter quomodo posset hoc probari? Sed contrarium est verum, quia quilibet testis in suo dicto est singularis, & ideo, sibi non est credendum, vt in c. cum dilectus. de electione. & ideo dic. credendum esse notario, et si plures testes ꝓrium deponant, casus est in c. ad audientiam. extra de præscrip. & ita determinat Spec. in ti. de testamento. §. j. ver. Sed pone, ecce iudex, & de instr. editione. §. restat. & vide lo. And. vers. quid si cū attestations, facit, quod no. Inno. in c. cum Ioannes. de fide instr. & fuit questio domini Bar. Brixien. Quomodo ergo probabitur, qd notarius aliter scripserit, quam ipsi dixerint, cum ipsi recipiantur in secreto, vt no. in l. si quando. C. de testi. Respondeo, qd probari pōt per aliam scripturā notarii, puta si in originali scriptura scripsit vnum, postea cum ipsam extēdit, scripserit aliud, nam tunc apparet falsarius, ut j. eod. l. eos: standum est n. originali, in Auth. de Tabel. §. pen. & ar. l. si quis ex argentarijs. §. fi. §. de edē. & quod no. in l. si librarius. j. de reg. iur. per Bar. & per eundem in l. Caius. de leg. 2. quod est verum, si sciēter, & dolose ꝓrias scripturas confecit ex dictis testium. Secus si per errorē aliq̄d verbū obscurum testium in prima scriptura positum exponeret in secunda, & licet hoc facere non debeat, non tamen committit falsum, q̄ sine dolo. C. eo. l. erroris, & istud facit in fine videre meo. Pau. de Cast.

LEX PRIMA.



Oena legis.

Item qui ob.

Qui pecuniam recipit, vt falsam aduocationē vel testimoniū faciat, vel fieri facit, vel quomodo de hoc pactus sit, punitur per senatusconsultum volusia. De quo habetur in l. ex senatus. §. tit. tertio, qd punit illos, qui societatem inter se coeunt aduersus innocentem, adde qd et punitur l. Cor. de Fal. ut congruat iste ver. ti. punit et l. Cor. de sic. vel pœna talionis, si cā erat criminalis. §. de sic. l. j. in princ. & §. j. tenetur etiam crimine concussionis. §. de concu. l. 2. Paul.

- 1 Testimonium verum vendi non debet, sicut nec rectum iudicium. Testis, & iudex pro vtraq. consistunt parte. nu. 2.
- 2 Aduocatus, & iurisperitus, an patrociniū licitè vendant.
- 3 Iudicem corrupens, ut falsam ferat sententiam, falsum committit. Et tunc, qua pœna puniatur. Et item iudex qui accepta pecunia falsum iudicauit.

Ver. Sed si quis.

Falsum committit notarius, qui pecuniam recipit, ut referat iudici aliquos tulisse testimonium, qui non tulerunt, vel non tulisse. qui tulerunt falsum. Idem in eo qui recipit pecuniam, ut testimonium dicat, vel non dicat, vel iudicē corrumpat. Item et in iudice, qui scienter contra l. pronuntiat. h. d. notabiliter. ob Dicendum est verum testimonium. Non enim licet vendere verum testimonium, sicut nec iudici licitum est uendere verum iudicium, & uterque falsum committit. r. r. quæ. 3. non licet, & 14. q. quinta. non sane, & sic not. tertium modum committendi falsitatem. i. cum veritas uenditur. Aduocatus ¶ aut, vel iurisperitus bñ pnt

uendere iustum patrociniū, vel iustum consilium, ut d. ca. non licet, nam ipsi pro una tantum parte consistunt, sed iudex, & testis pro utraq. dicit tamen gl. in d. ca. non licet. qd si sine magno labore pnt dare consilium, non reuoluendo libros, nec laborando in perlegendis allegationib. qd gratia tenentur subuenire. Vel nō dicendum. Not. quartum modum committendi falsitatem. i. cū celatur veritas, hoc verum est in trib. casib. tantum. Primus cū celatur cum periurio, cum testis iuratus veritatem nō dicat, puta, qd dicit se non recordari, cum recordetur. C. de epis. & cleri. l. presbyteri. ubi casus. Secundus est cum adhuc non iurauit, sed requiritur, ut testimonium dicat, & non vult, & veritas aſt non pōt reperiri, quia non sunt alii testes, nam etiam tunc falsum committit, per Inno. in c. j. extra de fal. in una apostilla. Tertius casus est, cum aliter reperiri potest, sed ipse coepit pecuniam, ut nō testificet, nam hoc ipso falsum committit, & iste est casus hic, & p. h. d. Bar. qd si aliquis non vult uenire ad testimonium ferendum, cautela est, qd iudex faciat inquisitionem ꝓ eum, qd pecuniam recepit, ut non testificetur, & ipse hoc timore ductus ueniet, extra hos casus, qui non vult dicere veritatem, non committit falsum. ar. C. de fur. l. in ciuile. cum ibi no. Sed forte alias teneretur crimine stellionatus, uel de dolo ad interesse partis. Corrupti. f. dan do pecuniam, ut ueram, uel falsam ferat snām, ¶ & talis primo committit falsum: vt hic. Itē perdit, quod dedit, ut l. 3. §. j. de cōdi. ob tur. causam. Item caret commodo snā. C. qñ prouo. non est necesse. l. venales. Qualiter autem puniatur iudex, qui pecuniam recipit, uidebitur in l. j. ad l. lul. pec. Neglexerit. f. scienter, sed si ignoranter, tunc faceret litem suam, & teneretur actione in factum l. j. de ua. & extraor. cognitionib. Pau. de Cast.

§. Ad testamenta.

Qui legatum, uel fideicommissum si bi ascribit in testamento et militis per senatus. punitur pœna l. Corn. si testator se postea subscripserit, & legatū approbauerit, quo casu si fuit seruus, vel filius, qui sibi ascripsit, sufficit generalis subscriptio, sed si fuit extraneus, requiritur specialis. h. d. Militum, dic etiam videbat cōtra per l. j. §. de test. mil. ubi milites possunt testari quomodo volunt, & quō possunt. Sed certe illud priuilegium non extendit, ad extraneos, vt hic. & l. in fraudem. §. si quis. & ibi no. in glo. §. de testa. mil. Bar. Legatum, vel quodcunq. aliud emolumentum, vt j. eo. l. si quis legatum. §. institutus. & hoc si sibi, vel alteri per eius personam acquiratur, alias non, vt j. eo. l. impuberem. p. totam. Ascripserunt sine iussu testatoris, alias non esset verum falsum, & non punietur per senatusc. pœna l. Cornelia, & sic intel lige principium gl. quæ incipit, siue extraneus, & hoc verum, nisi sequatur subscriptio testatoris, nam tūc distinguitur, vt sequitur. In glo. extraneus, quando dicit Sol. vt ibi, dic. qd ibi loquitur in filio emancipato ascribente sibi hæreditatem: quæ sibi erat debita etiam nullo facto testamento, hic in legato, & fideicommissio, quod non est sibi debitū, & idem esset in hæreditate, si plus sibi ascriberet, qd deberetur per eandem rationem, Bar. In gl. subscriptio, finis gl. est contra tex. expresse, quia tex. nominat psonam, & constitutionem specialem prin. vide l. si quis mihi bona. §. ius sum. & l. si Titius. de liber. & postum. per Bartolum. Paulus de Castro.

- 1 Vendens rem alij venditam, vel alij obligatam rursus alij obligans in quod crimen incidat, & qua pœna plectendus sit.

§. Tutores.

Illi, quorum bona propter administrationē tutelæ, vel curæ sunt obligata, non debent hoc tacitè cum fisco contrahere, qd si fecerunt per senatusconsultum puniuntur de quasi falso, & hoc si viuit ille, cuius administratio nem gesserūt, alias secus. Item qui in fiscolem contractum iure hēditario successerūt, hac pœna non tenentur. h. d. vsq. ad §. fina. Tex. in ver. obrepserit. f. tacendo, nam si mentiendo, tunc punirentur de vero falso. j. eodem l. & si quis. ibi obrepserit, tacēdo, vero non semper committitur falsum, vt dixi eadem. l. vers. sed si quis, in verbo, non dicendū, sed quasi falsum committitur in casu speciali, cum fisco decipitur. Et not. ¶ qd interdum, quis rem vni venditam, vel donatam alteri vendit, & tunc punitur, pœna falsi infra eodem qui duobus. Interdum rem obligatam vni, obligat alteri, vel vendit, & tunc aut asserit nulli fore obligatam, & idem infra eodem l. si a debitore. aut hoc tacet, & tunc tantum in casu speciali istius §. committitur quasi falsum, cum contrahit scilicet cum fisco, & sic bona sua tacite obligando, quæ primo erant tacite obligata propter administrationem tutelæ, vel curæ. Si autem contrahit, seu obligat extraneo, aut ipse primo obligauerat expresse, & punitur crimine stellionatus. supra de crimine stellionatus. l. tertia. Aut erant tacitè obligata, & tunc idem puto, si sciebat ius, & factum. Sed si ignorabat etiā ius tantum, tunc in nullo punitur, quia iuris error excusat a dolo, pro quo tantum imponitur pœna criminis stellionatus. supra de arbit. l. prima. Et nota. in l. prima. in fin. magnæ glo. si quis ius dicen.

dicent. non obtemp. Iure eum contrahere, ideo est, quia tacita hypotheca, quam habet pupillus in bonis tutoris, non extendit ad hæredem. §. de adm. tu. l. ex pluribus. & sic fiscus in nullo decipitur. Paul.

L E X III.

Qui ignorans. Non videtur quis renuntiare iuri, quod ignorat sibi competere. h. d. concord. sunt in gl. dijt. l. de facto, ex quo re vera testamentum erat falsum. Si autem non erat, sed putabatur, tunc serua solutiones, quae ponuntur in prima gl. Prohibetur. Sed quid si sciebat? dic idem, quia non est in eius voluntate approbare, vel improbare, quod falsum est: secus si ex eius voluntate dependeret, ut si essent causae præteritionis, vel exheredationis, quia tunc consequendo aliquid videtur approbare, hæc distinctio ponitur in l. post legatum. §. de his quibus. ut indig. licet autem non videatur approbare testamentum, videtur tamen repudiare hereditatem ab intestato ex quo scien ter ex inutili testamento legatum consequitur. §. de acq. hæred. l. Clodius. secundum gl. Pau. de Cast.

L E X IIII.

Si quis. Turpia lucra sunt ab hæred. extorquenda, & quando legata auferuntur ab indigno, quod penes ipsū remanentur erat, remanet penes fiscum, quod autem alteri restitutus erat fiscus restituet. No. quæ dicta sunt.

L E X V.

Senatus. Iustus patris excusat filium a poena falsi, qui aliquid quod commodum in testamento sua manu sibi ascripsit.

L E X VI.

Si quis legatum. Licet legatum vel fideicommissum sit inutile a principio, vel ex post facto, tamen ascribens sibi punitur poena falsi, dummodo testatum fuerit perfectum quo ad solennitatem testium sicut in gl. vel quo ad voluntatem, ut l. si is qui. §. de test. Sed Bar. no. hic tex. quod testatum, in quo filius est præteritus, est aliquod, si interuenit ibi solennitas debita. Sed istud est verum quo ad formam, non quo ad substantiam. Effectus primi. §. quo ad formam est, quod habet locum senatus. poena, & interdictum de tab. exhiben. ut hic. Effectus secundus est, quod non impeditur ex eo hereditatem ab intestato deferri, ut l. in si. si ta. test. nullæ extra. Sed alij dicunt, quod valet de iure prætorio, non de iure civili. Sed ista est vna trussa, quia si ualeret de iure prætorio, competeret ex eo sicut in tab. statim, & per omnes contra tabulas non, quia non concurret cum sicut in tab. l. 2. §. expectandi. de bo. po. sicut in tab. & tamen istud est sicut in tab., quia statim datur sicut in tab. ut l. is qui. §. de leg. præstan. & l. si duo. non. n. potest eodem iure ualere, & non ualere. Sed ex eo, quod datur contratabu. dicitur non ualere de iure prætorio, ergo dicitur ipsum ualere, contradicis tibi ipsi, & ista est ratio iuuua contra multos. Item no. hic maior esse defectum formæ, quam substantiæ, quia instituere, vel exheredare filium est de substantia, non de forma facit l. an inutilis. de acce. & quod ibi no.

§. Si patronus. Ascribens sibi quasi debitum de iure civili tantum perdit illud, secus si ascribat sibi uerum debitum. h. d. tex. Item secus si ascribat sibi, quasi debitum de iure civili, & naturali, ita intelligitur gl. quæ incipit secus, coniuncta gl. quæ est in l. cum emancipata. C. de iuris, & fac. igno. Præmitte, quod quarta debetur patrono in bonis liberti de iure prætorio tantum. Not. hic circa gl. quod magis debetur quarta patri in bonis filij, quam patrono in bonis liberti, quia patri debetur iure prætorio. & naturali, ut l. eum.

L E X VII.

Nulla modo. Ista l. h. d. serui non possunt esse in iudicio contra dominum, nisi in causa testamenti suppressi, in quo libertas erat eis relicta. h. d. Adde, quod no. in l. lis nulla. §. de iudi.

L E X VIII.

Quicumque. Non summatur. In gl. ad bestias, in si. dic. ut ibi dic. quod ibi loquitur de falsatoribus. i. de falso fabricantibus. ex toto, quo casu si pecunia erat ciuitatis. i. forma punitur poena. l. primæ, sed si erat principis, punitur poena. l. secundæ. Sed hic loquitur de his, qui aliter monetam falsificant secundum Bar.

L E X IX.

§. Aurifabri, qui uasa argentea non pura, & ex argento solida faciunt que pro uere argenteis uendunt, qua poena teneantur.

L Ex Cornelia. Poena falsi tenetur qui falsificat aurum, vel pecuniam, & qui non prohibet, & idem in eo, qui similes nummos stanneos, vel plumbeos emit, aut vendit. hoc dicit usque ad §. poena. Vitij, dic. quia immiscuit aliam materiam: puta argentum, vel auricalchum, ut maior esset massa auri. Et not. sicut in contra aurifices, qui non faciunt uasa de liga, & forma debita, ut teneantur poena falsi. Item no. contra tabernarios, qui exposuerunt uinum uenale immiscetes aquam in dolio, vel aliud non ita bonum ut teneantur poena falsi. Confor nauit, i. fabricauerit, adde dicto superiori l. sacularij: circa prin. §. de extraor. cri. & de crimine stell. l. 3. §. 1. vel dic fabricauerit. i. destruxit, ut quia bonam monetam de puro argento destruxit, ut reficeret aliam de non puro. Posset, ut quia habebat eum in sua potestate. §. de nox. l. in delictis. in prin. & de dam. inf. l. fluminum. §. §. & de infal. quid ergo. in prin. uel quia erat alias subditus suus, in quem habebat correctionem. Quid autem si non potest prohibere quis aliquem delinquentem? uide quod no. in l. culpa caret. de reg. iur. & de iur. & iure. l. ut uim. Dolo malo, ut expendantur pro bonis. Secus si non dolo, ut puta si emit nummos aptos ad calculandum, dicitur tamen Doct. quod illi nummi non debent fabricari forma publica. Ex hoc patet, quod expendens falsam monetam scienter punitur poena falsi, quod est uerum si erat plumbea, vel stanea, ut hic: alias puniretur extraordinarie l. sacularij. de extraor. crimi. sicut in Bar. qui dicit se plures per hoc eripuisse a poena falsi, licet in prius facit l. §. prox. in uerbo, tinxerunt aliter intelligendo, quam gl.

§. Pena. Committens falsum in aliqua scriptura, est circa testamentum, incidit in l. Corneliæ. & idem in his, qui iocieratem præhunc ad falsa testimonia ferenda. h. d. Et no. quia in primo casu accusatio est publica, sicut quando falsum committitur in aliquo instrumento, ut no. in l. j. sup. de publi. iudi. p. instrumento uero suppresso non est accusatio publica, nisi esset instrumentum testamenti, ut j. cad. l.

L E X X.

§. Filius familias notarius, an pro patre instrumentum conficere possit. Et quid pro matre.

De eo. Sicut poena falsi tenetur qui legatum, vel fideicommissum sibi ascripsit, et si sit alterius potestati subiectus, & sic commodum non sit penes ipsum remanentur: ita etiam si ascribit illi, qui in eiusdem potestate subiectus est. h. d. Ar. huius l. dicit Dy. quod si filius familias notarius non potest conficere instrumentum pro patre, sed pro matre sic, ut j. l. prox. in fin. Sed istud uidetur uerum, quando illud instrumentum esset omnino in fauorem patris, ut puta si sit instrumentum donationis: alias non uerum habere locum ratio legis, & istud puto uerum: unde bene posset conficere instrumentum, quo pater alteri obligaret: uel instrumentum uenditionis inter patrem, & alium factæ. No. circa gl. ibi, quod quilibet familiaris tenetur bonum facere, & bene tractare illum, qui eum sustentat.

§. Licet factum per sequentem casum non efficitur illicitum.

§. Illud. Qui legatum uel fideicommissum ascribit extraneo, uel illi, per quem sibi non queritur in senatus con. non incidit, licet illud in sua potestate post ea redeat. h. d. cum l. se. Et no. ex isto §. quod illud, quod licet factum est, per sequentem casum, non efficitur illicitum. Per, quod dicit Dyn. quod si notarius fuit rogatus de aliquo instrumento pro Titio, cui postea successit, potest instrumentum conficere, & eo uti: quia sufficit, quod tempore, quo fuit rogatus ad ipsum emolumentum, non spectabat, quod perpetuo tene menti secundum dominum Bar. tolum. Idem Ioan. Fa. C. de testi. l. omnib.

L E X XIII.

Falsi. Qui falsum nomen sibi fraudulenter asseruerat, poena leg. Cor. tenetur. h. d. & idem in cognomine. h. d.

§. Ordine. Remotus ab ordine, vel deportatus ad certum tempus recuperat veterem dignitatem, & ad nouam potestatem aspirare. h. d. & hoc ideo, quia propter talem causam non debet ita acriter puniri, & i deo uerum secum dispensatum de infamia. Si autem cum eo non esset dispensatum, sed post tempus remaneret infamis: nec ueterem recuperaret, neque ad nouam ascenderet. C. de dec. l. infamia. & no. sup. de infal. l. qui debere. §. poena grauior. in gl. mag. & dic ut ibi, uel dic, quod ratio est, quia accusatus de falso instrumentum recitato non est publici iudicii, sicut de suspecto. j. eo. l. Pauli. & ideo damnatus non efficitur infamis: secus si falsum instrumentum fecisset, ut no. sup. de pub. iud. l. j.

L E X XIII.

Filius. Ista l. cum seq. loquitur de quasi falso. hoc dicitur infamis patris non excusat filium emancipatum ascribens sibi in testamento a poena l. Corn. quia reputatur extraneus sicut Pauli Cast. Nouæ præle. in ff. Nouo K

Pauli Cast. Nouæ prælec. in Dig. Nouo.

lius autem in potestate, & seruus propter iussum p̄ris, & dñi excusatur a p̄na, & si subscriptio subsequatur, etiam commodum, quod sibi ascripsit, consequetur. h. d. tex. cum glo. vsque ad §. seq. Quæ excusantur. s. a p̄na criminali. legata tamen non consequuntur, nisi sequatur subscriptio. C. de his qui sibi ascribunt. l. 2. & sic non requirit subscriptio quo ad hoc, vt euitet p̄nã, sed ad hoc vt cõsequatur commodum bene requiritur subscriptio l. m. Dy.

- 1 *Persona principalis in testamento pro non scripta habita nocet omnibus, qui ex consequenti commodum forent assecuturi. Et quid si sint personæ duæ æquæ principales.*

§. Sequens. Si ascribat quis seruo communi sibi, & alteri in testamento sub persona serui, tanq̄ pro non scripto legatum non consequitur: quoniam est inutile etiã quo ad socium. h. d. tex. Sed si ascribat sibi, & alteri: tunc est inutile pro portione subscribentis non pro portione alterius, cui acquiri totum iure accrescendi. h. d. glo. Et sic not. q̄ quando principalis persona cõsetur pro non scripta, nocet alijs omnib. qui debebant per consequentiam commodum cõseq. Sed si sunt duæ personæ æquæ principales, defectus vnus non nocet alteri, per quã determinatur, q̄ si notarius conficiat instrumenta principaliter in persona sua tm̄, sicut tale instrumentum est inutile sibi, ita, & alijs, qui poterant per consequentiam commodum cõsequi. Secus si concipiat in personam sui, & alterius æquæ principaliter: q̄a non est tñc inutile quo ad personam alterius, sed suã tm̄.

- 1 *Marius seruum dotalem rectè manumittit.*
- 2 *Legatum pro non scripto habitum apud quem remaneat.*

§. Maritus. Patronus ascribens sibi in testõ liberti incidit in senatusc. quo ad p̄nam: & legatum vxori pdit, nec ex hoc tenebitur, si libertus ille fuerat dotalis seruus, quia cum non consequitur, restituere non tenetur. h. d. Vel sic maritus non tenetur vxori ad legatum, quod in testamento liberti sibi ascripsit, qui fuerat seruus dotalis. h. d. præmitte quod habetur in l. dotalem cum plurib. sequentibus s. sol. mat. Primo ponit quæstionem. Secundo rñsionem. Tertio duas oppositiones, & ad quamlibet rñdet. Secunda ibi, responde. Tertia ibi, an. Præmittendum est etiam, q̄ maritus potest manumittere seruum dotalem, quia est dñs, & sic est patronus: tamen quicquid consequitur tenetur reddere uxori sol. mat. & etiam quicquid potuit. consequi, & non consequutus fuit propter sui negligentiam sine culpa. In fraudem. Dic etiam si ascribat sibi debitam portionem vt l. si quis legatum. in fi. s. e. secus in filio, si portionem hæreditatis sibi, debitam ascriberet, vt sequitur in ver. & filium. In p̄nam edicti criminalem, & etiam legatum perdit. Filium emancipatũ, supple qui ascripsit sibi portionem in testamento patris sibi debitam. C. de his quib. si ascr. l. 1. secus si ascriberet sibi legatum, q̄a tunc non valeret, & puniretur, ut s. in prin. l. Possit. l. de iure ciuili, vt saltem non reddatur testamentum nullum: sed de iure prætorio non, quia competet sibi contratabulas. Bonorum poss. si ipse se hæredem scripserit. Apud hæredem, cum onere fideicommissi. no. istum finem. Et no. primo, quod cum quis sibi ascribit, non distinguitur, an sit penes eum commodum remansurum, vel non. Sed indistinctè non valet in persona sua: secus est cum alteri ascribit, quia tunc bene distinguitur, an per illum quærat sibi, & non valet, alias secus, vt j. eo. l. impuberem. Vterius not. secundo, & tene menti, q̄ legatum pro non scripto remanet penes hæredem cum onere. Sed hoc est verum, quando defectus causatur in persona legatarii in ipso actu legandi: secus si erat p̄ prius, vt C. de cad. toll. l. j. §. in primo. Paul.

L E X X V.

- 1 *Error iuris quem a quasi delicto non excuset. Et quid in vero delicto.*
- 2 *Subscriptio testatoris in testõ, quo quis sibi quid ascripsit, quatenus profit.*

Diuus Claudius. Ista l. loquitur de quasi falso. Casus. Qui ascribit sibi in testamento alterius per se, vel alium ex edicto diui Claudij punitur p̄na l. Corneliæ de fals. nec excusatur propter ignorantiam iuris, si tamen testatoris subscriptio subsequatur, si quidem specialis est, in totum prodest: si vero generalis, prodest quo ad euitandam p̄nam: sed quo ad legatum capiendum non prodest. h. d. usq. ad §. Item senatus. Edicto. l. facto ad confirmationem senatuscon. Liboniani, quo idem cauetur. s. eo. l. j. §. ad testamenta. & etiam ad suppletionem eius, ut patet in ea. l. j. Item senatus. versiculo, & quatenus. In versiculo diuus Pius rescripsit, No. j. q̄ error iuris non excusat quem a quasi delicto, & est ratio, quia ibi non requiritur verus dolus, sed præsumptus, a quo dolo præsumpto sola iustissima causa excusat. casus est hic, & sup. de adm. tut. l. tutor qui repertorium. in princ. Sed a vero delicto, vel vero dolo excusat etiam ignorantia iuris, &

quælibet causa etiam non iusta s. de iurisd. om. iud. l. si quis id quod §. doli. & de amb. l. 1. & no. gl. in in l. 1. in fi. gl. mag. supra si quis ius dice. non obtemperauerit. Ignorantia uero facti excusat indistinctè. j. de decretis ab ord. facien. d. l. fi. & quæ qualiter præsumatur uide c. cum tua, qui. ma. accu. poss. & de iur. & fac. igno. l. regula. §. 1. & C. de peri. tut. l. si tutor. Distate testatore, & iplo patre. uel domino mandante, ut no. s. eo. l. de eo. in prin. in maiori gl. circa fi. alias. n. non esset in culpa, si filius, vel seruus sine mandato sibi ascriberet, vnde non puniretur. j. ea. l. versiculo matri quoq. ipse tamen seruus, uel filius sic, d. l. de eo. in princ. Valere, & quo ad p̄nam euitandam, & legatum capiendum, ut sup. eod. l. 1. §. inter filium. Sed generalis subscriptio non prodest quo ad legatũ. Sed quo ad veniam facilius impetrandam a p̄na, & hoc verũ in extraneo, sed in filio sufficit generalis quo ad utrunq. vt dicto §. inter filium.

- 1 *Substitutus Titio, si sine liberis decesserit ex proprio corpore natis, an si monasterium ingrediatur Titius, ad substitutionem veniat monasterium quasi sit substitutum.*

§. Item senatus. Seruus ascribens sibi libertatem est iussu domini non consequitur ipsã, nisi testatoris subscriptio subsequatur, quo casu non solum fidei commissariam, sed nec directam libertatem consequitur: & libertatem personæ propter iussum testatoris non excusantur, nisi necessitatem parendi habuerint, uel in nulla culpa fuerint: vel sunt tales, quib. licitum sit ignorare ius. h. d. vsq. ad §. si quis duob. Primo loquitur de seruo. Secundo de liberis hominib. Secunda ibi, quæ tamen. Item prima diuiditur in duas, quia primo ponitur illud, quod cauetur in senatusc. secundo id, quod suppletum fuit per edictum diui Pij, secunda ibi, diuus Pius. Item secunda diuiditur, quia ponitur senatusc. uersiculo, quod tamen. Secundo ponuntur tres exceptiones, quarum vna est in uersiculo quinto. alia, in uersiculo matri. alia in uersiculo, idem in filia. Libertatem. l. fideicommissariam, eatenus. i. quare, & idem in directa, ut sequitur. Videri iste tex. est notabilis, & facit ad quæstionem, q̄ si testator hæredem suum grauauit ad aliquid faciendum, si faciat per alium fecisse, & etiam sua manu, ar. huius tex. & hæc vera in ultimis uoluntatibus, quæ recipiunt interpretationem extensiuam, secus esset in statutis, q̄ non recipiunt extensionem. l. cessar. de pub. & l. constitutionib. ad municip. quia staretur uerbis, vt si esset statutum, q̄ tempore guerræ quilibet eat ad guerram in propria persona: si iret per famulum, vel aliam personam incideret in p̄nam statuti, ar. l. 3. hæc uero. ff. de neg. gest. Item facit iste notabilis. §. ad quæstionem. primo si quis substituit Titio, si sine liberis decesserit ex proprio corpore procreatis, & ille intrer monasterium, q̄ sit substitutum ipsum monasterium, etiam si dixerit ex proprio corpore procreatis, arg. huius tex. quod est notandum.

§. Siquis duobus. Qui sibi hæreditatem in tertio gradu substitutionis ascribit, vel sub duab. conditionibus, non incidit in senatusc. h. d.

L E X X V I.

Paulus. Pro instrumento subrepto non est publica accusatio, nisi fuerit testamentum: & in quolibet instrumento, vel scriptura cõmitti potest falsitas circa testm̄ signando falsum, vel surripiendo, aut celãdo, ne uoluntas appareat. h. d. vsque ad l. cum quidam. In gl. super uerbo, subtrahatur, hoc verũ si subtrahatur respectu certæ personæ, vt illa damnificetur sup. de fur. qui tabulas. sed si subtrahatur simpliciter, vt ueritas non appareat: tunc committitur falsum, vt in fi. l. hæc distinctio probatur in l. 3. §. si quis dolo. sup. de exhiben. In text. signasset: & est tunc accusatio publica. Insti. de pu. iud. §. Item. l. Cor. & not. s. de pu. iud. l. 1. in 3. glo. Literis publicis, quæ fidem facerent si essent veræ: alias secus, vt no. C. eo. l. damus. in glo. super uerbo priuata, & s. eo. l. si quis legatum. post princ. ibi nam, & falsum testamentum. Resignauerint, i. signum amouerint, vt fidem buferant scripturæ, per quod no. q̄ illi, qui auferunt aullam de literis Papalib. dolose, committunt falsum secundum Bar.

L E X X V I I.

Cum quidam. Legatum, quod quis sibi ascribit, remanet penes hæredem cum onere. h. d. & est casus, in quo pro non scripto remanet, cum onere tm̄ regulariter, j. C. de cad. toll. §. in primo, ut dixi. s. eo. l. filius. in fin.

L E X X V I I I.

- 1 *Impuberem ac seruum ad testamentum scribendum, immo quemlibet admitti, sed & fœmina quoque admittitur.*
- 2 *Pater num pro filio instrumentum conficere queat.*

Vxori

VXori. Maritus ascribens legatum vxori non punitur poena falsi. h. d. Et no. quia ista scriptura mariti proderit vxori, de quo Dy. facit magnum festum, dicens non alibi ita bene reperiri, quia maritus notarius potest conficere instrumentum pro vxore. Sed tu dic, quod nihil facit: nam hic loquitur de adhibito ad scribendum testum in scriptis, in quo quilibet admittitur et impubes, & seruus, vt j. e. l. impuberem, & s. de testa. l. seruus: & etiam foemina: & tamen praedicti non possunt esse tabelliones, nec conficere instrumentum publicum, cum illud sit officium publicum, quod non conuenit praedictis, vt j. de reg. iur. l. 2. in fin. & l. quod attinet: nam scriptura talium, non est illa, quae fidem facit, sed testificatio testium. ipsi autem vtuntur nudo ministerio scripturae, vt no. in l. 2. C. quemadmodum testa. ap. in gl. nec recipit fidem ex ipso scribente: secus in instrumento publico: unde maritus non posset fidem facere pro vxore testificando: vt not. in l. 2. C. de testib. sic nec instrumentum conficiendo: nam & pater filio emancipato, vel militi ascribere potest. s. eo. l. si pater, & tamen non posset esse testis pro eo: vt C. de test. l. parentes. ergo nec instrumentum conficere: quod plus est. Praedicta vera, nisi constaret, quod consensu ambarum partium rogatus esset maritus, vel pater: quia tunc viderentur ipsum in hoc eligere, nec possent ipsum postea recusare: sicut nec iudex de consensu partium impetratus recusari potest, j. de appell. l. ex consensu, & extra de officio deleg. c. super quaestione, circa fi.

Arbitri compromissarii velut, & arbitratores si in se compromitti sinant, arbitrari coguntur.

§. Qui se. Qui se tutorem ascribit, suspectus praesumitur. Si tamen iudex reperiatur ipsum idoneum, confirmabit ipsum: & non recipiet officium ex testamento, sed ex edicto suo: nec se poterit excusare postquam semel consensit. h. d. no. Et adde, quod talis non incidit in senatusconsultum, quia non ascribit sibi commodum, sed onus, & hoc facit ad titulum. Praesumitur, non tamen est praesumptio iuris, & de iure, bene tamen admittitur probatio in contrarium vt statim sequitur. Approbetur, per inquisitionem iudicis ex edicto, & sic non erit tutor testamentarius, sed datiuus. Consensisse. No. si bonum tex ad arbitros compromissarios, uel ad arbitratores, ut si consentiant in se compromitti, arbitrari coguntur. Idem habes in l. 3. j. s. de arbi. aliam autem si non consentiant, non coguntur iuxta l. Nefennius. s. 1. de excu. tute. & plene no. in l. 1. s. de leg. 2. In gl. 2. quando dicit fideicommissarium, i. executorem, qui fideicommissarius dicitur. Et no. gl. quae aequiparat executorem, & tutorem simpliciter. Gl. habes in l. tutelam plerumque de tutelis. Et adde pro declaratione gl. quod non est executor ex testamento, sed ex edicto praetoris. Et sic erit datiuus, non testamentarius: de quo loquitur l. 4. de ali. & cib. leg. Facit etiam istud ad testem, qui uenit sciscitando, quod praesumitur suspectus, de quo not. in l. post legatum. de his quibus, ut indig.

L E X XIX.

Qui falsam. Quae sit falsa moneta, dicitur per Inn. in c. autoritate. de inst.

L E X XXI.

Qui duobus. Qui duobus eandem rem in solidum vendit, & qui iudicem corrumpit, falsum committit. Sed leuius punitur, quam alij falsum committentes. h. d. vsq. ad l. impube.

L E X XXII.

- 1 Impubes notarius, an esse possit.
- 2 Dolus verus in quasi falso non requiritur.

Impuberem. Impubes sibi ascribens in testamento poena falsi non tenetur: quia a dolo praesumpto excusatur. h. d. Impuberem ascribentem sibi in testamento, & sic vt quod impubes possit esse notarius: quod quidam dicunt per hanc l. sed falsum est, quia tale officium est publicum: & ideo non cadit in impuberem. j. de re. iur. l. 2. in fi. nec obstat ista litera in testamento in scriptis. adde quod potest adhiberi etiam seruus, s. de testa. l. scriptura, quia talis scriptura non est publica, nec recipit auctoritatem a scribente: sed a subscriptione, & depositione testium: & ideo quilibet admittitur: secus in scriptura publica, quae accipit auctoritatem a Tabellione secundum Dy. facit ad ea quae dixi. s. eo. l. vxori. sed impubes potest esse miles. C. de test. mill. l. si. Edictum diui Claudij. s. eo. l. diuus. Falsi, id est quasi falsi, quo ad propositum ut supra eo. l. j. in fi. per gl. Dolus malus. s. praesumptus. Nam in quasi falso non requiritur verus dolus, sed praesumptus, ut patet s. ea. l. diuus. 2. responso. a quo dolo praesumpto excusatur pupillus, ut hic, & s. de eden. l. j. in fi. & no. gl. no. in l. veluti: in prin. eo. ti. quod dicitur ut l. j. s. si aduersus. de no. ope. nun. per Dy. & Bar. & vide, quod ibi notatur omnino.

§. Si ei. Ascribens alteri non punitur si per illam personam sibi lucrum non quaeritur, h. d. vsq. ad s. qui codicillos, & ponuntur sex exempla per ordinem. Incidere. Sed contra

videtur: quia illud legatum tacitam habet conditionem, si reuertatur ab hostibus: & ideo videtur non incidere. s. eo. l. diuus. s. fi. sed ibi duplex erat conditio: hic una tantum, & sic non obstat. Existimetur, quia legatum est inutile, & sic non quaeritur, & sic nota, quod quando quis ascribit alteri, inspicitur euentus, an sibi quaeratur, vel non. Sed cum ascribit, sibi, inspicitur animus: unde tenetur, & punitur etiam si legatum sit inutile. s. e. l. si quis legatum. Item in adoptionem dato, s. per ipsum ascribentem. Alteri fecerit, scilicet ipse ascribens.

- 1 Dare quid alicui, aut eum ab eo quod debet exonerare, paria esse.
- 2 Legatum & ademptio in testamento respectu ascriptionis, an distent.
- 3 Principaliter actum spectandum, & si ex eo inconueniens, sequatur.

§. Qui codicillos. Non qui ascribendo sibi dat, sed qui datum affirmat, & etiam qui ab eo quod dare debebat, se exonerat in senatusconsulto. incidit: secus in eo qui rem aestimabilem sibi ascribit. h. d. vsq. ad s. l. te non continetur. Incidit, quia confirmando sibi dare videtur. Et sic no. quod ille qui confirmat, dat. quod est verum, si datio esset inutilis sine confirmatione, vel si sine confirmatione parum operatur, ut no. in l. legitima. s. de pact. & adde bonum tex. cum gl. in l. ex his verbis. C. de don. inter virum & vxorem, & no. in l. i. j. de ver. sig. De derit. No. si paria sunt alicui dare, vel ab eo quod dare debebat ipsum exonerare, nam utrobique videtur factus locupletior, quod est verum, si dare debebat notario. sup. de do. inter virum, & vxorem. l. qui dant. s. si vxor. secus si contingenter: vt eo. tit. l. si sponsus. s. concessa. Ademerit. quo casu valebit ademptio, si de voluntate testatoris fecit, aliam secus: vt sequitur. Et no. si differentiam inter legatum, & ademptionem: nam legatum etiam voluntate testatoris ascriptum non valet. sup. eo. l. filius. s. sequens questio. & hoc ne delictum suum sibi proferat. Sed ademptio voluntate testatoris facta ualet, licet illam ascribens sibi puniatur, & sic consequetur commodum ex eo, quod illicitum fecit. Sed hoc idem ne delictum suum alteri, cui testator nocere voluit, principaliter proferat, licet ex illo per quam commodum sentiat, & sic inspicitur, quod principaliter agitur, licet ex illo inconueniens sequatur. Pau. de Cast.

1 Constitutionem poenalem ad casum similem pertrahi.

§. Item non continetur. Ascribens sibi libertatem in testamento alterius non domini, incidit in edictum, sicut si ascribat sibi legatum, quia maior est ratio, licet verba senatusconsulti hoc non continerent. h. d. etiam si nota constitutionem poenalem extendi ad casum similem, ubi viget eadem, uel maior ratio, contra tamen hoc facit glo. in s. Item Inst. de act. Verbis. s. senatusconsulti. Poenam. l. criminali, & ciuilem: scilicet, quod libertatem non consequatur, vt conueniat, quod sequitur. Sed criminalem euitat ex solo iussu sine subscriptione. sup. eo. l. filius. vers. excusatus. Pau. de Cast.

§. Si testamentarius. Quomodo cum commodum quis sibi ascribat, siue ex testamento, siue mortis causa capione, incidit in senatusconsultum. Secus si ascribat sibi damnum: & non videtur commodum sentire, qui rem tanti valoris erogat, quantum accipit. h. d. Ad hoc vltimum vide l. ab omnibus in fi. de leg. 1. ubi est tex. formalis, de cond. & demon. l. sed si hoc. s. 1. vt quia testator grauabat heredem, quod emerit seruum ipsius testamentarii. i. scribentis, & manumitteret. nam si pro pretio competenti, non sentit commodum ascribens: & ideo non punitur: secus si maiori, vt sequitur. Ab eo testamentario. s. per heredem, in l. impuberem, in fi. in gl. si. quando dicit. su. de bo. pos. contratab. l. non pu. s. si quis sua manu. de quo dicit, vt plene no. in l. si quando. C. de inoff. testam. Paul.

L E X XXIII.

Quid sit falsum. Ista lex facit, quod si in rescripto aliquod mendacium exprimat, non committitur falsum. Pau. de Cast.

L E X XXIIII.

- 1 Accusari duo sed & plures de eodem crimine simul possunt. Et sic mandans, & mandatarius.
- 2 Sententiam declaratoriam in criminali ferri.
- 3 Accusans testamentum de falso quibus incommodis afficiatur.
- 4 Iudex maleficiorum incidenter de ciuili cognoscere potest.
- 5 Statuto si caueatur, vt accusans non probans plectatur in x. si quis accuset nec probet: iudex in eadem sententia reum absoluerit, & accusatorem non probantem poterit condemnare. Et ad cuius petitionem fieri debeat.

